*Ἀθύρας ἐπίνειον καὶ ποταμός*] Locum hunc egregie illustrat Suidas: cuius verba propterea apponere operae pretium erit. *Μελαντίας. ἡ νῦν περὶ πολλοῖς λεγομένη Μελιτίας. κώμη τῆς Θρᾴκης, δύο καὶ ἑκατὸν σταδίους διεστῶσα τοῦ Βυζαντίου. παραῤῥεῖ δὲ αὐτὴν Ἀθύρας ποταμός. ὃς ὀλίγον τι προελθὼν, καὶ ἐπὶ ἄνεμον καικίαν ὀλίγον τι ῥέμα ἐκκλίνας, ἐς Προποντίδα τὸν ῥοῦν ἀπερεύγεται. ἔνθεν καὶ τὸ πρὸς ἀκτῇ ἐπίνειον τὴν ἀπ' αὐτοῦ φέρεται προσηγορίαν. Melantias. illa quae nunc vulgo Melitias vocatur. Thraciae pagus CII stadiis Byzantio distans. Eum autem Athyras fluvius praeterfluit, qui paulum progressus et versus caeciam ventum sensim declinans in Propontidem fluxum eruc-*

*tat. Hinc et illud navale, quod est in illo littore, nomen ab ipso fert acceptum.*

— *Ἔστι δὲ καὶ Σκυθίας ποταμὸς Ἀθύρας*] Is. Casaubonus pro *Σκυθίας* legit *Σικελίας*.

*Ἄθως, ὄρος Θρᾴκης, ἀπὸ Ἄθω γίγαντος, ὡς Νίκανδρος πέμπτῳ τῆς Εὐρωπείας*] Citatur sub hoc titulo *Nicandri* opus etiam ab Apollonii Scholiaste, et Athenaeo lib VII. pag. 296. *Νίκανδρος δὲ ἐν τρίτῳ Εὐρωπείας, Νηρέως ἐρώμενον τὸν Γλαῦκον ἱστορεῖ γενέσθαι*, quod interpres vertit miserrime, *Nicander tertio Colophoniacorum ab Europia Nereide Glaucum amatum fuisse prodidit.* Nec felicior in interpretando hoc loco fuit Isaacus Casaubonus, dum pro *Εὐρωπείας* legendum coniicit *Εὐρωκιακῶν*, aut *ἑτεροιουμένων*.

— *Οὐ δὴ θέντος*] *Οὐδηθέντος*.

— *Ἀναποῦν*] *Ἀν' Ἄθους*.

— *Ἀκτῆς*] Forte scripsit *Nicander ἄκρης*. ut Apollonius lib. I. v. 599.

*Κλίτεα Παλλήναια Κανεστραίην ὑπὲρ ἄκρην Ἤνυσαν.*

*Colles Pallenaeos super Canastraeum promontorium transierunt.*

— *Βάλλει δὲ ἡ σκιὰ τοῦ ὄρους ἐπὶ σταδίους τριακοσίους*] Apollonius lib. I. v. 604. de Athonis umbra,

*Ἀκροτάτῃ κορυφῇ σκιάει καὶ ἐσάχρι Μυρίνης.*

*Altissimo fastigio inumbrat et usque ad Myrinam.*

11 b et notissimum Sophoclis senarium:

*Ἄθως σκιάζει νῶτα Λημνίας βοός.*

— *Ἄθους, ὡς τὸ Κῶς Κόος*] Quidam ex scriptis *Ἀθῶος ὡς τὸ Κῶς Κῶος*. Et *Ἀθῶος* Graecum quidem est, sed non signat montem, sed *τὸν ἐν τῷ Ἄθῳ ὄρει τιμώμενον*. vel simile quid ad locum pertinens, uti docent Etymolog. M. et Eustathius ad Homeri Iliad. *B.* pag. 358. MS. optimus habet *Ἄθοως ὡς τὸ Κῶς Κόως*, atque ita sine dubio est legendum. Ab hoc *Ἄθοως* extat genitivus *Ἄθοω* apud Homerum Iliad. *Ξ*. v. 229.

*Ἐξ Ἄθοω δ' ἐπὶ πόντον ἐβήσατο κυμαίνοντα.*

*Ex Atho autem ad pontum descendit fluctuantem.*

ad quem locum vide omnino quae notantur ab Eustathio: lectionem enim ex MS. propositam reddunt indubitatam. Herodianus, ne hoc omittam, perperam putat accentum poni in voce *Ἄθοω* apud Homerum, legitque *Ἐξ Ἀθόω*. uti testatur Etymol. M.

— *Ἡ κλίσις διττή, καὶ Ἄθοος, καὶ Ἄθως*] Palatini ambo legunt, *Διττὴ ἡ κλίσις καὶ Ἄθωος καὶ Ἄθω*. quod verum est.

— *Τοπικὸν Ἄθωος*] Vide Eustathium ad Iliad. *B.* pag. 358.

— *Τὸ δὲ δηλοῦν τὸ ἀζήμιον, προπερισπᾶται, καὶ διὰ τοῦ ι*] Videtur legendum *καὶ δίχα τοῦ ι*. ita enim Eustathius ad Home-

rum Iliad. B. pag. 218. *Ζεὺς Ἄθως προπαροξυτόνως, ὁ ἐν τῷ Ἄθῳ τιμώμενος μετὰ προσγραφῆς τοῦ ι, πρὸς διαστολὴν τοῦ ᾱ. ἀθῶος ὁ ἀζήμιος.* Sed Herodianus contrario modo scribebat teste eodem pag. 358. *Ἀθῶος μὲν γὰρ κατά τινας προπερισπωμένως, ὁ Ἀζήμιος, Ζεὺς δὲ Ἄθως προπαροξυτόνως, ὁ ἐν τῷ Ἄθῳ τιμώμενος, ὃν φασίν ἐστι καὶ ἀθώιον κατὰ διαίρεσιν εἰπεῖν, ὁμοίως τῷ ἄρειος ἀρήϊος. κατὰ μέντοι ἑτέρους, ὧν ἐστι καὶ Ἡρωδιανὸς, ἀνάπαλιν.* Et citatur *Ἡρωδιανὸς περὶ Παθῶν* apud auctorem Etymologici M. in *Ἐξ ἀθόω.* quem si volumus secutum fuisse hoc loco Stephanum, ut saepe illum sequitur alibi, vulgata lectio sollicitanda non est.

— *Ὁ πολίτης Ἀθωΐτης*] Nummus apud Goltzium habet, *ΑΘΩΙΤΩΝ.*

*Αἶα πόλις Κόλχων, πεῖσμα Αἰήτου*] Apud Herodotum lib. VII. cap. 193. ubi de Argonautis: *οὐτ' ἐπὶ τὸ Κῶας ἔπλεον ἐς Αἶαν τὴν Κολχίδα.* male reddit Valla, *dum in terram Colchidem ad vellus navigarent*, et paullo post cap. 197. *ἀπικόμενος οὗτος ὁ Κυτίσωρος ἐξ Αἴης τῆς Κολχίδος: Cytissorus iste e terra Colchide veniens.*

— *Ἦν περιῤῥέουσι δύο ποταμοὶ Ἵππος καὶ Κύανος*] Si *Aea* eadem cum *Dioscuriade*, uti infra h. v. affirmat, non dubito, quin *Cyaneus* fluvius sit idem, qui a Scylace *Γυηνὸς*, a nostro *Τυῆνις* et *Πυῆνις* infra dicitur. Salmasius tamen existimat *Κυάνεον* hic vocare fluvium qui ab aliis *Γλαυκὸς* dicitur.

— *Ἔοικε δὲ τοὐναντίον ἐξ αὐτῆς ὁ Αἰήτης*] Recte. Hinc 12 a.
*Aeam* a Sesonchoside Aegyptiorum Rege antiquissimo conditam diu ante *Aeetam* tradit Apollonii Rhodii Scholiastes ad lib. IV. v. 271.

*Αἰαμήνη Ναβαταίων χώρα, ὡς Οὐράνιος ἐν Αἰακιδῶν δευτέρῳ*] Scribe, *ἐν Ἀραβικῶν δευτέρῳ.* quod Uranii opus passim citatur: et mox in *Αἰανῖτις* Salmasius quoque hoc monuit.

*Αἰανὴ πόλις Μακεδονίας*] Hunc locum Suidas verbotenus descripsit.

— *Ἰσχναῖος*] *Ἰχναῖος.*

— *Ἐδεσαῖος*] *Ἐδεσσαῖος.*

— *Βερροιαῖος*] *Βεροιαῖος.*

*Αἰανῖτις Ναβαταίων χώρα.*

— *Ἐν πρωτοτύπῳ διὰ διφθόγγου*] Vide infra in *Αἰγινήτης.* Salmasius hic distinguit ante *διά*, et sequentibus adiungit *διὰ διφθόγγου.* Sed locus est mutilus omnino et corruptus.

— *Αἰχα τοῦ ν.*] Lege *δίκα τοῦ ι.* et ita Salmasius.

*Αἰβοῦδας, νῆσοι πέντε τῆς Βρετανικῆς*] MSS. *Πρετανικῆς*.

*Αἴβουρα πόλις Ἰβηρίας.*

— *Κόλουρα Κολουραῖος, πόλις περὶ Πριήνην*] Facile esset rescribere *Πυρήνην*, si circa illam urbs hoc nomine inveniretur. Nunc cum non inveniatur, *Colura* alibi quaerenda est. Existimo autem eandem esse cum *Κόλουσσα*, quae ab Scylace ad Pontum ponitur in Paphlagonia inter *Stephanen* et *Cimolin*. Favet huic coniecturae Mela lib. I. cap. 19. *Tum Cimolis et Colliris, et quae Paphlagoniam finit Armene.* ita enim habent MSS. pro quo in vulgatis ex Hermolai Barbari interpolatione legitur perperam, *Tum Cimolis accolitur.* Pro illo autem *Colliris*, quod Codices scripti praeferunt, legendum videtur *Colusa* vel *Colura*. Quod si haec vera sunt, ut videntur, pro *Πριήνην* hic apud Stephanum legendum, *Ἀρμένην*, vel *Σινάπην*. Videant docti.

*Αἰγάτης Αἰολίδος ἄκρα*] Legendum *Αἰγατῆς Αἰολίδος ἄκρα*. Strabo lib. XIII. pag. 615. incusat eos, qui *Αἶγα* accusandi casum faciunt a recto *Αἴξ*, *Αἰγᾶν* potius dicendum esse hoc *promontorium* dicens.

— *Οὐκ ἀναλόγως*] Potius lege: *οὐκ ἂν ἀλόγως*.

— *Καὶ τὸ πέλαγος*] Solinus cap. XI. *Inter Tenedum et Chium, qua Aegaeus sinus panditur, ab dextra Antandrum navigantibus saxum est: hoc enim verius quam insula meruit cognominari. Id quoniam visentibus procul caprae simile creditur, quam Graeci αἶγα nuncupant, Aegaeus sinus dictus est.*

— *Οὕτως ἐστὶ καὶ πόλις Φοινίκων*] Intelligo *Poenos* in Africa, ad quos pertinuit insula, vel insulae *Aegates*, ad quas
12 b finis bello Punico primo impositus nobili de Poenis reportata victoria navali per Romanos, anno U. C. DXII.

*Αἰγαῖον πέλαγος*] Originem nominis duplicem adfert Suidas, unam ab *Aegeo* Atticae rege, quem isto in mari submersum esse tradit fabula: alteram a concitatione fluctuum maiori, quae in isto mari regnat, quoniam *αἶγες* Graecis *τὰ μεγάλα κύματα*. Primum vide in *Αἰγαῖον πέλαγος*. Posterius in *Αἶγες* apud Suidam.

— *Αἰγαῖος πόντος*] Dicitur etiam *Αἰγεία θάλασσα* Suidae testimonio, quamvis mallem *Αἰγαῖα* scribere.

— *Ἔστι καὶ Αἰγαῖον πεδίον συνάπτον τῇ Κίῤῥᾳ*] Scholiastes Apollonii ad lib. I. v. 1165. *αἱ μὲν γὰρ Αἰγαὶ, ἔνθεν τὸν Ποσειδῶνα παραγίνεσθαί φασι κατὰ Πελοπόννησόν εἰσιν, ἐν τοῖς περὶ Κρίσαν τόποις.* Atque inde haud dubie huic *Aegaeo* mari nomen. *Κίῤῥα* autem et *Κρίσα* eadem. Vide eundem

Scholiasten etiam ad lib. I. v. 831. eiusdem poëtae *Αἰγαίῃ ὅσαι ἐν ἁλὶ ναιετάουσι.*

— *Λέγεται παρὰ αἶγα, ποτὲ φερομένην*] Is. Casaubonus ad Strabonem lib. I. p. 41. legit, *Αἶγαν ποταμὸν φερόμενον*, ex Eustathio, qui ad Dionysii Perieg. p. 22. *Ἰστέον δὲ ὅτι οὐ μόνον πέλαγος Αἰγαῖον, ἀλλὰ καὶ πεδίον τι περὶ τὴν Φωκίδα γῆν ἱστορεῖται καλούμενον Αἰγαῖον ἐκεῖνο παρὰ τὸν ἐκεῖ ῥέοντα Αἶγαν ποταμόν.* Praeclare quidem. Certe hanc Casauboni lectionem MSS. Palatini confirmant.

*Αἰγαὶ πολλαὶ, πόλις Κιλικίας*] Scribe, *Αἰγαὶ πόλεις πολλαὶ Κιλικίας, Μακεδονίας* etc.

— *Μακεδονίας*] *Αἰγαὶ Μακεδονίας* in excerptis Diodori Siculi lib. XXII. pag. 266. *Αἰγέαι* vocantur: *ἥ τις ἦν ἑστία τῆς Μακεδονικῆς βασιλείας.* In nummo Tiberii in corona *ΕΠΙ ΚΟΤΑΛΕΩΝΟΣ ΑΙΓΕΑΙΩΝ.* apud Illustrem Equitem Puteanum. in nummo Hadriani apud Franc. Gotifredum circum aquilam legitur, *ΑΙΓΕΑΙΩΝ*, qui forte Ciliciae. in alio M. Opelii sub capra, *ΑΙΓΕΩΝ.* Sic in alio Helagabali sub capite Bacchi, sub quo capella. In alio apud Franc. Angelonum circum figuram muliebrem hastatam et turritam cum cornu copiae, *ΑΙΓΙΕΩΝ.* Sic etiam in nummo Iuliae Mamaeae apud Tristanum Tom. II. p. 431. circum Deam Nemesin cum scutica, rota et cornu Amalthaeae, *ΑΙΓΙΕΩΝ ΜΗΤΡΟ*, quem ille de Aegieo Achaiae explicat. In nummo S. M. Ducis circum Victoriam gradientem *ΑΙΓΑΕΩΝ.* in aversa caput Minervae, vel Romae. In nummo Septimii Severi apud Franc. Gotifredum circum caput Homeri, *ΑΥΤ. ΚΑΙ. Δ. ΣΕΠ. ΣΕΥΗΡΟΝ ΕΠΥΣΜ.. Δ.. ΑΝΩΝΑΙΓΕΑΙΩΝ.*

— *Τῆς Θρακησίων Χερρονήσου*] Cave credas hanc esse Thraciam Chersonesum, quae ad Hellespontum: intelligitur enim *Pallene*, *Chersonesus Macedonica* inter Toronaicum et Thermaicum sinus, quae prius *Phlegra* est dicta. Inter huius *Chersonesi* urbes recensetur ab Herodoto lib. 7. cap. 123. *Αἰγὴ*, quae proculdubio hic intelligitur. Hanc autem *Chersonesum* cur appellet *Θρακησίων*, disces infra vv. *Μηκύβερνα* et *Παλλήνη.*

— *Καὶ ἡ ἐν Μυρίνῃ*] Scribe *Μυρίνῃ.* vide infra h. v. Sic Strabo, Scylax, alii. Meminit huius oppidi Galenus lib. de Boni malique succi cibis: *Τοιοῦτος δέ ἐστιν οἶνος παρ' ἡμῖν ὁ ἐν Αἰγαῖς καὶ Περπερήνῃ, τῇ μὲν ὁμόρῳ Μυρίνῃ, τῇ δὲ Περγάμῳ.* Unde apparet celebre fuisse olim optimum ob vinum, quod ibi proveniebat.

— *Ἀς Ὅμηρος ἐν τῷ ν.*] Lege ὡς, locus autem Home-

ri, cuius meminit, extat Iliad. N. v. 21. In his *Aegis* Neptuni equi stabulabantur. Vide Scholiasten Pindari in Nemeis, pag. 373. ubi de Neptuno:

*Ὃς Αἰγᾶθεν ποτὶ πλειτὰν*
*Θαμὰ νίσσεται Ἰσθμὸν Δωρίαν.*

et Eustathium ad Dionysium pag. 22. *Αἰγαῖον δὲ πέλαγος, ὥς τισι δοκεῖ, λέγεται παρὰ τὰς ἐν Εὐβοίᾳ Αἴγας, τόπον οὕτω καλούμενον, ἔνθα τοὺς τοῦ Ποσειδῶνος ἵππους ἀναπαύει ὁ Ποιητής.* Sed miror cur *Euboeae* potius, quam Achaiae, ea se illas velint, cum nullum apud Homerum eius rei extet argumentum.

— *Εὕρηται καὶ οὕτως, Αἰγεάτης*] Forte, *εὕρηται γὰρ καὶ οὕτως, Αἰγεάτης.* nam et *Αἰγεῖαι* dicitur, vide Salmasium in Exercitat. ad Solinum pag. 156. et *Αἰγιεὺς*, a Ciliciae oppido. hinc *Μάξιμος ὁ Αἰγιεὺς* apud Philostratum.

*Αἴγειρα πόλις Ἀχαΐας.*

— *Καὶ ἔστιν Αἴγειρα*] Cl. Salmasius legit, *καὶ τὴν Αἴγειραν*, ut cum praecedentibus cohaereat. vel *καὶ ἔστιν Αἰγείρας τὸ ἐθνικὸν*, ut cum sequentibus.

— *Παυσανίας δὲ ἕκτῳ*] Immo, *ἑβδόμῳ.* est enim locus in Achaicis, et ita citatur infra v. *Ὠρωπός.*

— *Φίλων δέ φησι Κιλικίας πόλιν εἶναι Αἴγειραν*] Fortassis eadem, quae supra *Αἰγαί*, et a Constantino *Ἀγαῖα* vocatur, Themate XIII. et in Notitia Provinc. MS. *Αἴγειαν.* Commonet. Samonicus *Aegeas* vocat, hoc est, *Αἰγείας*, in princ. de Phoebo,

*Qui colis Aegeas, qui Pergama, quique Epidaurum.*

In Subscript. Concilii Nicaeni in Cod. Canon. pag. 15. *Tarcondimantus Aegirates* recte scribitur, ubi edit. Rom. *Aegetanus.*

*Αἰγείρουσα πόλις τῆς Μεγαρίδος, ὡς Στράβων. λέγεται καὶ Αἴγειρος*] Vide Suidam h. v.

— *Σκοτουσαῖος*] *Σκοτουσσαῖος.* infra h. v.

— *Πιτυούσιος*] *Πιτυούσσιος.* infra h. v.

— *Ὡς Ἡρόδοτος*] Lib. I. cap. 149. Sed ibi *Αἰγιρόεσσα* vocatur.

*Αἰγεσταῖοι, οἱ Θεσπρωτοὶ ἀπό τινος Αἰγέστου στρατηγοῦ*] *Aegesta* Siciliae urbs ab *Aegesta* condita. vide Tzetzem ad Lycophronem p. 83. et 154. Hinc *Αἰγεσταῖοι* Herodoto lib. v.
13b cap. 46. Aeliano lib. II. V. H. cap. 33. sed Polybius lib. I. p. 24. *Αἰγεστεῖς* vocat.

*Αἰγηῖς φυλὴ τῆς Ἀττικῆς*] Attica haec tribus in aliquot antiquis reperitur Inscriptionibus apud Cyriacum Anco-

nitanum. Diversi ab hac *Αἰγοῦδαι*, Thebani, de quibus Scholiastes vetus Pindari Isthm. pag. 477.

*Αἰγηλοὶ ἔθνος Μηδικὸν*] An *Αἰγλοὶ*, quorum mentio apud Herodotum.

*Αἰγιαλὸς, μεταξὺ Σικυῶνος καὶ τοῦ Βουπρασίου καλούμενος τόπος, ἀπὸ Αἰγιαλέως τοῦ Ἰνάχου*] Tzetzes ad Lycophronem p. 38.

— *Ὅμηρος*] Iliad. *B.* v. 855.

— *Κρώμναν, Κρωβιαλόν τε*] Eustathius ad hunc Homeri locum p. 362. *καὶ σκοπητέον μήποτε αὕτη ἐστὶν ἡ νῦν Ἡονόπολις. λέγει δὲ ὁ γεωγράφος, καὶ ὅτι τὸ Ὁμηρικὸν τὸ, Κρώμναν τ' Αἰγιαλόν τε, γράφουσι τινὲς Κρῶμναν, Κωβιαλόν τε. καὶ ὅτι μετὰ Αἰγίαλον Κάραμβις. τίς δὲ ἡ Κάραμβις δηλοῖ ὁ περιηγητής. Ἀπολλώνιος δὲ γράφει ἐν τοῖς ἑαυτοῦ, Κρωβίαλον Κρώμναν τε καὶ ὑλήεντα Κύτωρον. λέγει δὲ ὁ τὰ Ἐθνικὰ γράψας, πολίχνιον πρὸς τῇ Ποντικῇ τὴν Κρωβίαλον.*

*Αἰγικόρεως, οὐκ ἔστι δῆμος τῆς Ἀττικῆς.*

— *Ἀπὸ Ἴωνος*] MSS. *ἀπόγωνος.*

— *Τελέοντες*] MSS. *Γελέοντες*, probante Salmasio.

— *Ὁπλῖται*] MSS. *Ὅπληται.*

*Αἰγιλία δῆμος τῆς Ἀντιοχίδος φυλῆς*] Scholiastae Theocriti ad Idyll. *A.* pag. 23. dicitur, *Αἴγιλος, δῆμος τῆς Ἀττικῆς ἀπό τινος φυλῆς ἥρωος Αἰγίλου.*

— *Ὁ δημότης, Αἰγιαλεύς*] Videtur scribendum *Αἰγιλιεὺς*, vel *Αἰγιλεύς.*

— *Αἰγιάλεια*] Lege *Αἰγίλεια*, ita certe vocatur Herodoto lib. VI. cap. 107. infra eadem haec insula *Ὠγυλος* dicitur, *ΑΙΓΙΑΛΕΑΣ* nummus exstat apud Goltzium, et *Αἰγιάλεια* tota Peloponnesus dicta fuit, teste Eustathio, ab *Aegialeo* primo Sicyoniorum Rege.

*Αἰγίλιψ πλησίον Κροκυλείας*] Suidas civitatem esse affirmat Cephalleniae, quae insula est Epiro adiacens. Eustathius in Homeri loco, cuius auctoritate *Αἰγίλιψ* civitas dicitur, *Τρηχεῖαν* existimat loci nomen, *αἰγίλιπα* vero illius epitheton. et sic aliis in locis haec vox sumitur, ut Iliad. *L.* v. 15. *Π.* v. 4. Suidas utrumque agnoscit *Αἰγίλιψ πόλις Κεφαλληνίας. σημαίνει δὲ καὶ πέτραν ὑψηλήν.* et sic etiam Hesychius.

— *Ὅμηρος*] Iliad. *B.* v. 633.

— *Εἴληχε δὲ τὴν προσηγορίαν διὰ τὸ μετρώδη εἶναι*] *Πετρώδη.*

*Αἰγίμορος νῆσος Λιβύης*] Straboni lib. XVII. p. 834. *Αἰγίμουρος.*

*Αἶγιναι τρεῖς, νῆσος μία τῶν Κυκλάδων*] Strabo lib. VIII.

et Eustathius ad Iliad. B. p. 288. dicunt *Aeginam* quoque secun-
14 a dum nonnullos esse locum τῆς Ἐπιδαυρίας, ut haec secunda sit, quam innuit Stephanus. Tertia autem illa in Ponto, cuius ipse sequenti voce meminit. Quae hic vel omissae sunt vel exciderunt. Falsum autem quod illa, quam enumerat, e Cycladibus una sit. Nullius enim unquam Auctor eo loci illam posuit. Sed culpa omnis penes librarios: nam ex voce *Οἰνώνη* apparet Stephanum scripsisse *Αἰακιδῶν*.

— *Ἥτις Οἰνώνη ἐκαλεῖτο*] Tzetzes ad Lycophronem pag. 37. *Ἡ γὰρ Αἴγινα πρότερον Οἰνώνη ἐλέγετο, ἀπὸ Οἰνώνης τῆς Βουδίωνος θυγατρὸς, καθά φησι Πυθαίνετος ἐν τῷ πρώτῳ τῶν Αἰγινητῶν*. Pindarus etiam Nem. Od. IV. et V. ibique Scholiastes antiquus. Dicebatur etiam *Οἰνοπία*. Sic idem Pindarus Isthm. Od. VIII. *νᾶσον Οἰνοπίαν* vocatam ait antequam Iupiter *Aeginam* Asopi filiam eo deduceret. Et sic Ovidius lib. VII. Metamorph. v. 473.

*Oenopiam veteres appellavere: sed ipse*
*Aeacus Aeginam genitricis nomine dixit.*

— *Ὕστερον δὲ Αἴγινα ἀπὸ τῆς Ἀσώπου μὲν θυγατρὸς Αἰγίνης, Αἰακοῦ δὲ μητρὸς*] *Aegina* Aeaci uxor, Pelei mater Orpheo dicitur, vocat enim Argonaut. v. 128.

*Πηλέα τ' Αἰακίδην Αἰγίνης ἀγλαὸν υἱόν.*
*Peleaque Aeacidam, Aeginae celebrem filium.*

— *Αἰγινήτης*] Et *Αἰγινάτης*, ut infra vv. *Βεμβῖνα. Βίλβινα. Καπίννα.*

— *Αἰγινῆται*] Salmasius legit, *Αἰγινητικός*. et mox, *ὡς τοῦ Ῥοδίου*. Sed de possessivis agit in fine, nec puto bis idem posuisse.

— *Κέρμος*] Salmasius legit, *κέραμος*. Is. Casaubonus *κέρμα*. Vide Etymol. M. v. *Αἰγιναῖα*.

— *Ὡς Δείναρχος ἐν τῷ κατὰ Πυθέου ξενίας*] Lege, *Πυθέου*. citatur autem haec *Dinarchi* contra *Pytheam* oratio Dionysio Halicarnassensi et ipsius *Pytheae* etiam meminit Harpocratio.

— *Ἔστι δὲ τρύπανον αἰπολικὸν Κεραμιήτης*] Is. Casaubonus Theocrit. Lection. cap. 1. locum hunc ita restituit: *ἔτι δὲ κατὰ τρόπον Αἰολικὸν Κεραμιήτης*.

— *Τὸ δὲ πολιήτης πλεονασμὸν ἔχει τοῦ η.*] Homerus Iliad. B. v. 806.

*Τῶν δ' ἐξηγείσθω κοσμησάμενος πολιήτας.*
*Illos ad pugnam educat instructos cives.*

et Apollonius Rhodius lib. I. v. 867. feminino genere: *ὀνοσσάμενοι πολιήτιδας*.

— Ὡς τὸ Μυθιήτης] Cl. Salmasius legit Μυλιήτης, aut Βοθιήτης.

— Τὸ δὲ Βαρδηλιήτης καὶ Μασσαλαῖτης τέτραπται] An non legendum Βαργυλιάτης, ut infra h. v. sed et sequens vox mihi suspecta, pro qua Salmasius legit Μασσαλιήτης. Henricus Valesius ad Excerpta Appiani pag. 77. Τὸ δὲ Βαργυλλιήτης καὶ Μασσαλιήτης τέτραπται. nam in Excerptis illis disertim Μασσαλιῆται scribitur.

Αἰγινήτης πολίχνιον καὶ ποταμὸς Παφλαγονίας] Arriano in Periplo Ponti Euxini corrupte dicitur Αἰγινῆτις. in nummo Heliogabali apud Franc. Gotifredum circum gladiatorem, ΑΙΓΕΙΝΗΤΩΝ. 14 b

— Τὸ ἐθνικὸν ὁμοίως, διὰ τὴν τοῦ πρωτοτύπου ἀρχήν] Vide supra in Αἰανῖτις.

Αἰγίνιον, πόλις Ἰλλυριῶν] Epiro accensetur a Strabone lib. VII. pag. 327.

— Αἴγιον πόλις Ἀχαΐας] Polybius lib. v. pag. 350. docet in hac urbe ex legibus Concilium Reip. Achaeorum fuisse convocatum.

— Ὁ πολίτης Αἰγιεύς, ὡς ὁ χρησμός. Ὑμεῖς, etc.] Eustathius locum exscripsit ad Iliad. B. pag. 292. ΑΙΓΙΕΩΝ autem nummus extat apud Goltzium.

Αἰγόσθενα πόλις Μεγαρίδος, οὐδετέρως.

— Ἀρκάδιος δ' Αἰγοσθένειαν αὐτήν φησιν] Sic et Ptolomaeus.

Αἴγουσα νῆσος Λιβύης] Polybius lib. I. pag. 61. Ἔπλευσε πρὸς τὴν Αἴγουσαν νῆσον τὴν πρὸ τοῦ Λιλυβαίου κειμένην. *Aegusam insulam Lilybaeo oppositam navigavit.*

— Κατὰ Λίβυας λεγομένη Κατρία] Nunquid forte Καπρία? nam αἴξ, unde Graecum insulae nomen deductum est, *capram* significat. Hausit haec sine dubio ex antiquo scriptore, qui Graeci nominis significationem Latina voce exprimere voluerat. Noster autem Grammaticus Romani sermonis ignarus Africanam esse vocem existimavit.

Αἴγυπτος καὶ ἡ χώρα καὶ ὁ ποταμός.

— Ἐκλήθη ἀπὸ Αἰγύπτου, ὡς Χάραξ, Βήλου παῖς] Lego, ὃς Βήλου παῖς. vide infra v. Θάσσος.

— Ὡς ἔχει τὸ Ἰαμβεῖον· Δεινοί] Ex Aeschylo citat hoc senarium vetus Aristophanis Scholiastes ad Ἐπίρρημα Act. III. Scen. IV. Nubium.

— Καὶ Ἀερία] Apollonius Rhodius lib. IV. v. 267.

Ἦμος ἔτ' Ἠερίη πολυλήϊος ἐκλήϊστο
Μήτηρ Αἴγυπτος προτεριηγενέων αἰζηῶν.

*Tunc adhuc Aëria vocabatur illa frugifera*
*Mater Aegyptus primorum hominum.*

vide de hoc Aegypti nomine Seldenum Syntagm. 1. de Diis Syriæ cap. 4.

— Καὶ Ποταμίτης] Lege Ποταμῖτις, ut ex praecedenti liquet.

— Καὶ Ἑρμογύμιος] Plutarchus libello de Iside p. 364. *Aegyptum* a nigredine soli Χημίαν appellatam scribit, ἐν τοῖς μάλιστα μελάγγειον οὖσαν: ab eadem origine hanc quoque appellationem non dubito deducere; idque sequens vox Μελάμβωλος testatur. חם, *Chum* enim Hebraeis *nigrum* denotat. Cophtitae autem *Aegyptum* nunc quoque *Chemi* appellant.

— Καὶ Μελάνβολος] Lege Μελάμβωλος. Eustathius ad
15 Dionysium Periegetem pag. 35. καὶ μὴν καὶ Ἀετία, ἔκ τινος Ἰν-
a δοῦ Ἀετοῦ καλουμένου. καὶ Ὠγυγία δὲ, καὶ Μελάμβωλος καὶ Ἡφαιστία. et sic Scaliger Apollodorum emendat ad Eusebium pag. 34.

Αἴγυς πόλις Λακωνική, ὡς Εὐφορίων. οἱ πολῖται Αἰγύται] Vide infra vv. Αἶπυ. Κῶβρυς. Πίναμυς.

— Ὡς Παυσανίας] Lib. III. pag. 83.

— Καὶ Ἀλεξάνδρῳ, Δηϊφόβῳ γαμηθεῖσα] Lege: καὶ Δηϊφόβῳ. γαμηθεῖσα.

Αἴδηψος πόλις Εὐβοίας. Στράβων ἐννάτῳ] Hoc nomen corruptum est apud Plutarchum lib. IV. Conv. Quaest. q. 4. ubi vulgo male Γάληψος legitur pro Αἴδηψος. Locus Strabonis est lib. IX. pag. 425.

— Λουτρὰ Ἡρακλέους] Deest in Strabone vox λουτρά.

— Ἦν δὲ καὶ σιδηρᾶ, καὶ χαλκᾶ μέταλλα κατὰ Εὔβοιαν] Leg. σιδήρου καὶ χαλκοῦ. vide Eustathium ad Dionysium p. 100.

— Καὶ τοῦ ἱεροῦ τῆς Ἥρας κατέλιπον] Cl. Salmasius pro Ἥρας legit Ῥέας.

— Ὁ πολίτης Αἰδήψιος] Nummus apud Goltzium habet, ΑΙΔΗΨΙΩΝ.

Αἰδούσιοι σύμμαχοι Ῥωμαίων πρὸς τῇ Κελτικῇ Γαλατίᾳ· Ἀπολλόδωρος ἐν Χρονικῶν δ.] Proculdubio *Aedui* sunt. Strabo lib. IV. pag. 192. οἱ δὲ Ἐδοῦοι καὶ συγγενεῖς Ῥωμαίων ὠνομάζοντο, καὶ πρῶτοι τῶν ταύτῃ προῆλθον πρὸς τὴν φιλίαν καὶ συμμαχίαν. *Hedui Romanorum cognati appellati, primique Gallorum amicitiam et societatem eorum amplexi sunt. Apollodorum* vero, qui versu *Chronica* scripsit, metri necessitate compulsum fuisse existimo gentis nomen ut sic formaret.

Αἰζική Θρᾴκης μέρος. Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ] Nunquid ita

legit apud *Hecataeum* pro *Ἀστικὴ*, quae regio Thraciae circa Anchialum?

*Αἰθαία πόλις Λακωνικῆς, μία τῶν ἑκατόν.*

— *Τὸ ἐθνικὸν Αἰθαιεύς. Θουκυδίδης πρώτῃ*] Lib. I. pag. 66. Sed *Αἰθεεῖς* vocat per *ε*, non *Αἰθαιεῖς*, per *αι*, ut hic dicitur.

*Αἰθάλη νῆσος Τυρσηνῶν.*

— *Φίλιστος δὲ ἐν ε Σικελικῶν Αἰθάλειαν αὐτὴν καλεῖ*] Silo etiam vocat Scylax in Periplo pag. 2. et Aristoteles *περὶ Θαυμ. Ἀκουσμ.* bis. *Ilua* Latinis dicitur, quae autem Aristoteles ibi narrat de calculis maculosis, quos ita tinctos esse ex destillationibus liquorum, quibus se Argonautae unxissent, poëtae tradiderunt, illos ipse non sine admiratione in portu huius insulae et iuxta Salinas, quae sunt a tergo Castelli Maioris, vidi.

— *Πολύβιος δ' ἐν τριακοστῇ τετάρτῃ λέγει Αἰθάλειαν τὴν Λῆμνον καλεῖσθαι*] Vide Etymologicum M. v. *Αἰθάλη*.

— *Ἀφ' ἧς ἦν ὁ Γλαῦκος, εἷς τῶν τὴν κόλλησιν σιδήρου εὑρόντων. δύο γὰρ ἦσαν*] Mire omnia confundit iste consarcinator. Herodotus lib. I. cap. 25. refert Alyatten Lydium Delphis dedicasse, *ὑποκρητηρίδιον σιδήρεον κολλητὸν, θέης ἄξιον διὰ πάντων τῶν ἐν Δελφοῖσι ἀναθημάτων. Γλαύκου τοῦ Χίου ποίημα, ὃς μοῦνος δὴ πάντων ἀνθρώπων σιδήρου κόλλησιν ἐξεῦρε.* *Pateram ex ferro parvulam, compactilem, spectatu dignam, inter omnia quae sunt Delphis dona: opus Glauci Chii, qui solus omnium compactionem ferri excogitavit.* Ecce Herodoto *Chius*, qui huic *Samius*, isthic solus ferruminationis auctor celebratur, hic socius ei adiungitur. Hic ipse donarium Delphis statuisse dicitur, isthic Alyattes. Herodotum sequitur Pausanias lib. X. pag. 637. qui suo tempore hoc *ὑπόθημα τοῦ Ἀλυάττου κρατῆρος* Delphis extitisse refert. Suidas tamen cum nostro *Glaucum* hunc facit *Samium*, in *Γλαῦξ ἴπτηται.*

— *Ἐκαλεῖτο δὲ οὕτως ἡ πόλις ἴσως ἐκ τῶν ἀναδιδομένων τοῦ Ἡφαίστου κρατήρων*] Eustathius ad Periegetem pag. 74. *Τὴν Λῆμνον, κρανὸν πέδον Ἡφαίστου καλεῖ Διονύσιος, ἀκολούθως Ὁμήρῳ, διὰ τοὺς ἐκεῖ ποτε τοῦ πυρὸς κρατῆρας.* Nam *Αἰθάλη cinerem, carbonem et fuliginem* significat, ut docet Hesychius.

— *Οἱ πολῖται Αἰθαλεῖς*] Ab *Aethalia* etiam gentile foemininum formatur *Aethalis*. Sic enim Ovidius lib. II. Epist. ex Pont. 3.

*Excepit lacrymas Aethalis Ilva genis.*

ut egregie locum illum emendavit Nicolaus Heinsius.

*Αἰθὴρ, ὁ ὑπὲρ τὸν αἰθέρα πεπυρωμένος τόπος*] Lego, *ὑπὲρ τὸν ἀέρα*. et sic legit etiam Salmasius.

— *Καὶ τῆς αἰθέρος*] Euripides, *Νῶτα διφρεύουσ' αἰθέρος ἱερᾶς*. loquitur de nocte.

*Αἰθικιαῶς Κιλικία.*

— *Τὸ ἐθνικὸν Αἴθικες*] Hesychius: *Αἴθικες, ἔθνος παρὰ τὴν Θεσσαλίαν, ὅ ἐστιν Δολοπία.* eorumque meminit bis Plutarchus Quaest. Graec. pag. 293. et 297.

— *Μαρσύας δὲ μέσον τῆς Τυμφαίας*] Hesychius: *Τυμφαῖον ἔθνος, ἄθεον ἔθνος.*

— *Τὸ δὲ ἔθνος, ἐπιεικῶς παράβολόν τε καὶ βάρβαρον*] *Populum proiectae profligatae que audaciae et barbarum.*

*Αἰθοψ ὡς Κίλιξ.*

— *Αἰθίοπες τοὶ*] Versus est Homeri ex Odyss. *Α.* 23.

— *Εἰσὶ δὲ καὶ τὸ ὄψ καὶ τὸ μέροψ*] Et *εὐρύοψ*. nam *εὐρύοπα* Iovem passim vocat. Sic *αἴθυψ, νώροψ, οἴνοψ* apud eundem Homerum occurrunt.

— *Αἰθιοπίδος γῆς ἡνίκα ταχῇ χιών*] Prius in prosa etiam occurrit apud Aelianum lib. II. Hist. Animal. cap. 21. Posteriora huius versus Anonymus de Nilo legit, *ἡνίκ' ἂν ταχῇ χιών.*

— *Ὀνομάζουσι δὲ τοὺς αἰτίους τούτων Μίθραν καὶ Φλεγύας*] Cl. Salmasius legit *Φλεγύαν.*

16 — *Ὡς Φαβωρῖνος περὶ τοῦ Αἰθιόπισσα πλατύτερον ἐν τοῖς*
a *τῶν ἐθνικῶν Προτεχνολογήμασιν εἴρηκεν*] Post *Προτεχνολογήμασιν*, distinguendum, et pro *εἴρηκεν* legendum *εἴρηκα.* nisi de ipso Stephano velimus Epitomatorem loqui.

*Αἰθιόπιον, χωρίον Δαμάσκου*] Suidas: *Αἰθιόπιον χωρίον τῆς Βοιωτίας.* quod sequentia confirmare videntur: MSS. *Αἰθόπιον.*

— *Παρὰ Ὕλλῳ*] *Hyllus* est Lydiae fluvius in Hermum defluens, ut testatur Strabo lib. XIII. pag. 626. MSS. autem legunt, *περὶ ὕλλον.*

— *Πλησίον τοῦ Εὐρίπου*] Legendum, *πλησίον τοῦ Σιπύλου.*

— *Ἀφ' οὗ ἡ Ἄρτεμις Αἰθιοπία*] MSS. *Ἄρτεμις Αἰθοπία.*

*Ἀΐλανον πόλις Ἀραβίας*] Salmasius ad Solinum p. 284. docet frequentius *Αἴλανα* dictum, num. plur. scil. Urbis huius nomen corruptum est apud Eusebium lib. IX. Praepar. Evang. cap. 30. ubi *ἐν Ἀχάνοις* pro *ἐν Αἰλάνοις* legitur.

— *Ἧς ὁ πολίτης Αἰλανίτης*] Infra in *Ἔγρα* occurrit *Αἰλανίτης πόλις.*

*Αἴλια πόλις Παλαιστίνης*] Aliam quoque *Aeliam* memorat Tzetzes, quae et *Hadrianopolis Thraciae* dicitur, et ante dicebatur *Orestias* Chil. VIII. cap. 247.

— *Διὰ τῆς ει διφθόγγου γράφων τὸ Αἰλία*] Ergo scribatur, *Αἴλεια*.

— *Σιγιεύς*] Is. Casaubonus scribit *Σιγιεύς*. Certe ita sequitur ex illis, quae praemittit Stephanus.

— *Παρὰ μίαν γὰρ συλλαβὴν εὑρίσκεται τὰ τοιαῦτα*] Mox v. *Αἴνεια* locus hic clarius exponitur, unde videtur hoc loco addendum, *ἐνδεῖν τοῦ πρωτοτύπου*.

— *Εἰ γὰρ παρὰ τὴν Ἀλεξάνδρειαν, ἣν ἂν Ἀλεξανδρεύς*] MSS. PP. *εἰ δὲ παρὰ τὴν Ἀλεξάνδρειαν ἦν, Ἀλεξανδρειεὺς ἂν ἦν*· recte.

*Αἰμονία ἡ Θετταλία ἀπὸ Αἴμονος*] Vetus Scholiastes Apollonii Rhodii lib. III. v. 1089. *Αἰμονία τὸ πρότερον ἡ Θεσσαλία ἐκαλεῖτο· καὶ ἄλλας δὲ ἔσχον ὀνομασίας. ἐλέγετο δὲ καὶ Πυῤῥοδία ἀπὸ Πύῤῥας τῆς Δευκαλίωνος. ἡ Θεσσαλία ἐκαλεῖτο τὸ παλαιὸν Πύῤῥα· ὡς Ῥιανός.* et lib. II. v. 92. *Αἰμονίης τῆς Θεσσαλίας, ἀπὸ Αἴμονος, υἱοῦ Ἄρεως.*

— *Ὡς Ῥιανός*] Insignes sunt versus Rhiani de diversis Thessaliae nominibus, quae temporum successione habuit, apud Scaligerum ad Eusebium pag. 19. ex Scholiaste Apollonii loco paullo ante adducto deprompti: sunt autem sequentes:

*Πύῤῥαν δήποτε τήνγε παλαιότεροι καλέεσκον,*
*Πύῤῥης Δευκαλίωνος ἀπ' ἀρχαίης ἀλόχοιο,*
*Αἰμονίην δ' ἐξαῦτις, ἀφ' Αἴμονος, ὅν ῥα Πελασγὸς*
*Γείνατο φέρτατον υἱόν. ὁ δ' αὖ τέκε Θέσσαλον Αἴμων.*
*Τοῦ δ' ἄπο Θεσσαλίην λαοὶ μετεφημίξαντο.*

— *Ἔχει προκατάρχοντα κυρίων, τούτοις ἐπιεικῶς ὁμοφωνεῖ τὰ ἐθνικά*] MSS. pro *κυρίων* habent *κύρια*. Salmasius vero pro *ἐπιεικῶς* legit, *ἐπιτοπλεῖστον*. 16 b

— *Ὡς Κράννων*] Scribe *Κράνων*, uti infra et aliis vocatur: licet mox in *Αἴσων* eodem modo scribatur, alio quamvis accentu.

— *Τὸ Τεῦκρος ὡς τριγενὲς ὠξύνθη*] *Τευκρὸς* supra in *Ἀβαντίς*.

— *Κάμιμος καὶ ὁ κτίστης καὶ ἡ νῆσος ὁμοίως*] Suspicor legendum *Κάμιρος*. quod est oppidum insulae Rhodi. *ὁμώνυμον* conditori suo, ut testatur Strabo lib. XIV. pag. 654.

*Αἶμος, ὄρος Θράκης.*

— *Καὶ Ὠριθυίας*] Cl. Salmasius legit *Ὠρειθυίας*.

*Αἴνεια τόπος Θράκης, ὡς Αἴπεια, Ζέλεια ἀπὸ Αἰνείου. Θέων Αἰνειάδας ταύτην καλεῖ*] *Theo* iste est Scholiastes Lycophronis, ex quo sua bona depromsit Tzetzes.

— *Αἰνείας δὲ μετὰ τὴν Ἰλίου πόρθησιν*] Similia his refert apud Photium Cod. CLXXXVI. Conon, Narratione XLVI. sed mul-

ta ibi confunduntur: Θερμὸς seu Θερμαῖος πόλπος cum Melano; urbe Αἴνεια cum Αἴνῳ.

— Ὄρειαι Ὀρέστης] Num legendum, Ὀξειαὶ Ὀξεύτης. harum enim insularum mentio fit infra in Ἀρτέμιτα. sed legendum omnino Ὀρνειαὶ Ὀρνεάτης, ut patet in vv. Ἀρνεαὶ, et Ἀσέα. Et Orneae describit Strabo lib. VIII. pag. 882.

— Καὶ πόλις Τυῤῥηνίας, ἧς οἱ οἰκήτορες Αἰνεῖοι] Scholiastes Apollonii ad lib. II. v. 297. adducit versum Hesiodi de Zeto et Calai:

Ἔνθ' οἴγ' εὐχέσθην Αἰνηΐῳ ὑψιμέδοντι.

mox addit: ἔστι γὰρ καὶ Αἶνος ὄρος τῆς Κεφαλληνίας, ὅπου Αἰνησίου Διὸς ἱερὸν ἐστι. Subiunctique auctores, qui huius fani meminere, Λίων ἐν Περίπλῳ, καὶ Δημοσθένης ἐν ταῖς Αἰμέσιν.

Αἰνία διὰ τοῦ ι, πόλις Περραιβῶν. καὶ Αἰνιᾶνες οἱ οἰκοῦντες] Vide insignem locum de his *Aenianibus* apud Heliodorum Aethiop. lib. pag. 122. et seqq. in quo saepius corrupte Αἰνειᾶνες scribitur pro Αἰνιᾶνες. Herodoto lib. VII. cap. 185. dicuntur Ἐνιῆνες.

— Καὶ Αἴνιος ποταμὸς αὐτῆς] Vide mox in Αἶνος.

— Ὡς Μηλιεῖς] Puto excidisse καὶ ante ὡς. sic Eustathius ad Iliad. B. pag. 335. vide etiam Scylacem Caryandensem.

— Στράβων δὲ ἐν τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ φησὶν ἐν τῷ Πόντῳ Αἰνιᾶνας ἄλλους εἶναι, οὓς καλεῖσθαι νῦν Παρσίους] Locus hic mirum in modum corruptus et truncatus est. Strabonis ille, quem innuit, non extat libro XIV. sed XI. error natus ex notis ΙΑ, quae mutatae in ΙΔ. deinde apud Strabonem, non Αἰνιᾶνες, sed Αἰνειᾶνες per ει diphthongum scribitur. tertio, non Παρσίους, sed Παῤῥασίους eam Ponticam gentem ibidem vocat Strabo,
17 quam recte, mox dispiciemus. Quod autem *Aenianas* illos *Par-*
a *sios*, sive *Parrhasios* a Strabone vocari scribit, ea summa est oscitantia, cum Strabo nihil minus dicat. Verba Strabonis haec sunt pag. 508. Οἰκεῖ δὲ τὴν παρωρείαν ταύτην μέχρι τῶν ἄκρων ἀπὸ θαλάττης ἀρξαμένοις, ἐπὶ μικρὸν μὲν τῶν Ἀλβανῶν τὸ μέρος, καὶ τῶν Ἀρμενίων, etc. Φασὶ δὲ Παῤῥασίων τινὰς συνοικῆσαι τοῖς Ἀναριάκαις, οὓς καλεῖσθαι νῦν Παῤῥασίους. Αἰνειᾶνας δὲ ἐν τῇ Οὐϊτίᾳ τειχίσαι πόλει, ἣ νῦν Αἰνιᾶνα καλεῖται. *Hanc autem ad ima montium porrectam regionem, si ab extremis mare versus pergas, non ita multum pars Albanorum et Armeniorum incolit*, etc. *Ferunt quosdam de Parrhasiis habitasse cum Anariaeis et nunc eos Parrhasios vocari. Aenianes autem in Uitia munivisse urbem, quae nunc dicatur Aeniana.* Quibus verbis duas distinctas gentes Graecas, sedes isthic locorum fixisse ostendit. Ego, ut, quod res est, dicam, librariorum culpam totam

esse existimo, qui integrum Strabonis locum a Stephano allatum suo more contruncarunt, quod frequenter hoc in opere factum passim ostendimus in aliorum quoque auctorum locis in eodem adductis. Illam vero scripturam *Παρσίους* Stephani, praeferrem alteri Strabonis: nam Strabo manifeste indicat illud *Parrhasiorum* nomen in aliud quoddam vicinum transmutatum, dixisset enim alias illud nomen adhuc servari. Polybius lib. v. pag. 889. regionem ipsam *Παῤῥασίαν* appellat apud Ptolemaeum lib. vi. Geogr. cap. 18. in Paropamisadis *Parsii* commemorantur, et *Parsia* oppidum: licet nos in vulgatis Graecis codicibus nunc male *Πασίοι* legamus: sed *Πάρσιοι* legerunt interpretes veteres, et oppidi nomen in ea gente sic legendum evincit; quamvis non ignorem hosce *Parsios* Ptolemaei longius ab *Anariacis* Strabonis et *Amariacis* eiusdem Ptolemaei, et Polybii *Ariaracis* distare.

— *Μὴ ὁμοφωνοῦντος τοῦ Τεῦκρος καὶ Γυναικός*] Lege omnino cum Cl. Salmasio, *καὶ Γραικός*. nam *Τεῦκρος* et *Γραῖκος*, ut propria virorum nomina circumflectuntur, ut gentis, oxytona sunt. vide infra in *Τευκροί*.

*Αἶνος, πόλις Θρᾴκης, Ἄψυνθος καλουμένη*] MS. Vat. *Αἶνος, πόλις Θρᾳκική. ὁ ἀπὸ ταύτης Αἴνιος. καὶ Αἰνόθεν τόπικὸν ἐπίθημα.* Caeterum *Αἶνος* etiam est Cephalleniae mons, in quo levis *Αἰνησίου* fanum erat, testibus Strabone lib. x. pag. 466. et Scholiaste Apollonii lib. ii. v. 297.

— *Καὶ κτίσμα Κυμαῖον*] Suidas in *Αἶνος* et *Ἀλωπεκόννησος*, dicit hanc urbem conditam fuisse a Graecis primo quidem Alopeconnesiis eo deductis, deinde etiam Mitylenaeis et *Cumaeis*, Unde forte quis putet legendum hic *Κυμαίων*.

— *Αἶνος ποταμός*] An non *Αἴνιος ποταμός*, ut voce praecedente? 17 b.

— *Ἡ δὲ ἀπὸ τοῦ Αἴνου τοῦ Γουνέως ἀδελφοῦ δευτέρα. Ἔστι καὶ πόλις*] Videtur legendum, *Ὁ δὲ* vel *οἱ δὲ*. deinde mutata distinctione *Δευτέρα ἐστὶ καὶ πόλις*. Haec enim nomina ordinalia *δευτέρα, τρίτη, τετάρτη, πέμπτη*, ad sequentia locorum vocabula, mutata distinctione, referenda sunt, non ad praecedentia. Existimo autem prius fuisse notas tantum, et hinc natum errorem.

— *Τὸ ἐθνικὸν Αἴνιος*] Et *Αἴνειος* apud Harpocrationem ex Demosthenis Orat. contra Aristocratem (male enim isthic legitur *ἐν τῷ κατὰ Τιμοκράτους*, pro *ἐν τῷ κατ' Ἀριστοκράτους*) ad quem locum obiter moneo, virum eruditum, qui Harpocrationem postremo edidit, male eum divellere, et ut sententiam suam nobis probet, nescio quos *Αἰνίτας* ex Mitylene et Cyma fingit contra Stephani, et, ut reor, omnium auctorum reliquorum mentem. Vide Suidam in *Ἀλωπεκόννησος*. Est et aliud ab

hac urbe gentile *Αἰνιάτης*, quod occurrit in Glossis Hippocrat. Galeni. *Αἰνιάτης ὁ ἀπὸ Αἴνου τῆς ἐν Θράκῃ πόλεως.*

— *Ταύτην Ἀπολλόδωρός φησιν ὠνομάσθαι Πολτυμβρίαν*] Immo *Πολτιοβρίαν*, si Strabonii credimus lib. vii. pag. 319.

*Αἰξωνία, πόλις Μαγνησίας.*

— *Ὡς εἴθισθαι πολλῶν τῶν δήμων*] Is. Casaubonus, *ἐπὶ πολλῶν τῶν δήμων.*

— *Καὶ αἰξωνεύεσθαι τὸ κατηγορεῖν*] Forte scripsit, *κακηγορεῖν.* certe si Harpocrationem sequimur: qui in *Αἰξωνεῖς, ἀφ' οὗ καὶ τὸ κακῶς λέγειν αἰξωνεύεσθαι ἔλεγον.*

*Αἰολία, νῆσος Αἰόλου.*

— *Τὸ ἐθνικὸν ὁμοίως*] Ita *Aeolium Pontum* Silius Italicus appellat, in quo *Aeoliae* sitae sunt insulae. Quidam autem scriptorum auctius: *οἱ νεώτεροι τὸ ἐθνικὸν ὁμοίως.*

— *Ἀλλὰ καὶ Αἰολεώτης*] Scribe. *Αἰολιώτης.* Nam *Αἰόλιαι νῆσοι* dicuntur Latinis *Aeoliae.* Herodotus de vita Homeri: *ἡ πάλαι Αἰολιῶτις Κύμη.*

— *Οἱ τὴν Λέσβον οἰκοῦντες Αἰολεῖς*] Hinc *Αἰολὶς* foemininum, et *Αἰολίδες νῆσοι*, de quo videndus Eustathius.

— *Ἀφ' ὧν αἱ Αἰολικαὶ ἀποικίαι*] MSS. *ἡ Αἰολικὴ ἀποικία.*

*Αἰόλιον, τῆς Θράκης Χερρονήσου πόλις*] Salmasius legit, *Αἰόλειον*, et in MS. P. praeponitur superiori voci *Αἰολία.* et exempla gentilis ostendunt sic legendum, ut *Ῥοίτειον, Ῥοιτειεύς.*

*Αἴπεια, πόλις Λακωνικῆς*] Catalogus urbium MS. in Bibliotheca Vaticana, *Αἴπεια, ἡ νῦν Κορώνη.*

— *Οὕτω καὶ ἡ Κύπρου*] MS. *Κύπρος*, sed Eustathius ad Iliad. I. pag. 743. *ἔστι καὶ ἑτέρα Κύπρου*, legit iam olim.

18 — *Τβρεάτης*] Lege *Τδρεάτης.* vid. infra in *Τδρέα.*

a *Αἶπυ, πόλις Μεσσηνίας*] Scholiastes Homeri Mediceus MS. ad Iliad. B. v. 297. *Αἶπυ. τοῦτο κύριόν ἐστι. περὶ ἧς φησι πόλις Αἰπεῖα κολώνη. Ἡρωδιανὸς δὲ ἀναλογωτέραν φησὶ τὴν βαρεῖαν εἶναι τάσιν. ἴσως δὲ ἀπὸ τοῦ Αἰπούτου. κατὰ ταύτην δὲ τὴν πόλιν ποσὶ πεματός ἐστιν ὁ Ἀλφειός, κἂν σφόδρα ῥύῃ.*

— *Τὸ ἐθνικὸν Αἰπύτης*] Aliud gentile occurrit apud Pausaniam lib. viii. pag. 498. sed legitur corrupte *Αἰγυπτίων* pro *Αἰπυτίων*, nisi forte *Αἰπυτῶν* scribendum: nam eodem libro *Αἰπύτις* regio sive ipse ager vocatur.

*Αἶσα, πόλις Θράκης, προσεχὴς τῇ Παλλήνῃ*] Etymologicum M. Epirum sic olim vocatam scribit: eiusque incolas *Αἰσιόους.* Ego existimo hanc *Αἶσαν* esse, quae *Αἰσαὶ* dicuntur Heredoto lib. vii. cap. 123. Nam ad eius verba Stephanus manifeste alludit, atque hoc verissimum esse testatur vocabulum *Πίγωνος,*

quod iisdem verbis, quibus hic *Αἴσα*, ex eodem Herodoti loco infra describitur.

*Αἴσων, πόλις Θεσσαλίας ἀπὸ Αἴσωνος*] Scribe *Αἴσονος*, ut ex sequentibus manifestum est, et Apollonio lib. I. v. 331.

*Τοῖσιν δ' Αἴσονος υἱὸς ἐϋφρονέων μετέειπεν.*
*Illos vero Aesonis filius prudens allocutus est.*

— *Οὗ τὸ ὄνομα διὰ τοῦ ο κλίνεται*] MS. vetust. *τοῦ ω.* sed male.

— *Ἡσίοδος. τὸ δὲ*] Locus Hesiodi in verbis *τὸ δὲ Αἰσονίδης* videtur latere, et forte est v. 999. in Theogon. *Αἰσονίδης καί μιν θαλερὴν ποιήσατο ἄκοιτιν. Aesonides et ipsam floridam fecit uxorem.*

— *Ἀπὸ τοῦ Αἴσονος ἡ δὲ Φέρητα ἀεί*] Locus Homeri mutilus ex Odyss. *Λ.* v. 258. ubi sic legitur: *Αἴσονά τ' ἠδὲ Φέρητ' Ἀμυθάονά θ' ἱππιοχάρμην.* Forte autem sic legendus Stephani locus: *τὸ γὰρ Αἰσωνὶς ἀπὸ Αἴσονος. καὶ Ὅμηρος Αἴσονά τ', ἠδὲ Φέρητα.* et delendum illud *ἀεί.*

— *Τὸ δ' Αἰσωνὶς, ἀπὸ τῆς γενικῆς τοῦ ἀρσενικοῦ*] Apollonius Rhodius lib. I. v. 411.

*Κλῦθι ἄναξ Παγασάς τε πόλιν τ' Αἰσωνίδα ναίων,*
*Ἡμετέροιο τοκῆος ἐπώνυμον.*
*Audi rex Pagasas et civitatem Aesonidem incolens*
*A patre meo appellatam.*

Ubi Scholiastes antiquus: *Αἰσωνὶς, πόλις τῆς Μαγνησίας, ἀπὸ τοῦ πατρὸς Ἰάσονος, ὡς καὶ Πίνδαρός φησι καὶ Φερεκύδης.*

— *Κραννών*] De hac voce iam diximus supra in *Αἰμονία.*

— *Οὔλπων*] Puto legendum, *Οὐίβων.*

*Αἴτνη, πόλις Σικελίας ἀπὸ Κατάνης*] Salmasius, *ὑπὲρ Κατάνην*, quam tamen lectionem sibi non satisfacere testatur.

— *Ἱέρωνος κτίσμα*] *Aetnam* conditam fuisse ab *Hierone* eo tempore, quo Aeschylus apud eum commorabatur, auctor est is, qui ex veteribus Aeschyli vitam conscripsit. Idem etiam in fine vitae Pindari dicitur. et hinc Pindarus sic exorsus fuerat carmen ad *Hieronem*: ut est apud Scholiastas Aristophanis et Pindari: *Ξύνες ὅτι λέγω ζαθέων ἱερῶν ἐπώνυμε Πάτερ κτίστορ Αἴτνας.* quod Aristophanes ex Pindaro transtulit in Avibus pag. 585. 18 b

— *Ὁ οἰκήτωρ, Αἰτναῖος*] In antiquo nummo *ΑΙΤΝΑΙΩΝ* legitur, et *Αἰτναίῳ Διΐ* aras a Romanis positas auctor est Diodorus in Excerptis Constant. Porphyr. p. 373.

*Αἰτωλία, χώρα, ἀπὸ Αἰτωλοῦ τοῦ Ἐνδυμίωνος*] Idem habes apud Pindari Scholiasten Graecum ad Olymp. Od. III. pag. 31. unde Pindaro, *Αἰτωλὸς ἀνὴρ ὁ Ἠλεῖος* dicitur, et Elei *Ae-*

*toli.* et hinc forte *Aetolia* Peloponnesi oppidum ab Androtione commemoratum.

— Ὃς ἐκπεσὼν ἀπὸ Πίσσης] Lege, ἀπὸ Πίσης infra h. v.

— Τὸ ἐθνικὸν, καὶ Αἰτωλίς] Lege Αἰτωλος. Eustathius ad Iliad. Δ. pag. 488. Ὁ δὲ Αἰτώλιος διφορεῖται ὁμοίως τῷ Δάρδανος Δαρδάνιος. Κάπρος Κάπριος. Κάϋστρος Καϋστρίος. ἔκτοπος ἐκτόπιος, ὁ καὶ ἄφορμος παρὰ Σοφοκλεῖ. ἔγχωρος, οὗ χρῆσις παρὰ Λυκόφρονι ἐγχώριος.

— Ἣν συγκαταλέγει ταῖς Λακωνικαῖς πόλεσιν Ἀνδροτίων ἐν Ἀτθίδος] In MS. legitur καὶ Ἀτθίδος. et sic legendum censet Cl. Salmasius.

— Καὶ τὸ Μαυσωλός] Eustathius, qui totum hunc locum descripsit, ad Iliad. B. pag. 311. ita habet: διότι τὸ Μαύσωλος προπαροξύνεται ὡς μὴ ἔχον τὸ τ. quare necessario dicendum errasse Hermolaum, dum contra Stephani mentem scripsit Μαυσωλὸς pro Μαύσωλος.

— Λέγονται καὶ Αἰτωλιταί] Lege Αἰτωλισταί, ut Ἀττικισταί, similiaque; et sic Salmasius.

Ἀκαδήμεια, γυμνάσιον Ἀθήνησιν] *Academiam* describit Diogenes Laërtius in Platone non longe a principio.

— Οὗ οἱ Ἀκαδημαϊκοί] Cl. Salmasius, ἀφ' οὗ οἱ Ἀκαδημαϊκοί.

— Γράφεται καὶ διὰ τοῦ ε Ἐκαδήμεια, περὶ οὗ ἐν τῷ ε λέξομεν. διὸ καὶ ἡ πλείων χρῆσις οὕτως] Pro testimonio auctori sit Photius in Bibliotheca, et posteriores ubique.

Ἀκακήσιον, πόλις Ἀρκαδίας.

— Τὸ ἐθνικὸν Ἀκακήσιος] Callimachus Hymno in Dianam, et Scholiast. pag. 19.

— Ἀκαλησσεύς] Deest aliquid.

— Τυμησσεύς] Lege Τυμνησσεὺς, vide supra v. Ἀγορησός.

— Ἀκαλήσιος] MS. ἀκαλήσσιος.

Ἀκαμάντιον, πόλις τῆς μεγάλης Φρυγίας.

19 a — Παρθένιος δ' ἐν Ἀφροδίτῃ Ἀκαμαντίδα αὐτήν φησι] Haud dubie ab *Acamante* promontorio Cypri, quod est apud Ptolemaeum: vel *Acamanto* Cypri monte, qui apud Hesychium.

— Καὶ φυλὴ Ἀκαμαντίς] Suidas: Ἀκαμαντὶς καὶ Ἀκάμας. μία τῶν δέκα φυλῶν, ἀπὸ Ἀκάμαντος τοῦ Θησέως. Ab hac etiam montem *Acamantum* in Cypro denominatum auctor est Hesychius.

Ἄκανθος, πόλις Θρᾴκης ἀκάνθαις πεφραγμένη ὑπὲρ τὸν Ἄθω] Salmasius legit, περὶ τὸν Ἄθω pro ὑπὲρ. sed nihil mutandum: nam respectu loci, ubi scripsit Stephanus, ita iacet.

— Ἔστι καὶ ἐν Αἰγύπτῳ] Coniungantur haec cum sequentibus deleta distinctione.

Ἄκανθος, Μέμφιδος ἀπέχουσα σταδίους τριακοσίους εἴκοσι] Vide quae de hac urbe et loco notat Cl. Salmasius in Exercitat. ad Solinum pag. 532.

— Δευτέρα τῆς Ἀκάνθης τῆς Θηβαϊκῆς ἅλσος] MS. καὶ δευτέρα, et sic Salmasius, qui mox addit de coniectura: ἐν ᾗ τῆς Ἀκάνθης. pro quo ego quondam: ἐνταῦθα τῆς Ἀ. vel: καὶ τὸ τῆς Ἀ. ut sint verba Strabonis ex libro XVII. pag. 809.

— Ἔστι καὶ ἡ Ἀθαμανίας] Melius, ἔστι καὶ ἄλλη Ἀθαμανίας.

Ἄκανναι, ἐμπόριον περὶ τὴν Ἐρυθρὰν θάλασσαν.

— Καὶ Γεραῖος] Lege Γερραῖος. vide infra v. Γέρρα.

Ἀκαρνανία, χώρα κεχωρισμένη τῶν Κουρήτων.

— Ἀπὸ τοῦ ὄρους τοῦ Κουρίου] MSS. τοῦ Κορίου. sed Eustathius Κούριον vocat ad Homeri Iliad. I. pag. 771.

— Ὡς καὶ χλαίνας ἑλκεχίτωνας] Aldina Editio habet ἰαίνας, unde legendum Ἰάονας, quomodo etiam legunt MSS. PP. est autem ex Homero Iliad. N. v. 685.

Ἔνθα καὶ Βοιωτοὶ, καὶ Ἰάονες ἑλκεχίτωνες.

— Ὑπὸ Περσέως] Puto, Περσῶν. et sic etiam legebat Salmasius: contra quos pugnarunt Graeci duce Leonida ad Thermopylas.

— Αἰζάν] Lege Ἀζάν, et sic Salmasius.

— Περὶ τοῦ Διύμαν] Lege Δυμᾶν cum MSS. et Salmasio. vide infra h. v.

Ἀκαρασσὸς, πόλις Λυδίας] Vide quae notavi infra ad v. Ναρκασός. Hierocli Ἀκρασὸς, qui Lydiae tribuit. In nummo Septimii Severi apud Franc. Gotifredum circum figuram Aesculapii, ΑΚΡΑCΙΩΤΩΝ. In Subscriptionibus tamen Concilii Chalced. occurrit Patricius Ἀκρασοῦ, et Nicolaus Ἀκαρασσοῦ, ille inter Lydiae, hic inter Lyciae Episcopos. Ἀκαλισσὸς autem Lyciae civitas eidem Hierocli, quae Stephano Ἀκαλησσὸς paullo ante, quamvis locus mutilus vestigium tantum in gentili servet. 19
Sed Notitia Leonis apud Leunclavium et alia in Appendice Geographiae Sacrae, praeter Acrasum Lydiae, aliam eiusdem nominis commemorant in Lycia, diversam quoque ab Acalisso. Distinguendae itaque Ἀκρασιὸς Lydiae, Ἀκαρασσὸς et Ἀκαλισσὸς Lyciae. b

— Καὶ Ἀκαρασσεύς] Ἀκαρασσέων Episcopus interfuit Concil. Chalced. Act. 1. in Subscript. Act. VI. Ἀκαρασσαίων scribitur, sed male.

Ἀκαῤῥα, πόλις Ἀχαΐας] An non Ἀσίας, ut in Etymologico? exempla tamen sunt Graeciae.

Ἀκέλη, πόλις Λυκίας.

— *Δούλης τῆς Ὀμφαλίδος*] *Δούλη Ὀμφαλὶς*, pro *δούλη τῆς Ὀμφάλης*.

*Ἀκεσαμεναὶ, ὡς Ἀλαλκομεναί*] Legendum: *Ἀλκομεναί*. vide infra h. v. et sic quoque Salmasius.

*Ἀκέστη, πόλις Σικελίας ὡς Ἄγεστα*] Scribendum *Ἐγέστα*, vel *Αἴγεστα*.

*Ἄκη, πόλις Φοινίκης*] Sic Etymologicum, Harpocratio, Suidas. Eusebio dicitur *Ἀκχὼ* libro *περὶ τοπικῶν ὀνομάτων τῆς θείας γραφῆς*, et Hieronymo eius interpreti: apud quem alibi hoc nomen in vitio cubat, videlicet Epist. XXVII. quae est de vita S. Paulae, ubi male hactenus editur: *per arenas Tyri pervenit ad Coth, quae nunc Ptolemais dicitur.* rescribendum omnino ex ipso Hieronymo, *pervenit Accho.* MS. Catalog. urbium Vat. *Ἄκη, πόλις ἐν Φοινίκῃ, ἣ νῦν Πτολεμαΐς. οἱ δέ φασιν ἰδίως τὴν ἀκρόπολιν Πτολεμαΐδος Ἄκην καλεῖσθαι.*

— *Αὕτη Πτολεμαΐς ἐκαλεῖτο*] Immo prius *Ace* vocabatur, postea *Ptolemais*. Etymologicum: *Ἀκὴ, πόλις Φοινίκης, ἡ νῦν καλουμένη Πτολεμαΐς*. et sic infra in *Πτολεμαΐς*.

— *Κλαύδιος δὲ Ἴουλος ἐν πρώτῃ Φοινίκων*] Lege, *Ἰούλιος*. et sic citatur infra v. *Λάμπη*. deinde cum Xylandro, *Φοινικικῶν*.

— *Χαλεπωτάτων γὰρ ὑπὸ Εὐρυσθέως ἐν ἐπιταγαῖς ἄλλων περισχεθεὶς, τῷ τῆς Λερναίας*] MS. legit: *χαλεπωτάτου γὰρ ὑπάρχοντος Εὐρυσθέως ὑποταγεὶς ἄθλου*. Unde Salmasius: *χαλεπωτάτων γὰρ ὑπ' ἄρχοντος Εὐρυσθέως ἐπιταγέντων ἄθλων τῷ τῆς Λερναίας*. Mallem simpliciter *χαλεπωτάτων γὰρ ὑπὸ Εὐρυσθέως ἐν ἐπιταγαῖς ἄθλων περισχεθείς*.

— *Μέχρις ἂν τύχῃ*] MSS. recte, *ἐντύχῃ*.

— *Ἧς ὁ καρπός*] MSS. *ὁ καυλός*.

— *Ταῖς κεφαλαῖς*] Cl. Salmasius, addita copula, legit: *καὶ ταῖς κεφαλαῖς*, et sic iam ante Casaubonus.

— *Κολοσάϊον μέντοι καλοῦσι τὴν ῥίζαν*] Lege cum Isaaco Casaubono *κολοκάσιον*, quem vide ad Athenaeum lib. III. cap. 1.

— *Ὄψιν ἰδίαν*] Forte, *ἡδεῖαν*.

*Ἀκκαβικὸν τεῖχος, πόλις περὶ τὰς Ἡρακλέους στήλας*] Vide infra v. *Καρικὸν τεῖχος*.

— *Ἐν τῷ περὶ Σαλμύης*] Lege *Σαλμύκης*, uti patet infra h. v.

20 — *Ὡς εὑρήσομεν*] Is. Casaubonus, *εἰρήσομεν*.

a *Ἀκμόνια, πόλις Φρυγίας*] Apud Pyrrhum Ligorium in nummo Heliogabali circum mulierem stolatam, capite turrito, quae sinistra cornu copiae; dextra clavum tenet, legitur, *ΑΚΜΩΝΕΩΝ*. Unde apparet, gentile fuisse ipsis *Ἀκμωνεὺς*, quicquid contra disputet Stephanus. Ego deinde ipsum illum eundemque nummum Heliogabali vidi apud Illustrissimum Comi-

tem de Bucheim Labacensem Episcopum, in quo disserte scriptum est, *ΑΚΜΟΝΕΩΝ*. Sic quoque in simili nummo Alexandri Severi apud Equitem Cassianum a Puteo legitur, *ΑΚΜΟΝΕΩΝ*. Item in antiquissimo nummo Graeco circum Acsculapium, *ΑΚΜΟΝ ΘΕΟ ΜΕΝΕΛΑ*. in aversa caput virile laureatum, forte Menelai.

— *Ἔστι καὶ ἄλλο Ἀκμόνιον λεγόμενον*] Puto legendum: *ἔστι καὶ ἄλσος Ἀκμόνιον*. Estque idem plane cum sequenti illo Apollonii: cuius interpres pag. 113. ad illum locum (lib. II. v. 994.) Pherecydem quoque auctorem citat. Apud eandem Scholiasten pag. 86. male legitur *Ἄλκμων* pro *Ἄκμων*.

— *Τοῦτο δέ μοι εἴρηται*] Supra v. *Αἰλία*.

— *Ὡς Ἀπολλώνιος ἐν δευτέρῳ*] Lib. II. v. 994.

— *Ἐν τῷ περὶ Ἴαντος πεδίῳ*] Lege: *ἐν τῷ περὶ Δοίαντος πεδίου*. vide quae notata infra ad hoc vocabulum.

*Ἀκόναι, πολίχνιον πλησίον Ἡρακλείας*] Vide Salmasium ad Solinum pag. 881. Nicander in Alexipharm. v. 41. de Aconito: *ἐν δ' ἀκοναίοις Θηλείην ἀκόνιτον ἀνεβλάστησεν ὀρόγκοις*, ubi Scholiastes recte explicat, non de uno aliquo loco proprie sic dicto, sed in genere de iis, *ἐν οἷς γίγνονται αἱ ἀκόναι*. cotes autem istas nasci secundum alios prope *Heracleam*, secundum alios Hermionae, secundum alios Tanagrae. Prope Heracleam fuit etiam collis *Ἀκόνιτος* dictus, si Nicandri Scholiastae credendum ad v. 13.

— *Οὕτω γάρ τις νῆσος, διαφέρουσα μὲν τῷ πανευφήμῳ Πατρικίῳ, καὶ τῷ πάντα σοφωτάτῳ Μαγίστρῳ Πέτρῳ*] Meminit huius *Petri* Suidas. Fuit autem *Patricius* et simul *Magister*. Extat adhuc hodie eius effigies Parisiis in S. Capella Palatii, inter thesauros Constantinopoli allatos.

— *Ὡς Ἀθηναῖος ἐν τῷ τρίτῳ*] Locus est apud Athenaeum lib. III. pag. 85.

— *Κληθῆναι δέ φασι διὰ τὸ προσφύεσθαι*] Rectius *φύεσθαι*, ut apud ipsum Athenaeum.

— *Ἐν τόπῳ Ἀκόναις καλουμένῳ, ὅντι περὶ Ἡράκλειαν*] De loco videndum Etymologicum v. *Ἀκόνιτον* et Eustathius ad Periegeten v. 788. Theophrastus vero lib. IX. Hist. Plant. cap. 16. corrigendus, apud quem male *Περιανδύνων*, pro *Μαριαν-* 20
*δύνων* legitur. Adde et Antigonum Hist. Mir. cap. 131. b

*Ἀκόντιον, πόλις Ἀρκαδίας, ἀπὸ Ἀκοντίου τοῦ Λυκάονος*.

— *Ὡς Δολιχεὺς, Σουριεύς*] Lege, *Δουλιχιεὺς, Σουνιεύς*. vide de his vocabulis et in *Πευκέτιοι*.

*Ἀκούτεια, πόλις Ἰβηρίας*.

— *Τὸ ἐθνικὸν Ἀκοντανοί*] Lege cum Is. Casaubono *Ἀκουϊτανοὶ*, quem vide ad Strabonis lib. III. pag. 152.

*Ἄκρα, Ἰαπυγίας πόλις*] Nomen hoc locum dedit paroemiae, de qua vide Hesychium, *Βάλλ' ἐς Ἄκραν*.

— *Κατά τινας Τδρυῦσα λεγομένη*] Lege, *Τδρυῦς*. ut infra h. v. unde gentilia *Τδρυσσαῖος* et *Τδρυύσσιος*.

— *Ἔστι καὶ ἐν Ἰταλίᾳ*] Forte *ἔστι δέ*.

— *Τρίτη ἔστι Συρακουσίων κτίσμα*] Quae *Ἄκραι* plurali numero dicitur Thucydidi lib. III. unde haec desumpta.

— *Εὐβοίας*] Locus mutilus: nam quarta et quinta evanuerunt.

— *Ἕκτη Σκυθίας*] Tristanus Tom. II. pag. 94. nummum Severi Imperatoris, in cuius aversa circum Aesculapium legitur *ΑΚΡΑCΙΩΤΩΝ*, male ad hanc *Scythiae Ἄκραν* refert. Pertinet enim ad *Ἄκρασα* oppidum Lydiae, quod apud Ptolemaeum vitiose *Νάκρασα* scribitur. Hierocli autem in Notitia *Ἀκρασὸς* dicitur.

— *Καὶ τὸ ἐθνικὸν, Ἀκραῖος*] *Ἀκραῖος Ζεὺς* legitur in Vespasiani nummo a Smyrnaeis cuso apud Tristanum Tom. I. pag. 291.

— *Ἀκραῖται δὲ, οἱ ἐξ αὐτῆς ἐκαλοῦντο*] Existimo scribendum *Ἀκραῖται*. Sic nummus Cassii Severi in Serenissimi Magni Ducis Thesauris circum Aesculapium habet, *ΑΚΡΑΙΤΩΝ*. et sic plane habent MSS. PP. Pausanias lib. III. pag. 188. refert Spartae fuisse *Ἀπόλλωνος Ἀκρίτα βωμόν*. et lib. IV. pag. 282. *Ἀκρίτα* promontorium ponit in Messenio sinu. quae nomina proculdubio ab *Ἄκρα* derivantur. *Ἄκραν* promontorium Argivae regionis memorat Pausanias lib. II. pag. 150.

*Ἀκραιφία, πόλις Βοιωτίας, οἱ δὲ Ἀκραίφιον. Παυσανίας δὲ Ἀκραίφνιον*] Ut Pausanias ita etiam Suidas, apud quem: *Ἀκραίφνιον, ὄνομα πόλεως*.

— *Καὶ ὄρος κληθῆναι ἀπὸ Πτώου παιδὸς αὐτοῦ καὶ Εὐξίππης*] Plutarchus de Orac. Defect. pag. 414. *Ptoi* meminit, ut loci, ubi antiquitus edita sunt oracula. Hic locus dictus a *Ptoo*, quem Apollinis filium facit Stephanus. At Tzetzes ad Lycophronem pag. 52. ipsum Apollinem ita dictum ait: *Πτῶος δὲ ὁ Ἀπόλλων οὕτω λέγεται. Λητοῖ ἐν Δήλῳ γεννώσῃ Ἄρτεμιν καὶ Ἀπόλλωνα σὺς μέγας ἄγριος ἐφάνη. ἰδοῦσα δὲ τοῦτον ἐπτοήθη καὶ Πτῶα ἐκλήθη. ὁμοίως δὲ καὶ ἡ Ἄρτεμις καὶ ὁ Ἀπόλλων Πτῶος.*

21 — *Ὁ κάπρος ἐπτόησε*] MSS. deleunt hoc loco articulum; unde
a recte legit Salmasius, *τεκεῖν κάπρος ἐπιφανεὶς ἐπτόησε*.

*Ἀκρόθυνοι, πόλις ἐπὶ τῆς ἄκρας τοῦ Ἄθω*] Cl. Salmasius in Exercit. ad Solin. pag. 184. legit *Ἀκροάθωοι*. infeliciter. Nam legendum cum MSS. PP. *Ἀκρόθωοι*. et sic ex Thucydide iam emendaverat nostrum Isaacus Casaubonus in Castigat. ad

Strab. lib. VII. in fine. Herodotus lib. VII. cap. 22. appellat *Ἀκρόθωον*. Hujus oppidi cives inter Macrobios referuntur ab Aeliano lib. IX. Var. Hist. cap. 10.

— *Τὸ ἐθνικὸν Ἀκροθωνος, καὶ Ἀκροθωνίτης*] Lege, *Ἀκρόθωος*, *καὶ Ἀκροθωΐτης*. *Ἀκροθωϊτῶν* meminit Simplicius ex Theophrasto in Epicteteum pag. 70.

— *Ἔστι δὲ παρὰ τὸ Κῶος*] Lege cum Casaubono, *Κρωῖς*, ut patet infra v. *Κρῶς*.

*Ἀκροκόρινθος, ἀφόρισμὸν*] Orestae Epigramma ineditum:

*Εἷς Ἀσωπίδα νῦν κρήνην καὶ Πηγασίδα.*
*Ἀσωπὶς κρήνη καὶ Πηγασὶς, ὕδατ' ἀδελφὰ*
*Ἴσσον καὶ ποτιμᾶ ἐσφρα πολυφράγεα.*
*Χὼ μὲν ἔκοψ' Ἑλικῶνος, ὁ δὲ φλέβας Ἀκροκορίνθου*
*Ἔπληξ'. ὦ πτόρνης εἰς ἴσον εὐστοχίη.*

— *Λέγεται δὲ καὶ Κορίνθιος*] Puto scribendum *Κόρινθος*. Vocabatur etiam *Ἐφύρη*, teste Eustathio ad Iliad. *B*. pag. 290.

*Ἀκρόπολις, πόλις Λιβύας*] Albaniae quoque commemorat Dion Cassius princ. lib. XXXVII.

*Ἀκρώρεια, ἄκρον ὄρους.*

— *Ἐτιμᾶτο ἐκαλεῖτο*] Locus mutilus, quem sanari posse putabat Casaubonus, si adderetur *Διόνυσος*. Certe *Ἐρίφιος*, quod mox sequitur, *ὁ Διόνυσος* redditur apud Hesychium.

— *Ἀπολλόδωρός φησιν*] Videtur excidisse particula, *ὡς*, ante *Ἀπολλόδωρος*.

*Ἀκτὴ, οὕτως ἡ Ἀττικὴ ἐκαλεῖτο*] Harpocration: *Ἀκτὴ, ἐπιθαλάττιός τις μοῖρα τῆς Ἀττικῆς. ἐκάλουν δὲ οὕτω καὶ τὴν Ἀττικὴν οἱ μὲν ἀπό τινος βασιλέως, οἱ δὲ διὰ τὸ τὴν πλείω μοῖραν τῆς χώρας ἐπιθαλάττιον εἶναι.*

— *Ἀπὸ Ἀκταίου τινός*] Hic *Actaeus αὐτόχθων* dicitur Eustathio ad Periegeten pag. 69. et *βασιλεύων* Etymologico, quanquam ibi *Ἀκταίων*, non *Ἀκταῖος*, vocetur. quomodo etiam apud Tzetzem ad Lycophron. pag. 88. Unde dubitanter Eustathius d. l. *ἀπὸ Ἀκταίωνος, ἢ ἀπὸ Ἀκταίου αὐτόχθονος*. Pausanias tamen lib. I. pag. 4. *Ἀκταῖον* vocat.

— *Αἱ συννεύουσαι ὑπὸ τὸ Σούνιον ἑκατέρωθεν δύο πλευραὶ παράλιοι τυγχάνουσι*] An non legendum *ἐπὶ τὸ Σούνιον*. mentem meam et rem ipsam ob oculos ponit figura adiuncta. 21
ut enim lineae *α γ*. et *β γ*. *συννεύουσι* b
*ἐπὶ τὸ γ*. sic latera Atticae maritima *συννεύουσι ἐπὶ τὸ Σούνιον*.

— *Καὶ Ἀκτίς*] Is. Casaubonus *Ἀκτίς*.

— *Ἐξ οὗ τὸ Ἀκτίτου πέτρα*] Suidas meminit *Ἀκτίτου λίθου*, in *Ἀκτή*.

— *Ἔστι καὶ Ἄκτιος Αἰγεύς*] *Aegeus* in divisione totius Atticae regionis a Pandione inter quatuor filios facta, *τὴν Ἀκτὴν* obtinuit. qua de re Strabo eleganter Sophoclis versus adducit, sub ipsius *Aegei* loquentis personae: quos vide apud illum lib. IX. pag. 392. inde igitur *Αἰγεὺς Ἄκτιος*.

— *Δημάγητος*] MSS. *Δαμάγητος*.

— *Ὡς Θουκυδίδης*] Non memini *Actam* in Peloponneso ponere Thucydidem: sed lib. IV. pag. 325. *Ἀκτὴν*, oram maritimam, proprie sic dictam commemorat circa montem Athonem, cui sex oppida tribuit.

*Ἄκτια, πόλις Ἀκαρνάνων*] Strabo, unde hic locus descriptus, lib. X. pag. 451. appellat *Ἄκτιον*. Thucydides etiam lib. I. pag. 21, denique sic MSS. et ipse auctor in fine, quare sine ulla haesitatione rescribendum *ΑΚΤΙΟΝ*.

— *Διὰ τριετηρίδος*] Immo singulis quinquenniis. Strabo lib. VII. pag. 325.

— *Ὁμωνύμως δὲ λέγεται καὶ τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀπόλλωνος*] Verba sunt Strabonis ex lib. X. de quo ante.

— *Καὶ ἡ πόλις, καὶ ὁ Ἀπόλλων, καὶ ὁ πολίτης*] In quatuor nummis apud Goltzium invenio, *ΑΚΤΙΩΝ*.

— *Καὶ Ἀκταῖος Ἀπόλλων*] Idem *ἐπάκτιος* vocatur ab Orpheo Argonaut. v. 1296. quamquam ipse huius templum in Corcyra ponere videatur. In nummo Neronis circum caput Apollinis laureatum cum pharetra et stella ante collum, *ΑΚΤΙΟΣ ΑΠΟΛΛΩΝ*.

— *Καὶ Ἀκτιακός*] Epigramma ineditum Philippi, in Bibliotheca Eminentissimi Cardinalis Barberini habet hoc *ἐθνικόν*.

*Λευκάδος αἰπὺν ἔχων ναύταις τηλέσκοπον ὄχθον,*
*Φοῖβε, τὸν Ἰονίῳ λουόμενον πελάγει,*
*Δέξαις πλωτήρων μάζης χεριφυρέα δαῖτα*
*Καὶ σπουδὴν ὀλίγῃ κιρναμένην πύλικι,*
*Καὶ βραχυφεγγίτου λύχνου σέλας ἐκβιοφειδοῦς*
*ΟΙΥΤΗC ἡμιμεθεῖ πινόμενον στόματι.*
*Ἀνθ' ὧν ἡλίκοις, ἐπὶ δ' ἱστία πέμψον ἀήτην*
*Οὔριον Ἀκτιακοὺς σύνδρομον εἰς λιμένας.*

Sed *Actii* et *Leucadis* mentio me monet, ut Harpocrationis locum obiter vitio liberem, in voce *Λευκάς*. ubi Strabonem de hac Leucade *Aetiaca* omnium optime scripsisse ait lib. X. male enim ibi *Ἀττικῆς* pro *Ἀκτιακῆς* vulgo adhuc legitur. Strabo enim At-
22 a ticam lib. IX. describit, *Leucadem* vero, cum reliqua ora Atticae

lib. x. quam Hispocratem recte laudat. Aberat autem Lesbus ab Actio CCXL. stadiis, hoc est, XXX. M. P. Et tunc, teste eodem Strabone, Nicopoli cum aliis circumcirca oppidis attributa fuit ab Augusto.

— *Καὶ Ἀκτιαῖος*] Sine dubio legendum, *Ἀκτιάδης*, uti etiam Salmasius vidit.

*Ἀκυάνητα, πόλις Ἰταλίας*] Catalogus MS. urbium Vat. *Ἀνυάνα, ἡ Βενετία.*

— *Μεσάπεια, Μεσάλεια*] An non *Μεσαπία* et *Μασσαλία* legendum, ut legitur infra his vocibus? aut sane non percipio, cuius rei gratia adducantur haec exempla.

*Ἀκῦφας, πόλις μία τῆς Δωρικῆς τετραπόλεως*] Sic Strabo lib. IX. pag. 427. et Marcianus in *Περιηγήσει* v. 591. *Ἀκύφαντα* autem, teste Strabone d. l. nonnulli appellaverunt illam *Tetrapolis Doricae* urbem, quae alio nomine *Pindus* dicebatur. *Erineus* enim, *Boium*, *Pindus*, *Cytinium* urbes sunt quatuor huius regionis iuxta Strabonem. Tzetzes ad Lycophronem pag. 157. *Ἡ Δωρὶς δὲ πόλεις ἔχει. Κάτινον* (lege *Κυτίνιον*) *Βοῖον, Ἀλλαιον, Κάρφαιον, Ἐρυθρὴν καὶ τὴν Ἐρινεόν.* Apud ipsum Tzetzem dein pag. 202. recius scribitur *Κύτινον.* Herodotus lib. I. cap. 144. auctor est, *Doriensis* in Asia ex Hexapoli Pentapolin factos, occasione, quod Halicarnassum, quae sexta erat Doriensium civitas, quinque reliquae a communione sacrorum excluserint. Sunt autem quinque civitates iuxta Herodotum, istae: *Λινδος*, *Ἰήλυσσος*, *Κάμειρος*, *Κῶς*, *Κνίδος.* Aliam diversitatem vide infra v. *Ἀραί.*

*Ἀκχηνοί, ἔθνος Ἀράβιον*] Infra hi ipsi dicuntur *Σακχηνοί.*

*Ἀλάβανδα, πόλις Καρίας ἡ ποτὲ Ἀντιόχεια. ἐκλήθη δὲ ἀπὸ Ἀλαβάνδου*] Cicero lib. III. de Natura Deor. cap. 15. *Iam vero in Graecia multos habent ex hominibus Deos, Alabandum Alabandi, Tenedi Tenem.* et ibidem cap. 19. *Alabandenses quidem sanctius Alabandam colunt, a quo est urbs illa condita, quam quemquam nobilium Deorum.* Alibi Graecum gentile servat, ut lib. XIII. Famil. Ep. 56. *Mylaseis et Alabandeis pecuniam Cluvio debent*, mox: *quare peto a te, ut et eos, et Alabandeis iubeas codices Romam mittere.* Et in Bruto cap. 95. *Hierocles Alabandeus.* Sic Vitruvius lib. VII. cap. 5. *Apaturius Alabandeus*, et mox: *tum Licinius Mathematicus prodiit, et ait, Alabandeos satis acutos ad omnes res civiles haberi.* Incertus libellus de Munificentia Constantini, Tom. I. Concil. gemmarum meminit *Alabandenarum.* In nummo Augusti et Liviae apud Franc. Gotifredum sub tribus capitibus Caesarum *ΑΛΑΒΑΝΔΕΩΝ.* alium Claudii Britannici Caesaris cum eadem inscriptione profert Tri-

stanus Tom. I. pag. 200. in quo *Alabanda*, patrium nomen cum
22 equo. Ita quoque in nummo Caracallae circum arborem laurum
b apud S. M. Ducem. Ligorio nummus laudatur, cui impressus,
ΖΕΤϹ ΑΛΑΒΑΝΔΙΚΟϹ. Sic *marmor Alabandicum* laudatur
Isidoro lib. XVI. Orig. cap. 5.

— *Τοῦ Εὐίππου*] Non est nomen proprium viri, sed adiectivum, ut sequentia probant, quae repetuntur iterum infra v. *Τλιόυαλα*. Tristanus Tom. I. pag. 201. proprium esse putat, sed perperam.

— *Ἔστι καὶ ἑτέρα πόλις Καρῶν*] Unam tantum hoc nomine urbem caeteri auctores agnoscunt, sed noster suo agit more, cum aut ex una plures, ut hic, aut ex pluribus facit unam.

— *Βάνδον τὴν γίγγν φασίν*] *Βάνδον* signum militare significat, teste Suida. Ideo *βάνδον τὸ σίγγνον φασὶν* hic legit Cl. Salmasius. Sed est error Stephani, vetus glossarium corrupte habet *Βάνδον Αἰγγνον*, pro *Σίγγνον*. Britanni victoriam *ἀνδάτην* vocabant, teste Xiphilino in Nerone pag. 281.

— *Οὗτος ἀναγράφεται*] Hic aperte aliquid deest. voluit enim indicare clarum aliquem virum *Alabandensem*, ut passim solet. Supplen igitur: *Ἀπολλώνιος ὁ μαλακὸς καὶ Μόλων οὗτος α.* citatur et *Αἴων Ἀλαβανδεὺς ἐν τρίτῳ*, ab Hesychio v. *Βαΐαγες*. et apud Ciceronem et Stranonem *Menecles* et *Hierocles* fratres, Rhetores *Alabandenses*.

*Ἀλάβαστρα, πόλις Φρυγίας. Ἡρόδοτος*] Vel Herodoti locus nunc corrupte editur, vel mala fide a Stephano refertur. Neque enim dubito quin locum lib. VIII. cap. 136. intelligat, ubi de Amynta: *τῷ δὲ ἐκ βασιλέος τῆς Φρυγίης ἐδόθη Ἀλάβανδα πόλις μεγάλη νέμεσθαι. cui ab rege Phrygiae data erat incolenda urbs magna Alabanda.* hoc, inquam, loco Stephanus *Ἀλάβαστρα* olim legit pro *Ἀλάβανδα*. tum illa *τῆς Φρυγίης* ad posteriora retulit, non ad priora, ut nunc faciunt interpretes, qui *Phrygiae* regem Amyntae *Alabanda* dediisse volunt: cum tamen Phrygum dominatus a Croeso extinctus ad Lydos primum, mox ad Persas pervenerit. Itaque praestat absolute magnum Persarum Regem hic intelligere, qui tum solus in Asia rerum potiebatur. Neque enim verosimile videtur, Phrygiae Tyrannum *Alabanda*, Cariae urbem, Amyntae concessisse, quae nihil ad Phrygiam pertinebat. Videndum igitur, an alia fuerit *Ἀλάβανδα τῆς Φρυγίης*, alia autem *Ἀλάβανδα τὰ ἐν Καρίῃ*, quorum Herodotus meminit lib. VII. cap. 195. praesertim cum Stephanus diserte duas hoc nomine civitates commemoret supra in *Ἀλάβανδα*. An potius apud Herodotum *Ἀλάβαστρα* legendum ex Stephano, praesertim cum *Alabastrum* Troadis flavium ex Ida orientem Plinius

agnoscat. Sed si tum πόλις μεγάλη fuerit, ut testatur Herodotus, 23
cur non ab aliis commemoratur? De *Alabastris* Aegypti vide Sal- a
masium in Excercit. ad Solinum pag. 240. et de hoc Stephani loco pag. 559. sed mihi ipsius coniectura haudquaquam satisfacit; cur enim Herodotum ad testimonium citat Stephanus? Hic nodus solvendus erat.

— Τὸ ἐθνικὸν Ἀλαβαστρίτης] Sabinae Tranquillinae Augustae nummum vidit Pyrrhus Ligorius, in quo Isis et Harpocrates spicas dextra tenens, cum inscriptione, ΑΛΑΒΑΣΤΡΙΤΩΝ.

Ἀλαβούριον, πόλις Συρίας] Pyrrhus Ligorius, ΑΛΑΒΟΥΡΙΩΝ nummum Heliogabali Imp. adducit cum triplici figura; Solis radiati, Lunae corniculatae, et Cybeles sive Isidis dextra tympanum, sinistra cornu Amaltheae tenentis, habitu muliebri stolato. Talis est statua triplex Alexandri VII. P. M. Unde apparet Ligorium tertiam illam figuram minus recte delineasse, quae non Isidis, sed Anni cum clave et involucro funis.

Ἀλαβών, πόλις καὶ ποταμός] Vasconum oppidum hoc nomine apud Ptolemaeum legitur. apud Hesychium corrupte scribitur, Ἀλαβῶς, pro Ἀλαβών.

Ἀλαζών, ἔθνος ὅμορον τοῖς Σκύθαις] Ἀλαζόνας quoque Herodotus lib. IV. cap. 52. vocat hos populos, qui ab interprete tamen redduntur *Alizones*; inducto proculdubio, ut sic verteret, Strabonis loco, et Homeri, ad quem vide Eustathium Iliad. B. v. 363. Sed Strabonis locus in vitio cubat, versio autem nauci non est. Utrique medicinam facere conabimur. Et primo quidem ex Eustathio, hoc Stephani loco, tum Herodoto sic restituo Strabonem lib. XII. pag. 550. Οἱ μὲν μεταγράφουσιν Ἀλαζώνων, οἱ δὲ Ἀμαζόνων ποιοῦσι· τὸ δὲ ἐξ Ἀλύβης, ἐξ Ἀλόπης, ἐξ Ἀλόβης. Τοὺς δὲ Σκύθας Ἀλαζώνας φάσκοντες, etc. Ita autem verto hunc locum: *Quidam scriptura mutata Halazonas legunt, alii Amazones inde faciunt: et pro Alybe, Alopa vel Aloba. Scythas quidem Halazonas atque Callipidas supra Borysthenem commemorant, aliaque eius generis ingentia gentium nomina, quae Hellanicus, Herodotus et Eudoxus nobis confinxerunt. Amazonas autem*, etc. *quae, ut Ephori mens est, non procul a Cuma ipsius patria. Callipidae* ergo populus Scythicus. Nunc *Callipidam* scriptorem mira metamorphosi isthinc nobis confingunt: cui vir eruditissimus nuper inter Historicos suos quoque locum fecit. *Callipidae* describuntur Herodoto lib. IV. cap. 17. Melae lib. II. cap. 1.

Ἁλαὶ Ἀραφηνίδες] MSS. Ἀχαραφανίδες male.

— Καὶ Ἁλαὶ Αἰξωνίδες] Callimachi Interpres male Ζωνίδες v. *Αἰξωνία* pag. 20.

23 — *Καὶ ἁληθένδε*] MSS. *ἁληθέςδε*.
b — *Ὡς Δηναῖος Δηναιεύς*] Ergo etiam *Ἀλαιεὺς* dictum. quod extat apud Harpocrationem, quem nonnulli male corrigunt.
— *Ἔστι δὲ ὁ δῆμος τῆς Ἀραφηνίδος*] Salmasius hic quoque putat legendum, *Ἀχαραφανίδος*.
— *Μεταξὺ Φηγέως*] *Φηγοῦντος* dicendum. vide infra in *Φηγοῦς*.
— *Ἔστι καὶ λίμνη ἐκ θαλάσσης*] Haec de *Halis Aexonidibus* intelligenda, de quibus Xenophon lib. II. Hist. Graec. pag. 477. *οἱ μὲν ἐξεώθησαν εἰς τὸν ἐν ταῖς Ἁλαῖς πηλόν. alii in lutum, quod est propter Halas, protrudunntur.* Alii *Λιμνοθάλασσαν* vocant.
*Ἁλαὶ, πόλισμα Βοιωτίας*] Euripides Iphig. in Tauris, non longe a fine, Atticae tribuit, sed in confiniis *Boeotiae*. v. 1450.

*Χῶρός τίς ἐστιν Ἀνθίδας πρὸς ἐσχάτοις*
*Ὀροισι, γείτων δειράδος Καρυστίας,*
*Ἱερὸς, Ἁλάς νιν δῆμος ὀνομάζει λεώς.*
*Est quidam locus in extremis Atticae*
*Finibus, vicinus littori Carystio,*
*Sacer, quem meus populus nunc vocat Halas.*

Hic locus de *Halis Araphenidibus* intelligendus, quae extremo Euboeae promontorio et Carystiorum regioni obiacent. Meminit huius loci Plutarchus in Sulla, sed *Ἁλαίας* vocat, non *Ἁλάς*: oppidanos autem *Ἁλαίους*. Idem enim locus, a Sulla cum Anthedone et Larymna dirutus. Apud Strabonem lib. IX. pag. 405. mendose huis loci nomen scribitur. nam pro *καὶ ἔτι ἐπέκεινα ἄλλαι ὁμώνυμοι τοῖς Ἀττικοῖς δήμοις*. Legendum omnino est: *Ἁλαὶ ὁμώνυμοι τοῖς Ἀ. δ.* Quod Casaubonus de aliis Athenis et Eleusine in Boeotia divinando coniectat, plane nihil ad rem facit. Sed et iterum eodem libro pag. 425. nomen hoc corruptum extat in his verbis: *Ἐφεξῆς τοίνυν ταῖς ἄλλαις εἰς ἃς κατέληξεν ἡ Βοιωτικὴ παραλία ἡ πρὸς Εὔβοιαν*. Lege meo periculo: *Ἐφεξῆς τοίνυν ταῖς Ἁλαῖς*· nam superiorem illum locum innuit, ubi erat collimitium Atticae et Boeotiae.
— *Ἔστι καὶ ἑτέρα κατάντιον Μάσητος*] Vide infra in *Μάσης*.
— *Ἀπὸ δὲ τούτου Ἁλήϊον πεδίον*] De hoc vide infra v. *Ταρσός*. et Etymologicum v. *Ἀλήϊον*.
— *Πρὸς τῇ Αὐγούσταῃ*] Vide infra v. *Αὐγούσται*.
*Ἀλαλκομένιον, πόλις Βοιωτίας, ἀπὸ τοῦ Ἀλαλκομενέως*] Plutarchus Quaest. Graec. pag. 301. *Ἀλαλκομένειον* vocat.
— *Ὃς καὶ ἵδρυσε τὴν Ἀθηνᾶν Ἀλαλκομενηΐδα*] Extat hoc Minervae Epitheton apud Homerum Iliad. *Δ*. v. 8. ad quem locum consulendus Eustathius pag. 439. vide etiam Etymologicum h. v. Apud Aelianum *τῆς Ἀθηνᾶς τῆς καλουμένης Ἀλαλκομενηΐδος*

simulacrum spontanea flamma Thebis conflagrasse dicitur, Alexandro exercitum ad urbem illam admovente lib. XII. cap. 57.

— Τοῦ δ' Ἀλαλκομενῆ, Ἀλαλκομεναῖος] Et numero plurium Ἀλαλκομεναι, quod pro exemplo adducitur supra in Ἀκεσαμεναι. et extat apud Plutarchum Quaest. Graec. loco paullo ante allegato. Eadem nostro paullo post una syllaba truncata Ἀλκομεναι dicitur. Etymologus plurali oppidum appellat, Ἀλαλκομενάς, Ἀλαλκομένιον autem Minervae fanum. 24 a

Ἀλαρόδιοι, ἔθνος περὶ τὸν Πόντον, ὡς Ἡρόδοτός φησιν] Sic appellantur Herodoto lib. III. cap. 94. at iidem duplici λλ scribuntur, Ἀλλαρόδιοι, lib. VII. cap. 79. apud eundem.

Ἀλανός, ὄρος Ἀρματίας] Lege Σαρματίας. sic Marcianus et Eustathius ad Dionysium v. 305.

Ἄλβα, πόλις Ἰταλίας.

— Ἐν ᾧ ἱεροποιαὶ ἐγένετο] MSS. ἐγένοντο.

Ἀλβανία, χώρα πρὸς τοῖς ἀνατολικοῖς Ἴβηρσιν] Albanum civitas Armeniae, ubi passus legitur S. Bartholomaeus. De hac Decii nummum accipiendum existimat Pyrrhus Ligorius, in quo circum caput turritum Isidis, sive Lunae legitur, ΑΛΒΑΝΩΝ ΜΗΤ.

Ἄλγιδος, πόλις Ἰταλίας. τὸ ἐθνικὸν Ἀλγίδιος] Gentile Ἀλγίδιος analogiam sequitur, non ἐγχωριον formandi modum: debebat enim esse Ἀλγιδεύς, vel Ἀλγιδιεύς. Nam apud Plinium lib. XIX. cap. 5. Algidenses raphani. et in veteri lapide Sutrino apud Manutium de Orthographia pag. 60. Algidiensis legitur.

Ἀλέα, πόλις Ἀρκαδίας.

— Ἔστι καὶ Θετταλίας] Catalogus urb. MS. Vat. Ἀλέα, πόλις ἐν Θετταλίᾳ, ἧς οἱ πολῖται Ἀλεῖς. Harpocration: Ἀλέας. Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ παραπρεσβείας. ἔστι δὲ πόλις Θεσσαλική. οἱ δὲ πολῖται Ἀλεῖς.

Ἀλέα ἐπὶ τῆς θερμασίας] Etymologicum: Ἀλέα, ἡ θερμασία· Ἀλέα, λέγεται ὁ τόπος, ὃ ὑπὸ τοῦ ἡλίου θερμαινόμενος.

— Ἐπὶ δὲ τῆς Ἀθηνᾶς ὀξύνεται] Ἀλαίης Ἀθηναίης ναὸν Tegeae fuisse docet Herodotus lib. I. cap. 67. at Pausanias in Arcadicis pag. 530. Ἀθηνᾶς Ἀλέας meminit; cui ludi celebrabantur Ἀλαῖα. Interpres Pindari vetus Aleae Junoni templum ab Adrasto dicit conditum.

— Ἀπὸ δὲ τοῦ Ἀλεοῦ, λέγεται καὶ Ἀλιαῖος] Ἀλαῖα Festi nomen apud Pausaniam d. l. quod Pindari Scholiastae Ἀλέαια.

Ἀλεξάνδρεια, πόλεις ὀκτωκαίδεκα.

— Ἰάσων δὲ, etc. ἐν τέσσαρσι βιβλίοις] MSS. rectius: ἐν δ' βιβλίῳ.

— Νῆσος ἔκειτά τις ἐστὶ πολυκλύστῳ ἐνὶ πόντῳ] Homerus

*Pharum πελαγίαν νῆσον* vocavit, de quo Strabo lib. XII. pag. 636. qua ratione, egregie docet idem lib. I. pag. 36.

— *Ἐκλήθη δὲ Ῥακῶτις*] Promontorium iuxta *Alexandriam* hoc nomine commemorat Clemens Alexandrinus Admonitione ad
24 Gentes. Strabo suo tempore sic appellatam urbis partem ait,
b navalibus imminentem. Tacito lib. IV. Hist. cap. 84. loci nomen est prope Alexandriam, ubi Iovis Sinopensis templum a Ptolemaeo fuit exstructum. Pausanias lib. V. pag. 329. sic appellatum esse oppidulum auctor est, in eo loco, in quo postea Alexandria est condita. Cyrillus lib. I. contra Iulianum pag. 13. Plutonis templum *Ῥάκωτιν* Aegyptiis dicit appellatum.

— *Ἐλέγετο δὲ κατ' ἐξοχὴν πόλις*] Eustathius ad Homeri Iliad. B. pag. 239. *Ὅρα δὲ, ὅπως τὴν Τροίαν δίχα τινὸς ἐπιθέτου πόλιν ὠνόμασε. καὶ γέγονεν ἀρχὴ τῷ φιλομήρῳ Ἀλεξάνδρῳ, τοῦ μὲν κατ' αὐτὸν Ἀλεξάνδρειαν οὕτω καλέσαι.*

— *Ὡς καὶ ἐπὶ Ῥώμης λέγεται οὖρῳ*] *Roma*, urbs.

— *Ἐκλήθη δὲ ἐπὶ τῶν ῥωμαϊκῶν Σεβαστή*] Nummus Goltzii, ALEX. AUG. COL.

*Καὶ Ἀλεξυντηρία*] MS. *Ἀλλεξεντηρία*. alius *Ἀλλεγξεντηρία*.

— *Πρὸς τῇ Λακεδαιμονίᾳ*] Num *Μακεδονίᾳ* scribendum? ita quoque legebat Salmasius.

— *Τετάρτη, πόλις Νεαρτῶν*] Lege, *Ὠριτῶν*. vide Plinium lib. VI. cap. 23. et infra in *Ὠρίται*.

— *Πέμπτη, ἐν τῇ Ὀπιανῇ*] Salmasius in Exercit. ad Solinum pag. 794. legit *Ἀριανῇ*. sed ego, mutata tantum literula, *Ὠπιανῇ*. quae lectio proculdubio vera est. vide infra in *Ὠπίαι*.

— *Ἑνδεκάτη, κατὰ Βάκτρα*] Haec *Ἀλεξάνδρεια Ὠξιανὴ* Ptolemaeo cognominatur lib. VI. Geogr. cap. 12.

— *Τρισκαιδεκάτη, ἐν Μακαρήνῃ, ἣν παραῤῥεῖ ποταμὸς Μαξάτης*] Forte legendum *Μαξαρήνῃ*. *Μάξηραι* enim gens Hyrcaniae sunt Ptolemaeo: et in eadem *Μάξηρα* fluvius: quare mox pro *Μαξάτης* rescribo, *Μαξάρης*. Salmasius ad Solinum pag. 794. pro *Μακαρήνῃ*, coniicit *Σακαστήνῃ*, pro *Μαξάρης*, *Ἰαξάρτης* ex Isidoro Characeno. sed nostra veriora videntur, cum in una tantum litera a vulgata lectione discrepent.

— *Τεσσαρεσκαιδεκάτη, παρὰ Σωριανοῖς Ἰνδικῷ ἔθνει*] MS. Pal. recentior, *παρὰ Σαριανοῖς*. Unde quis posset coniicere hos esse *Syrienos*, vel *Syriános*, Indicam gentem, quorum meminit Plinius lib. VI. cap. 20. et cap. 16. sed MS. vetustior Palat. habet, *παρὰ Σαρισανοῖς*. Unde conicio legendum, *παρὰ Σακασανοῖς*. Certe in ea gente Isidorus Characenus et *Ἀλεξάνδρειαν* ponit, et *Ἀλεξανδρόπολιν*. *Sacae* autem, Scythica gens, *Sacastanam* incolebant provinciam, ut ex descriptionis apparet ordine, Indis

proximum. Nequaquam autem haec regio confundenda est cum Συραστρήνῃ Ptolemaei, quam ille ad Indi ostia ponit. Diversa quoque regio est Σιρακηνή, Hyrcaniae, apud eundem Ptolemaeum, cui Σίρακα oppidum nomen dedit: nam male apud Ptolemaeum lib. VI. cap. 9. Σίνακα scribitur. Sacastana autem illa 25
etiam Paraetacene dicitur Isidoro, Ariis Drangisque vicina, quam a Parthi Indiam Albam vocabant.

— Ἑπτακαιδεκάτη, ἐν τῇ Σογδιανῇ, παρὰ Παροπανισάδαις] Septima decima Alexandria in Sogdiana apud Paropanisadas. Haec imperite confunduntur potius, quam conjunguntur, cum inter Sogdianam et Paropamisadas Bactriana interjacet. Habuit autem utraque regio suam Alexandriam, sed illa trans Oxum, haec ad Paropamisum fuit. Pro Παροπανισάδαις autem scribe, Παροπαμισαδαις. Certe ita scribit auctor infra v. Παροπάμισος et alii. Rursus alii per simplex scribunt sigma.

— Ὀκτωκαιδεκάτη, ἐπὶ τοῦ Τανάϊδος, αὐτοῦ κτίσμα] Octava decima Alexandria, ad Tanain, sed falso ita dictum, qui vero nomine erat Iaxartes. Haec autem eadem est, quam ante in Sogdiana posuit. αὐτοῦ κτίσμα, supple Alexandri. Curtius lib. VII. cap. 6.

— Ὡς ἐν τῷ τρίτῳ Πτολεμαῖος ἀποφαίνεται] Eum puto, qui de Alexandri rebus scripsit, et toties ad testimonium citatur ab Arriano.

— Ὡς Μύρλεια, Μυρλειανός] Scribe, Μυρλεανός. infra h. v.

— Οὐ μέν τοι τὸ Ἀλεξανδρεώτης] Apud Lucianum περὶ τῶν ἐπὶ μεθῇ συνόντων, Ἀλεξανδρεωτικὸς ἀνθρωπίσκος.

— Ἔστι καὶ Ἀλεξάνδρεια βοτάνη] Vide de hoc loco Salmasium ad Solinum pag. 402. Hesychius: Ἀλεξάνδριος, εἶδος βοτάνης.

— Παρ' ἄλλοις δὲ Ἀλεξάνδρα, ἐξ ἧς ἐστέφετο Ἀλέξανδρος] Non Magnus, sed Paris. ita Salmasius ad Solinum pag. 404.

— Τινὲς δὲ Δανάην αὐτὴν καλοῦσιν] Dioscorides lib IV. cap. 237. vide etiam Theophrastum.

— Οἱ δὲ ἐπιφυλλόκαρπον, ἢ φυλλόκαρπον] MS. optimus: οἱ δὲ ἐπιφυλλόκανθον, ἢ φυλλόκαρπον. Sed de hoc toto loco vide disputantem Salmasium d. l. ad Solinum.

Ἀλήσιος, τῆς Ἠλιδος] Puto Ἀλήσιον. ut Homerus Iliad. B. v. 617.

Πέτρη τ' Ὠλενίη καὶ Ἀλήσιον ἐντὸς ἔεργε.
Petraque Olenia et Alisium intus continet.

— Πέτρης τῆς Ὠλενίης καὶ Ἀληαίου] Lege: Πέτρης τ' Ὠλενίης καὶ Ἀλιαίου. Est autem Homeri ex Iliad. Λ. v. 756. et sic recte citatur ab Etymologo voce Ἀλίσιον. nisi quod ibi, ut et apud Homerum, scribatur per diphthongum; de qua diversitate vide Eustathium ad utrumque Homeri locum. per η autem

scribitur etiam apud Pausaniam, in oraculo Thessalis dato, lib. IX. pag. 563.

*Λεύκτρά τε μοι σκιόεντα μέλει καὶ Ἀλήσιον οὖδας.*

*Et Leuctra umbrosa est mihi curae et solum Alesium.*

25 *Oleniae petrae* meminit etiam Hesiodus: *Ὦκεα δ' Ὠλενίην πάσσην*
h *ποταμοῖο.* Vide infra v. *Ὠλένος.*

— *Ἀπὸ Ἀλησίου τοῦ Σκηλοῦντος υἱοῦ*] Eustathius ad Iliad. *B.* pag. 304. apud nostrum olim hoc loco legit *Σκιλλοῦντος.*

— *Ὡς Συμπρασιεύς*] Leg. *Βουπρασιεύς.* Nam et Homerus proxime antecedenti versu *Βουπρασίου* meminit Iliad. *B.* Caeterum ad *Alesium* forte spectat Hadriani nummus, apud Tristanum Tom. I. pag. 500. ubi circum Imperatorem equo decurrentem cum hasta legitur *A. HCEIΩN*, pro *AAHCIEΩN.* erat enim *Alesium*, teste Strabone, inter Elidem et Olympiam, ita ut ad Olympicos ludos nummus iste pertineat.

— *Ἵνα πήγνυται πολὺ ἅλας*] MSS. PP. *ἵνα πηγνυμένου πολλοῦ ἁλός.*

*Ἀλθαία, πόλις Ὀλκάδων*] Suidas h. v. nostrum descripsit.

— *Οἱ δὲ Ὀλκάδες, ἔθνος Ἰβηρίας*] Infra h. v. *ἔθνος Ἰβήρων τῶν ἐντὸς Ἴβηρος τοῦ ποταμοῦ.*

— *Ἣν ἐκάλουν καὶ Καινὴν πόλιν*] Polybius lib. II. pag. 101. *Τήν τε παρὰ μὲν τισὶ Καρχηδόνα, παρὰ δὲ τισὶ Καινὴν πόλιν προσαγορευομένην κατασκευάσας.* *tum urbe condita, quam alii Carthaginem, alii Novam urbem nuncupant.* Salmasius verba, *ἣν ἐκάλουν καὶ Καινὴν πόλιν*, scioli glossam esse putat, ad quod non opus confugere, cum Epitomator ipse satis ineptus sit.

— *Ἐν ταῖς Γραφαῖς*] MSS. PP. *συγγραφαῖς.* recte.

*Ἁλίαρτος, πόλις Βοιωτίας· ἀρσενικόν*] Etymologicum Magnum: *Ἁλίαρτος, ἡ πόλις. ἢ ὅτι ἐκ τῶν ἁλίων καὶ τοῦ ἄρτου. τὸ ἐθνικὸν, Ἁλιάρτιος.* Eustathius ad Hom. Iliad, *B.* pag. 268. et Stephani et Etymologi meminit occasione generis *τοῦ Ἁλίαρτος*, in quo illi discrepant. Apud Pyrrhum Ligorium nummus fuit, in cujus una parte Jovis caput, ab altera Jovis templum cum inscriptione, *AAIAPTIΩN NEOKOPΩN.* Civitas expugnatione memorabili a Lucretio capta.

— *Ὅμηρος*] Iliad. *B.* v. 503.

— *Ποιήεντ' Ἁλίαρτον*] Hinc restituendus alter Poëtae locus, hymno in Apollinem v. 243.

*Ἔνθεν ἄρ' εἰς Ἁλίαρτον ἀφίκεο ποιήεντα.*

*Hinc vero Haliartum venisti herbidam.*

ubi perperam vulgo *Ἄμαρτον* legitur.

— *Ἀρμενίδας δ' ἐν τῷ ρ, Ἀφίαρτόν φησι*] Scripsit enim *Armenidas Θηβαϊκά*, citatus Scholiastae Apollonii ad lib. I. *Ἀρ-*

μνείαν ἐν τοῖς Θηβαϊκοῖς. ubi frustra Gerardus Vossius, cui hic locus non observatur, *Antimenidem* substituere conatur. Pro verbis autem δ' ἐν τῷ ρ, puto δὲ τῷ ρ. vel δὲ καὶ τῷ ρ scribendum.

Ἀλιεῖς, πόλις Λακωνικῆς, παραθαλασσία.

— Καὶ ποῖ τὺ καθίξω] Salmasius κατήξων. et mox pro ἔχων, legit ἥξων.

Ἀλιζῶνες, ἔθνος. Ὅμηρος] Iliad. B. v. 856.

Ἀντὰρ Ἀλιζώνων ὁ Διὸς καὶ Ἐπίστροφος ἦρχον. 26

— Ἔφορος οἰκῆσαί φησι τοὺς Ἀλιζῶνας τὴν μεταξὺ Μυσίας] Apud Eustathium ad hunc locum Εὔφορος legitur. male. Deprompta autem haec sunt ex Strabone lib. XII. pag. 550. Τὰς δ' Ἀμαζόνας, μεταξὺ Μυσίας, καὶ Καρίας, καὶ Λυδίας, καθάπερ Ἔφορος τομίζει πλησίον Κύμης τῆς πατρίδος αὐτοῦ. qui locus perperam ab interprete Latino est versus, ut iam ante ostendimus.

— Καὶ Καρίας καὶ Λυδίας κειμένην] Addit Eustathius ad Homeri locum hic adductum pag. 363. τὴν παραλίαν τὴν μεταξὺ Μυσίας καὶ Καρίας καὶ Λυδίας.

— Ἴσως δὲ διὰ τὸ ὑπερήφανον τοῦ πλούτου] Aliam rationem assignat Suidas, Ἀλιζῶνες· οἱ Βιθυνοί, ὅτι ἡ γῆ αὐτῶν θαλάσσῃ διέζωστα, καὶ οἱονεὶ χερσόννησός ἐστιν ὑπὸ Εὐξείνου καὶ τῆς Προποντίδος διεζευγμένη. quae eadem etiam exstant apud Etymologici auctorem. De *Halizonibus* vide prolixe disserentem Eustathium dicto loco, et Ortelium in *Chalybes*.

Ἁλικαρνασσός, πόλις Καρίας] In nummo Septimii Severi apud Franc. Gotifredum figura virilis demissis manibus quasi stolata inter duos ramos, quibus aviculae insident, conspicitur, cum inscriptione ΑΛΙΚΑΡΝΑCCEΩΝ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩC. Fuit autem Metropolis Doridis, nam Alexander M. Doridi sex attribuerat oppida, quae Plinius enumerat lib. v. cap. 29.

— Ἄνθης φησίν] Locus omnino mutilus et corruptus. Xylander inter auctores refert hoc nomen, sed perperam: fuit enim conditor urbis *Anthes*, unde Ἀνθεάδαι dicebantur *Halicarnassenses*. vide infra v. Ἀνθάνα.

— Ἀπὸ τοῦ Ἁλίᾳ περιέχεσθαι τὴν Καρίαν] Forte: ἀπὸ τοῦ ἁλὶ περιέχεσθαι τὴν Καρίαν.

— Καὶ Ζεφύρια] Lego Ζεφύρα ex Strabone lib. XIV. pag. 656. et sic quoque legebat Salmasius.

— Ἁλικαρνάσιος] Lege, Ἁλικαρνάσσιος.

Ἁλικύαι, πόλις Σικελίας] ΑΛΙΚΥΑΙΩΝ nummum cum capite Dianae vidit Ligorius, in cuius aversa caput Apollinis.

— Μεταξὺ κειμένη Ἐντελλῆς καὶ Λιλυβαίου] Vide infra h. v.

Ἁλίκαρνα, κώμη Ἀκαρνανίας] Hoc nomen corruptum

delitescit apud Scylacem, in Aetolia, ubi *Μύκαρνα* legitur pro *Ἀλύκαρνα*, quod idem est cum *Ἀλίκυρνα*.

*Ἁλιμοῦς, δῆμος τῆς Λεοντίδος φυλῆς.*

*Ὁ δημότης Ἁλιμούσιος*] Scribe *Ἁλιμούσιος*, et ne dubites vide supra v. *Ἀγνοῦς*. Corrige igitur Suidam v. *Ἀγασικλῆς*, ubi *Ἁλιμουσίνοις* perperam legitur pro *Ἁλιμουσίοις*. Sic Epitaphium Thucydidis apud Marcellinum in eius vita:

*Θουκυδίδης Ὀλόρου Ἁλιμούσιος ἐνθάδε κεῖται.*

26 *Thucydides Olori iacet hoc Alimusius antro.*

Sic in caeteris huius generis. Vide etiam Suidam ipsum *Ἁλιμούσιος*, ubi idem illud narratur, quod in *Ἀγασικλῆς*, sed absque menda, nisi quod ibi *Ἁλιμούσιος* per aspirationem scribatur.

*Ἅλινα, πόλις Καρίας*] Infra voce *Κρύα* legitur *Ἁλίνα* sed tam ibi, quam hic, mendose. Legendum autem, *Ἅλινδα*. uti ex gentili apparet et Ptolemaeo lib. v. Geogr. cap. 2. vidit hoc etiam Salmasius.

— *Ἁλινδεύς*] In nummo Augusti apud Franc. Gotifredum in corona populea circum clavam Herculis cum pharetra legitur, *ΑΛΙΝΔΕΩΝ*. infra in v. *Ἀρύκανδα* hoc gentile leviter corruptum est. *Ἁλυνδεὺς* enim ibi legitur pro *Ἁλινδεύς*.

*Ἁλίσαρνα, πόλις Τρωάδος χώρας*] Xenophonti sub finem lib. VII. *Ἀναβάσεως* dicitur *Ἑλισάρνη*. Apud Franc. Gotifredum in nummo Iuliae Domnae circum hominem Delphino vectum, qui dextra victoriolam, sinistra coronam gestat, legitur COL. IUL. CON. *CATCAPMA*. qui nummus forte huc pertinet, ut locus ille ob victoriam navalem a Iulia Augustae coloniae dignitatem nomenque obtinuerit. in alio Vespasiani apud Goltzium legitur, *ΑΛΙCΑΡΝΑΙΩΝ*. Habet et Pyrrhus Ligorius nummum, in quo sub imagine Apollinis Sminthii excusum est, *ΑΛΙCΑΡΝΑΙΩΝ*.

— *Τὸ ἐθνικὸν ὁ αὐτός*] Posset quis velle: *ὡς ὁ αὐτός*. sed non est opus mutatione.

*Ἁλίφειρα, πόλις Ἀρκαδίας*] Ex eo, quod in fine dicit auctor, sequitur eum scripsisse *Ἁλίφηρα*, et mox *Ἁλιφηρεύς*. et hoc etiam probatur infra v. *Βάσηρα*.

— *Διὰ διφθόγγου*] MSS. *δίφθογγος*.

*Ἁλκομεναί, πόλις ἐν Ἰθάκῃ τῇ νήσῳ*] *Ἁλαλκομεναὶ* vocatur supra v. *Ἀκεσαμεναὶ*, et v. *Ἀλαλκομένιον*. Atque ita Plutarchus Quaest. Graec. pag. 301. Sed *ΑΛΚΟΜΕΝΑΙΩΝ* se reperisse in quodam nummo Pyrrhus Ligorius in Collectionibus scribit.

*Ἁλάλια, πόλις ἐν Κόρσῃ τῇ νήσῳ*] *Ἁλαλίη* vocatur haec Corsicae urbs apud Herodotum lib. I. cap. 165. *Ἁλίρια* apud

Ptolomaeum lib. III. Geogr. cap. 2. et in veteri inscriptione de *Aleria* apud Salmasium ad Solinum pag. 29.

— *Κτίσμα Φωκέων*] Lege ex Herodoto *Φωκαίων*. vulgatus hic error est, et Salmasio quoque notatus.

*Ἀλλάντη, πόλις Μακεδονίας καὶ Ἀρκαδίας.*

— *Τὸ ἐθνικὸν Ἀλλάντιος, ὡς Κυλλήνιος*] Lege *Παλάντιος*, aut exemplum non quadrat.

*Ἀλλώρια, πόλις τῆς Κρήτης*] MSS. *Ἀλλάρια*, recte.

— *Τὸ ἐθνικὸν Ἀλλωριάτης*] Scribendum *Ἀλλαριώτης*. ita enim aliquoties legitur in veteri inscriptione apud Gruterum pag. 27 a DV. in qua *Κόσμος ΑΛΑΡΙΩΤΑΝ* foedus cum Pariis percussisse legimus. Nullum certius testimonium ad probandam hanc formationem afferri potest. Praeterea postulat eam natura desinentium in *ια*, ut docetur infra v. *Ἀμβραμία*.

*Ἀλμωπία, χώρα τῆς Μακεδονίας, ἣν φῶπουν Ἄλμωπες*] In Lycophrone, cuius auctoritas hic adducitur, hodie legitur, *Ἀλμωνία*. Et sic olim etiam ibi lectum a Tzetze, ut ex illius apparet Scholiis, in quibus *Ἀλμώνιον, πόλις Μακεδονίας* dicitur.

*Λυκόφρων*

— — — *Ἐκ δ' Ἀλμωπίας*

*Παλιμπλανήτην*] Locus in Alex. v. 1238. legitur autem ibi, ut dixi

— — — — *Ἐκ δ' Ἀλμωνίας*

*Πάλιν πλανήτην*, etc. non, *παλιμπλανήτην*.

*Ἀλόπη, πόλις Θεσσαλίας*] Eustathius ad Iliad. *B*. pag. 320. nostrum descripsit. Scholiastes Apollonii ad lib. I. v. 51. *Alope* est *Θεσσαλίας πόλις ἢ Μαγνησίας*. Extat etiam apud Orpheum Argon. v. 132.

— *Ἀπὸ Ἀλόπης τῆς Κερκύονος*] Scholiastes Aristophanis ad Aves pag. 568. *Ἀλόπη Κερκύονος θυγάτηρ. ἣ καὶ Ποσειδῶνος υἱὸς Ἱπποθόων συνῆν*. Idem tradit Pausanias lib. I. pag. 8.

— *Ὅμηρος τὴν μεταξὺ Μυσίας καὶ Καρίας καὶ Λυκίας παράλιον φησιν*] De hac vide Etymologicum, et Eustathium ad Iliad. *B*. pag. 320.

— *Ἐλθόντ' ἐξ Ἀλόπης*, etc.] Iliad. *B*. v. 682.

— *Ἔστι δὲ καὶ Ἀλκεύς*] Lege *Ἀλοπεύς*, et ita Eustathius d. l.

*Ἁλόννησος, περὶ ἧς Φίλιππος καὶ Ἀθηναῖοι διεφέροντο*] Philippi et Atheniensium de hac insula contentionem exhibet nobis Oratio Demosthenis *De Haloneso* inscripta. Catalogus urbium MS. Vat. *Ἁλόννησος, νησύδριον ἐν τῷ Αἰγαίῳ πελάγει*. et per duplex *ν* etiam scribitur Strabonis lib. XIV. pag. 644.

— Ὡς Προκοννήσιος] Infra h. v. legitur Προικοννήσιος. Sed frequens quoque per diphthongum usus.

Ἅλος, πόλις Ἀχαΐας καὶ Φθιώτιδος] Apud Herodotum lib. VII. cap. 173. et paullo post iterum, legitur, ἐς Ἄλλον. quod Interpres *ad Algas et littoralia* male vertit. Apparet autem ex nostro maritimum fuisse oppidum. Castiganda eadem versio etiam in praecedentibus, ubi, κατὰ θάλασσαν τὴν ἐσβολὴν perperam reddit, *ad maris ingressum custodiendum*. Intelligit enim τὴν Ὀλυμπικὴν ἐσβολὴν, de qua paullo ante sermonem habuerat.

— Ὑπὸ τῷ πέρατι τοῦ Ὀθρύος] MSS. τῆς Ὀθρύος, et sic Strabo. Considerandum igitur an haec sit Ἅλος Scholiastae Apol-
27 lonii Rhodii, quam ille insulam facit et ad *Othryn* ponit: nota-
b vimus Scholiastae locum supra ad v. Ἀθαμανία.

— Ἀπέχει δὲ Ἰτωνος ὡς ἑξήκοντα σταδίους] Strabo, unde hic locus desumptus, legit Ἰτώνου lib. IX. pag. 433. sed utrumque dixerunt, Ἴτων et Ἴτωνος. vide infra h. v.

— Ὅτι Ἅλος, θεράπαινα ἦν Ἀθάμαντος] Scholiastes Apollonii lib. I. v. 482. Ἅλον, quam Aetoliae adscribit, ὑπὸ Ἀλοέως conditam scribit, qui *Aloidarum* fuit pater.

— Μαλλιακόν] Μαλιακόν.

— Τὸν δὲ ὑπὸ Πρωτεσιλάῳ] MSS. Codices hoc loco legunt, τὸν δὲ ὑπὲρ τ Πρωτεσιλάου. Unde Salmasius legebat, τὸν δὲ Ὑπερέων, vel Ὑπερέα Πρωτεσιλάου. Nam Ὑπερησία Achaiae oppidum Ὑπέρεια quoque dicta, cuius ἐθνικὸν Ὑπερεύς. Sed nihil mutandum aut tentandum censeo, cum Eustathius ad Iliad. B. pag. 32. sic legat, ut editur.

— Τὸ ἐθνικὸν Ἀλεύς] Unde pluralis, Ἀλεῖς, apud Demosthenem in Oratione *De Falsa Legat.* et ex ea apud Harpocrationem in v. Ἀλέας. cuius urbis gentile hoc perperam faciunt Harpocration et Suidas, cum sit huius, ut dextre ostendit Maussacus ad Harpocrationem.

Ἄλπεια, ἠϊὼν πρὸς ἄρκτον τῆς Τυῤῥηνίδος καὶ Ἰωνίας θαλάσσης] Quodnam hoc littus sit quaeres frustra apud Geographos. Adeo ut hic procul dubio aliquis lateat error: cuius videor mihi originem invenisse. Apud Lycophronem pag. 171. Cassandra de semet ipsa sic vaticinatur:

> Ναὸν δέ μοι τεύξουσι Δαυνίων ἄκροι,
> Σάλπης παρ' ὄχθαις.
> *Templum mihi aedificabunt Dauniorum principes,*
> *Apud Salpes ripas.*

quo loco per *Salpes ripas* intelligit *Salapiam*, quae nunc etiam *Salpe* vocatur, Apuliae oppidum ad Superi Maris littus. Idem postea pag. 199. *Alpes*, Σάλπια sive Σαλπίους πάγους vocat:

— — — — χθόνα
Πᾶσαν κατειργάσαντο, τὴν Ὄμβρων πέλας,
Καὶ Σαλπίων βεβῶσαν ὀχθηρῶν πάγων.
— — — — Terram
Omnem subegerunt prope Umbros sitam,
Et Alpium collocatam super turgidos colles.

ive id errore factum in tanta adhuc rerum Romanarum apud Graecos ignorantia; sive quod revera Lycophron putaverit ἀπὸ τῆς Σάλπης montes illos vocari; sive potius quod veteres Graeci promiscue huiusmodi voces cum Σ aut sine Σ efferrent, ut iam lim ad Strabonem docuit et exemplis probavit V. CL. Isaacus Casaubonus. Puto igitur veteres Lycophronis Scholiastas, quos multis in locis Stephanus laudat, Σάλπια et Ἄλπια ab oppido Salpe deduxisse et pro littore accepisse, sic ut Ἄλπεια ὄρη cum Σάλπης ὄχθαις confunderent.

— Καὶ Ἄλπεια ὄρη] Vide Suidam in Ἄλπειον. 28

Ἀλπηνοὶ, κώμη πλησίον Θερμοπυλῶν· Ἡρόδοτος. Ἔστι καὶ μητρόπολις Λοκρῶν] Ἀλπηνὸς, Locridis urbs, occurrit apud Herodotum lib. VII. cap. 216. Ἀλπηνοὶ autem eodem lib. cap. 76. et 229. Eadem est, et male a Stephano distinguitur. Valde autem oscitanter Herodotum legit noster, qui ex verbis, πρώτην ἐοῦσαν τῶν Λοκρίδων πρὸς Μηλιέων, fecit Locrensium Metropolin, cum Herodotus situ intelligat primam, non dignitate.

Ἄλπωνος, πόλις καὶ ὄρος ἐν Μακεδονίᾳ.

— Ἔστι καὶ ἄλλη Λοκρῶν τῶν Ἐπικνημιδίων] Haec, nisi omnia me fallunt, est Ἀλπηνὸς Herodoti.

Ἀλτὸς, πλησίον Θεσσαλονίκης.

— Τὸ ἐθνικὸν, Ἄλτιος] Alius erat Ζεὺς Ἄλτιος in Elide, e quo Pindari Scholiastes Olymp. Od. x. pag. 100. quamvis reius ibi Ἄλιν legi existimo: nam quae de Iove Eleo Scholiastes : Didymo et Callimacho adfert, certissima sunt.

Ἀλύβας, τοῦτον οἱ μὲν Μεταπόντιον ἤκουσαν τῆς Ἰταλίας] etus Scholiastes Homeri ad Odyss. Ω. v. 302. Ἀλύβας, πόλις Ἰταλίας τὸ Μεταπόντιον, ἢ μᾶλλον Μεταπόντον, ἥντινα ἐν τῷ κατάλογῳ Ἀλύβην ἔφη. Similia vel potius eadem habet Eustathius ad Odyss. Ω. pag. 1961. Pro Μεταπόντιον autem Μεταποντίου, vel Μεταποντίων, videtur scribendum.

— Τινὲς δὲ Θρᾴκης πόλιν] His verbis subiiciunt MSS. ὡς Ὅμηρος. Sed Salmasius putat haec verba ad sequens vocabulum transferenda, legendumque mox: Ἀλύβη πόλις, ὡς Ὅμηρος. d tam hoc, quam illud, ex Homero est, ut iam vidimus.

Ἀλύβη] Coniungenda haec sunt cum praecedentibus, uti

ex Scholiaste antiquo et Eustathio ad Odyss. Ω. locis paullo ante adductis, colligitur.

— *Τηλόθεν ἐξ Ἀλύβης*] Homeri est Iliad. B. v. 857.

— *Παρὰ ταύτην ἐλθεῖν Ῥέαν, τὸν Δία φέρουσαν*] Salmasius ex vestigiis calamo exaratorum legit, *Ῥέα λέγεται τὸν Δία φέρουσα.*

— *Οἱ νῦν Καλδαῖοι*] Duo MSS. *Καλαῖοι*, an non olim scriptum *Χάλυβαι*? vide Strabonem lib. XII, pag. 550.

— *Εὐφορίων ἐν Ἀραῖς*] *In Diris*, quales *Diras* Catonis, et Ovidii *Ibis*, Horatii Ode in arborem, cuius lapsu pene oppressus fuisset, lib. II. Od. 13. Tibullus lib. II. El. 6.

— — — *Tu me mihi dira precari*
*Cogis, et insana mente nefanda loqui.*

hoc Graecis est *ἀρᾶσθαι.*

— *Ὅστις μεὺ κέλκην Ἀλυβηΐδα*] Pro *Κέλκην* lege *κελέβην* cum Isaaco Casaubono cap. 3. Lect. Theocrit. et MSS.

— *Μοῦνος ἀπούρα*] Lege cum eodem Casaubono ibidem pro *ἀπούρα*, *ἀπήυρα.*

28 b *Ἀλύζεια, πόλις Ἀκαρνανίας, ἀπὸ τοῦ παιδὸς Ἰκάρου*] An hic *Icarius* pater Erigones vel Penelopes, quem Ovidius aliique promiscue *Icarum* et *Icarium* vocant? Boëthius ad Ibin pag. 112.

*Ἄλυκος, πόλις Πελοποννήσου.*

— *Εἰς Ἀσίνην, Ἄλυκόν τε καὶ ἄμπολιν Ἑρμιονίων*] Repone *Ἑρμιονίων*. et ita Casaubonus et Salmasius.

*Ἀλύχμη, ἐν ᾗ τιμᾶται Ἄλυχμος Ἑρμῆς*] MSS. *Ἀλύχμιος Ἑρμῆς.*

— *Ὡς τοῦ Βοίβη Βοιβαῖος*] Infra inter gentilia *τοῦ Βοίβη* legitur etiam *Βοιβαῖος*· sed aut exemplum hoc *ἀπροσδιόνυσον* plane est, aut scribendum *Βοίβιος*, quomodo etiam iudicavit Salmasius. Infra quoque ab hoc masculino *Βοιβία λίμνη* vocatur.

*Ἀλώιον, πόλις Θεσσαλίας, ἐπὶ τῶν Τέμπεων, ἣν ἔκτισαν οἱ Ἀλυάδαι*] Num *Ἀλωεῖδαι*;

*Ἀλώνη, νῆσος πρὸς τῇ Κυζίκῳ*] Infra v. *Βέσβικος* scribitur *Ἀλόνη.*

*Ἀλωπεκία, νῆσος· Στράβων ἑνδεκάτῃ*] Lib. XI. p. 493.

— *Τὸ ἐθνικὸν Ἀλωπεκεύς*] Rescribe, *Ἀλωπεκιεύς*, ex Harpocratione et Suida: et de sententia pariter Casauboni et Salmasii.

*Ἀλωπεκόνησος, πόλις τῆς Ἑλλησποντίας*] Etymologicum insulam facit, inepte. Egregius est locus Demosthenis in Orat. cont. Aristocratem *de Alopeconeso*: *οὐ γὰρ ἤλθομεν οὐδαμῇ τῆς Θρᾴκης· ἀλλ' ἐπ' Ἀλωπεκόννησον, ἢ Χερρονήσου μέν*

ἐστι, καὶ ἡμετέρα, ἀκρωτήριον δὲ ἀτέχον πρὸς τὴν Ἴμβρου ἀπωτάτω τῆς Θρᾴκης. *Nec enim usquam in Thraciam venimus, sed in Alopeconnesum cogitabamus, quae ad Cherronesum pertinet, et nostra fuit, et promontorium versus Imbrum eminens, longissime a Thracia remotum.* Catalog. urb. MS. Vat. Ἀλωπεκόννησος, πόλις τῶν ἐν Χερρονήσῳ.

— Τὸ ἐθνικὸν Ἀλωπεκονήσιος] Repone, Ἀλωπεκονήσιος.

— Ἀλώπηξ σκύμνον ἄλλοθεν φέρουσα κατεσίθετο] Infra voce Κάλαρος. ὅτι ἐκεῖ εἶδον σκύμνους φέρουσαν καὶ κατακιθεῖσαν ἀλώπεκα.

Ἄλωρος, πόλις Μακεδονίας. Ἔστι δὲ τὸ μυχαίτατον τοῦ Ἑρμαίου κόλπου] Lege, Θερμαίου. vide Melam, et ad eum Pintianum.

— Τὸ ἐθνικὸν Ἀλωρίτις, καὶ Ἀλωρίτης] Transpositae voces et accentus, scribendumque Ἀλωρίτης καὶ Ἀλωρῖτις. vide infra vv. Ἄωρος. Δίζηρος. Πίλωρος. ΑΛΩΡΙΑΤΩΝ nummus cum effigie Iovis extat in Collectionibus Pyrrhi Ligorii, in cuius aversa vitis conspicitur cum uvis. pertinuerat prius ad Thessalos, quibus Philippus eam eripuit, teste Theopompo.

Ἀμαζόνιον, τόπος ἐν τῇ Ἀττικῇ] MS. melior Palat. Ἀμαζόνειον. recte.

— Ἔνθα Θησεὺς τῶν Ἀμαζόνων ἐκράτησεν] De hoc bello 29
vide Plutarchum in Theseo, et Lysiam in funebri Orat. a

— Τὸ ἐθνικὸν Μαζαιεύς] Salmasius scribit Μαζαεύς. recte.

— Ὡς Μιδαχεύς] Idem corrigit, Μιδαρεύς. vide infra h. v.

Ἀμαζόνες, ἔθνος γυναικεῖον πρὸς τῷ Θερμώδοντι, ὡς Ἔφορος. ἃς νῦν Σαυροματίδας καλοῦσι] Dionysius v. 665. et ad eum Eustathius, item Herodotus lib. IV. cap. 110. et seqq. ubi de *Sauromatis* agit. Caeterum vox *Sauromatides* restituenda vetusto Iuvenalis Scholiastae principio Sat. II. *Sarmatae ultimi ultra Pontum sunt, vicini Amazonum, unde Sauromatides appellantur.* male editur *Sauromatibus.*

— Ἐγὼ δὲ φυσικὰ νομίζω] MSS. φυσικὸν νομίζω.

— Οἱ γὰρ Σαυρομάται ἐξ ἀρχῆς ἐπὶ τὴν Εὐρώπην στρατεύσαντες] Similis extat dissertatio de Amazonibus apud Procopium.

— Ἐκαλοῦντο δὲ καὶ Σαυροπάτιδες, παρὰ τὸ σαύρας πατεῖν καὶ ἐσθίειν] Ita Thraciae quidam populi *Καπνοπάται* sunt appellati, quasi *fumo viventes*, qui perperam in editis Strabonis exemplaribus lib. VII. pag. 296. et alibi καπνοβάται dicuntur, et sine ullo sensu *fumi scansores* redduntur.

— Ἡ διὰ τὸ ἐν τῇ Σαυροματικῇ Σκυθίᾳ οἰκεῖν] Cl. Salmasius recte censet, ἢ Σαυροματίδες, διὰ τὸ, etc. esse supplendum.

— Λέγεται καὶ Ἀμαζὼν ἀρσενικῶς] Tunc *pauperem* signi-

ficat. Etymol. M. *Ἀμαξόνες. Λέγονται οὕτω παρὰ τὸ ἀνήτας, οἱ μάζαν οὐκ ἔχοντες.*

*Ἄμαθα, ὀξυτέρως, τῆς Ἀραβίας χωρίον.*

— *Κέκληται ἀπὸ τῆς Ψάμμου*] Potius ergo, *ἄμμου.*

*Ἀμάθη, πόλις Φοινίκης*] Josephus lib. III. Antiq. Iudaic. cap. 13. vocat *Ἀμαθὴν*, incolas lib. 5. cap. 1. pag. 142. *Ἀραθέους*, sed *Ἀμαθεῖους* scribendum ex Stephano.

— *Ἔστι καὶ Σικελίας Ἀμάθαιπων, κύριον*] Cl. Salmasius ex ingenio reponendum censet: *Ἔστι καὶ Σικελίας Ἀμαθαὶ πλη-θυντικόν*, optima certe coniectura.

*Ἀμαθοῦς, πόλις Κύπρου ἀρχαιοτάτη.*

— *Ἀπὸ Ἀμάθους δὲ τοῦ Ἡρακλέους*] Tacitus lib. III. Annal. cap. 62. *Amathuntem* Aëriae filium fuisse scribit, qui Veneri *Amathusiae* inter Cyprios templum posuit. *Amathusiam* etiam Venerem vocat Catullus. Ovidius lib. x. Metam. v. 227.

*Lactantes vitulos Amathusiasque bidentes.*

Gentile enim *Ἀμαθούσιος*. Hipponax apud Eustathium ad Iliad. B. pag. 305. *Βέκος καὶ Ἀμαθουσίων πυρῶν.* Sic nummi duo apud Goltzium, *ΑΜΑΘΟΥΣΙΩΝ.*

*Ἀμαληκῖται, ἔθνος Ἑβραϊκόν*] Iosephus lib. II. Antiq. Iud. cap. 1. pag. 36.

29 b *Ἀμαμασσὸς πόλις Κύπρου, ἐν ᾗ τιμᾶται Πλάτης Ἀπόλλων*] Vide infra v. *Πλη.*

*Ἄμανον, ὄρος πρὸς τῇ Κιλικίᾳ.*

— *Τὸν Ὀρέστην σὺν Ἰφιγενείᾳ τὴν Ἄρτεμιν κομίσαντα*] MSS. post *τὸν Ὀρέστην* addunt, *ἀπὸ Ταύρων.* et sic olim etiam hic legit Suidas, qui, mutata parumper verborum structura, nostrum transscripsit.

— *Εἰσὶ καὶ Ἀμμανῖται, διὰ δύο μ μ, γένος τῶν Ναβαταίων Ἀράβων*] Vide locum Eupolemi apud Eusebium lib. IX. Evang. Praeparat. pag. 263.

— *Ἀπὸ Ἀμμάνου τοῦ παιδὸς Λώτου, καὶ τῆς νεωτέρας θυγατρός*] Pro *καὶ τῆς νεωτέρας* lege, *ἐκ τῆς νεωτέρας.* Ex maiori enim natus est Moab, ex minori *Amman.* Vide Iosephum lib. I. Antiq. Iud. cap. 12. ubi ab utroque gentem derivatam scribit, Coelesyriae incolas.

*Ἀμαντία, Ἰλλυριῶν μοῖρα, πλησίον Ὠρικοῦ καὶ Κερκύρας*] Vetus nummus apud Franc. Gotifredum, in cuius una parte caput Iovis, sive Neptuni, conspicitur, in altera circum serpentem involutum in gyrum habet, *ΑΜΑΝΤΩΝ.*

— *Καλλίμαχος Ἀμαντίνην αὐτὴν φησιν*] Vide supra in *Ἀβάντις.*

— *Καὶ Ἀβάντας αὐτούς φησιν*] Apollonius Rhodius lib. IV. v. 1214.

*κεῖθεν δὲ Κεραύνια μέλλον Ἀβάντων*
*Οὔρεα.*

Vide infra in *Εὔβοια* et *Χαονία*. De his *Abantibus* intelligendum Epigramma vetus, in quo Apolloniates Illyrici ob devictos *Abantes* ponunt donarium; in Appendice Anthologiae Graec. Epigr. *Ἐπίγραμμα βάθρῳ τινὶ λιθίνῳ ἐπιγραφὲν, ὑπὸ τῶν Ἀπολλωνιατῶν ἀνατεθέντι, ἐφ' ᾧ θεῶν τινῶν ἀγάλματα.*

*Μνάματ' Ἀπολλωνίας ἀνακείμεθα· τὰν ἐνὶ Πόντῳ*
*Ἰονίῳ Φοῖβος ᾤκισ' ἀκερσεκόμας.*
*Οἱ γὰρ τέρμαθ' ἑλόντες Ἀβαντίδος, ἐνθάδε ταῦτα*
*Ἔστασαν, σὺν τοῖς ἐκ Θρονίου δεκάταν.*

*Urbis Apolloniae sunt haec monimenta, quam ad Pontum*
*Ionium condidit Phoebus comatus.*
*Illi qui ceperunt oras Abantidis, inde haec*
*Posuerunt cum illis ex Thronio decimam.*

Extat etiam hoc Epigramma apud Pausaniam in Eliacis pag. 331.

*Ἀμαξιτὸς, πολίχνιον τῆς Τρωάδος· Στράβων τρισκαιδεκάτῃ*] Lib. XIII. p. 612.

*Ἀμαραντοὶ, ὀξυτόνως, Κολχικὸν ἔθνος*] Videatur Etymologus h. v. Scholiastes Apollonii ad lib. II. v. 401. *Ἀμαραντῶν δὲ περισπωμένως, ὥς φησιν Ἡρωδιανὸς ἐν τῇ καθόλου. ἔστι δὲ Ἀμαραντὸς πόλις ἐν Πόντῳ. Ὡς δὲ αὐτός φησιν, ὄρη τῆς Κολχίδος, ἐξ ὧν ὁ Φάσις ποταμὸς καταφέρεται* Unde apparet, Stephanum magnam operis sui partem ex Herodiano transcripsisse.

*Ἀμάρυνθος, νῆσος Εὐβοίας*] Videtur scriptum a Ste- 30
phano, *πόλις νήσου*. Nam a Ptolemaeo inter urbes insulae *Eu-* a
*boeae* recensetur lib. III. cap. 15.

— *Τὸ ἐθνικὸν, Ἀμαρύνθιος*] Hinc *Ἀμαρύνθια*, ludi, de quibus Scholiastes Pindari ad Olymp. Od. XIII. pag. 123. quae et *Ἀμαρύσια* Hesychio, de quibus, si lubet, vise Meursium de *Festis Graecorum*.

— *Ὡς Τρικαρύσιος*] Scribe, *Τρικορύσιος*. Vide infra in *Τρικόρυνθον*.

— *Παυσανίας ἐν πρώτῃ*] Nam ille *Ἀμαρυσίαν Dianam* vocat, quam Strabo lib. X. *Ἀμαρυνθίαν*. Livius lib. XXXV. cap. 38. *Amarynthida*.

— *Ἀναλογώτερον δέ μοι δοκεῖ διὰ τοῦ σ*] Is. Casaubonus legebat, *διὰ τοῦ θ*.

*Ἀμάσεια, πόλις Ποντική*] In nummis antiquis apud Occonem et Goltzium scribitur *Ἀμάσια*, cum his cognominibus, *ΑΔΡ. ΣΕΤ. ΑΛΕΞ. ΑΜΑΣΙΑ.* apud Goltzium in nummis

Alexandri Severi pag. 420. et 421. Et eodem modo nummus eiusdem Alexandri, quem vidi apud Cassianum de Puteo, *ΑΔΡ. CЄΥ. ΑΛΕΞ. ΑΜΑCIAC. ΜΗΤΡΟΠΟΛ.*

— *Ἀφ' ἧς Στράβων ὁ στωϊκὸς φιλόσοφος*] Intelligitur is, cuius libros Geographicos habemus, de quo vide Casaubonum ad *Strabonem*.

*Ἄμαστρις, πόλις Παφλαγονίας*] In iure Graeco-Romano, quod Leunclavius edidit, p. 300. *Ἄμαστρις* insula dicitur. Nummus argenteus Franc. Gotifredi, in cuius uno latere caput muliebre conspicitur laureatum; in altero circum figuram muliebrem sedentem cum hasta et dextra victoriolam sustinentem, pro inscriptione habet, *ΑΜΑΣΤΡΙΟΣ ΒΑΣΙΛΙΣΣΗΣ*. quod inprimis notandum ob formationes a Stephano notatas.

— *Ἡ πρότερον Κρώμνα*] Minus accurate auctor: nam ex quatuor oppidulis, sive pagis, ex quibus *Amastris*, Dionysii uxor, urbem hanc constituit, *Cromna* una fuit, ergo non potest dici absolute ante appellata esse *Cromna*. Vide Strabonem lib. XII. pag. 544. ex quo, quae hic dicuntur, hausta sunt. Quatuor oppida fuere *Sesamus*, *Cytorus*, *Cromna*, *Teium*. Hinc ab Scholiaste Apollonii *Sesamus Ἄμαστρις* postea appellata dicitur, nam sic legendum, non *Δάματρις*. ad lib. II. v. 943. et a Plinio lib. VI. cap. 2. *Sesamum oppidum, quod nunc Amastris*.

— *Κρώμναν τ', Αἰγιαλόν τε, καὶ ὑψηλὴν Ἐρύθειαν*] Versiculus Homeri Iliad. B. v. 855.

— *Ἡ συνῴκησε Διονυσίῳ τῷ Ἡρακλείας τυράννῳ*] Strabo lib. XII. pag. 544. dicit urbem hanc nomen habuisse, *ἀπὸ τῆς συνῳκικυίας*. et mox, *ἐκείνη μὲν οὖν ἐκ τεττάρων κατοικιῶν συνῴκισε τὴν πόλιν*. et Anonymus Periegetes, *ἃς συνήγαγεν*. Ergo
30 b debuisset auctor scribere: *ἣ συνῴκισε γυνὴ Διονυσίου τοῦ Ἡρακλείας τυράννου*.

— *Τὸ ἐθνικὸν, Ἀμαστριανός*] Lapis apud Manutium in Orthographia pag. 51.

D M
M. AELI. CAESONI
ANO. DIONYSIO. PP
AMASTRIANO. EX
EL. B. ANN. LXX. PA
TRONO. INCOMPA
RABILI. CAESONIA
NI. HYACINTHUS
ET. APULUS. LIBE
P. M. FECERUNT.

Sic nummus M. Aurelii in instrumento nummario Franc. Gotifredi circum figuram Aesculapii, *AMACTPIANΩN.* et Faustinae circum figuram Hygeiae, ab uno latere, *ΥΓΕΙΑ ΑΜΑΣΤΡΙΑΝΩΝ*, ab altero, *ΦΑΥϹΤΕΙΝΑ ΝΕΑ ϹΕΒΑϹΤΗ.* et alius M. Aurelii, circum figuram Abundantiae, *AMACTPIANΩN.* alius Antonini Pii, circum Iovem stantem cum hasta et aquila, *ΖΕΥϹ ϹΤΡΑΤΗΓΟϹ AMACTPIANΩN.* alius eiusdem Antonini, circum Mercurium, *AMACTPIANΩN.* Denique in Cimelio Serenissimi Magni Ducis a me notatus est nummus, in cuius una parte circum Dianam Ephesiam, *AMACTPIANΩN ΕΠΑϹΚΑΗΠΙΑΔΟΥ.* in altera, *ΔΟΜΕΤΙΑ ϹΕΒΑϹ...*

— *Πλείστη δὲ καὶ ἀρίστη φύεται πύξος κατὰ τὴν Ἀμαστριανήν*] Hinc Catullus in Phaselum:

*Amastri Pontica et Cytore buxifer,*
*Tibi haec fuisse et esse cognitissima*
*Ait Phaselus.*

— *Καὶ μάλιστα περὶ τὸ Κύτωρον*] Strabo lib. XII. *Κύτωρον*, ut Stephanus. MSS. *περὶ τὰ Κύτωρα.* et ita quoque apud Theophrastum legendum lib. III. cap. 15. ubi in nonnullis editionibus male *τὰ Κύτερα* scribitur.

— *Ὡς Κάλατις, Καλάτιος, Καλατία*] Is. Casaubonus pro *Καλατία* legit, *Καλατιανός.*

— *Τὰ γὰρ τοιαῦτα*] Puto post haec verba excidisse: *ἢ ἀπὸ τῶν εἰς ος γενικῶν.*

*Ἄμβασον, μητρόπολις τῶν Φρυγῶν.*

— *Ὁ πολίτης, Ἀμβασίτης*] Sic nummus Claudii apud Goltzium, *AMBACITΩN ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΝ.*

*Ἄμβαδα, πόλις Πισιδίας*] De infelici huius loci situ vide Philostorgium lib. V. Hist. Eccl. pag. 78. Hieroclis Notitia Lycaoniae tribuit. Apud Ptolemaeum lib. V. cap. 4. corrupte *Ἄβδαδα* editur; sed Palatini codices et Barberinus, *Ἄμβλαδα* diserte legunt. *AMBΛΑΔΙΕΩΝ* nummum laudat Pyrrhus Ligorius sub Alexandro Severo cusum, in quo Bacchus cum lynce expressus, dextra cantharum tenens, sinistra thyrso innixus. 31

— *Εἰσὶ δὲ τοῖς Φρυξὶν ὅμοροι καὶ τῇ Καρίᾳ, Τιάβα καὶ Σίνδα*] MSS. *Τάβαι καὶ Ἰσίνδα καὶ Ἄμβλαδα.* Egregie. Ex quibus pariter restituenda Straboni, unde haec deprompta, sua lectio lib. XII. p. 570. apud quem male hodie: *Τιάβα καὶ Σίνδα καὶ Ἄμβλαδα.* pro *Τάβαι καὶ Ἰσινδα.* Vide nostrum infra his vocibus. a

*Ἀμβρακία, πόλις Θεσπρωτίας, ἀπὸ Ἄμβρακος τοῦ παιδὸς Θεσπρωτοῦ τοῦ Λεωπόντος*] Lege, *τοῦ Λυκάονος.* ut infra v. *Ἔφυρα.*

— Ἢ ἀπὸ Ἀμβρακίας τῆς Αἰγέου θυγατρὸς] An hic Ἄκτιος Αἰγεὺς, de quo supra v. Ἀκτή. Apud Scholiasten Graec. Epigr. in fine lib. III. pag. 428. legitur Αἰγαίου, et quidem ex auctoritate Stephani. Apud Eustathium vero ad Dionysium v. 493. Αὐγέου legitur: unde et hoc loco ita legendum suspicor. Antoninus Liberalis cap. IV. Metamorph. *Ambraciam* Melanei filiam dicit, Apollinis neptem.

— Καὶ Ἀμβρακιώτης] Sic in nummo Goltzii *ΑΜΒΡΑΚΙΩΤΑΝ*. et apud Thucydidem lib. I. pag. 19.

— Καὶ τὸ Ἀμπρακιώτης] Vide infra v. Θεσπρωτία.

Ἄμβρακος, πολίχνιον τοῦ Ἠπείρου] *Ambraci* situm accurate describit Polybius lib. IV. pag. 326.

— Ὁ οἰκήτωρ, Ἀμβράκιος] Possessivum Ἀμβρακικός. Nam Athanadas in Ἀμβρακικοῖς citatur Antonino Liberali in lemmate cap. IV.

Ἀμέριον, πόλις Ἰταλίας, ὡς Ῥήγιον] Ἀμερία Straboni lib. V. qui sic et alia format. Porphyrio in vita Plotini, Ἀμερία civitas τῆς Τουσκίας dicitur, e qua oriundus fuit Amelius Philosophus, qui propterea Ἀμέριος potius quam Ἀμέλιος dici malebat.

Ἀμικουσία, νῆσος ἐν τῇ Ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ] Is. Casaubonus Ἀμικουσίας, quod non probo; puto potius scribendum Ἀμίκου νῆσος· nam et Ptolemaeus Ἀμίκου νῆσον vocat lib. IV. cap. 8. licet in editis hodie desideretur.

Ἀμισός, πόλις ἀξιόλογος διέχουσα Σινώπης σταδίους ἐνακοσίους] Liberam civitatem fuisse apparet ex nummo Caracallae apud Serenissi. M. Ducem, in quo, circum Imperatorem quadrigis vectum, legitur, *ΑΜΙϹΟΥ ΕΛΕΥΘΕΡ*. Et in alio eiusdem Caracallae apud Franc. Gotifredum, circum Victoriam bigis vectam, *ΑΜΙϹΟΥ ΕΛΕΥΘΕΡΑϹ*. subtus, *ΕΥ. ϹΝΕ*. Vide quae de hac urbe commentetur Salmasius in Exerc. Plin. pag. 889.

— Ἔστι δ' ἐν τῷ Πόντῳ] Vide Eustathium ad Hom. Iliad. B. pag. 361.

31 — Αἰγεται καὶ ἀρσενικῶς, Ἀμισηνός] Necessum aliquid b hic deesse, cum haec non cohaereant.

Ἀμμωνία, ἡ μεσόγειος Λιβύης. καὶ αὕτη δὲ πᾶσα ἡ Λιβύη] Scaliger ad Eusebium legit, καὶ αὐτὴ δὲ πᾶσα ἡ Λ. et sic MSS. recte, neque enim de sola *Mediterranea* loquitur. Vide infra v. Λιβύη.

— Τὸ δὲ Ἀμμωνεῖον] Scribo: Ἀμμωνιεῖον.

Ἀμνισός, πόλις Κρήτης] Callimachus Hymno in Dianam v. 15.

*Δὸς δέ μοι ἀμφιπόλους Ἀμνισίδας εἴκοσι νύμφας.*
Ad quem versum vetus Scholiastes: *Ἀμνισὸς, ποταμὸς Κρήτης· ἀφ' οὗ Κρητικάς.* qui locus videri posset mutilus, supplendusque hoc modo: *ἀφ' οὗ Κρητικὰς Νύμφας Ἀμνισίδας λέγουσι.* sed idem Scholiastes tam abrupte etiam alibi loquitur ad eundem Hymnum v. 81. *Κυδώνιον, ἔθνος Κρήτης· ἀφ' οὗ Κρητικόν.* Dionysius *Ἀμνισὸν* pro *Creta* ponit in Periegesi v. 498. ubi Eustathius partem *Cretae* proprie sic appellatam dicit. Ego vero, ne quid dissimulem, omnino existimo, pro *πόλις*, ab Stephano hic scriptum fuisse *ποταμός*. Suidas, *Ἀμνισὸς, ποταμὸς Κρήτης.*

— *Αἱ τούτου νύμφαι Ἀμνισιάδες*] Cl. Salmasius ex vestigiis scriptorum codicum legit: *αἱ Κρητικαὶ ἀπὸ τούτου νύμφαι Ἀμνισιάδες.* Callimachus Hymno in Dianam v. 162.

— *Καὶ Ἀμνισίδες*] Callimachus ibidem v. 15.

*Ἀμοργὸς, νῆσος μία τῶν Κυκλάδων, ἔχουσα πόλεις τρεῖς, Ἀρκεσίνην, Μινώαν, Αἰγιάλην*] Suidas in v. *Σιμμίας. Μινώαν, Αἰγίαλον, Ἀρκεσίμην.* iste enim poëta Samiorum coloniae dux fuit. Infra tamen in *Ἀρκεσίνη*, loco *Αἰγιάλης* ponitur *Μελανία.* Quod suspicionem movere posset, quasi vox *Αἰγιάλη* corrupta esset. Sed nihil plane mutandum est, cum praeter Suidae auctoritatem, nostro adhuc tempore eius nominis vestigia servet locus *Hyali* dictus, uti Sophianus, Bordone aliorumque Insularia testantur.

— *Νικόλαος δ' Ἀμόργην αὐτὴν καλεῖ*] MSS. *δὲ Μόργην.* ita *Μόργοι* apud Porphyrium de vita Pythagorae. Ita quoque *πλεδὼν* et *ἀπληδὼν*, *Παισὸς* et *Ἀπαισὸς*, *Τάρνα* et *Ἄταρνα*, *Σπόδελον* et *ἀσπόδελον*, *Μάρδοι* et *Ἀμαρδοὶ*, aliaque multa. Similiter *βοῦσος ἔβουσος. Ἄξος Ὄαξος.* Vide Suidam vv. *Μόργους, Μολγὸς, Ἀμοργοί.*

— *Τὸ δ' Ἀμόργινος χιτὼν, χρώματος ἴδιον*] Et *Ἀμόργινον.* De vestimento Suidas: *Ἀμόργινον, ὅμοιον βύσσῳ, καὶ πολυτελές.* Idem *Ἀμόργεια, χρώματος εἶδος, ἀπὸ νήσου Ἀμοργοῦντος.* In quo loco haereo, nescius apud quem auctorem *Ἀμοργοῦς* pro *Ἀμοργὸς* repererit; nisi quis legendum existimet: *ἀπὸ Ἀμοργοῦ νήσου ὄντος*, quod tamen, ut verum fatear, mihi non satisfacit. ipse enim Suidas v. *Σιμμίας*, ut noster *Ἀμοργὸν* vocat.

*Ἄμόριον, πόλις τῆς μεγάλης Φρυγίας.* 32

— *Τὸ ἐθνικὸν Ἀμοριεύς*] In nummo..... Imperatoris, a circum Herculem cum clava et leonina pelle, disertissimis literis scriptum vidi, *AMOPIANΩN.* Nummus erat illustrissimi Episcopi Labacensis. Et Pyrrh. Ligor. Claudii Imp. vidit nummum, in quo, circum Deam Phrygiam turritam, *AMOPIAIΩN* legebatur.

— Ὡς Νοτιαεύς] Lege, Νοτιεὺς, ut patet infra h. v.

Ἄμπελος, πόλις τῆς Λιγυστικῆς.

— Ἔστι καὶ ἑτέρα ἄκρα τῆς Σάμου] Hesychius *Mycalae promontorium* hoc vocat. sed verba Hesychii parum sana sunt: Ἄμπελος, ἡ μηχάνη καὶ ἄκρα Μυκάλης. ἤγουν ὄρους. Κυρηναῖοι δὲ, Λίγιαλὰς καὶ πόλις Θρᾴκης. καὶ ἡ Ἄμπελος.

— Καὶ ἄλλη ἐν Κυρήνῃ] Meminit huius *Ampeli* Scylax, qui triginta stadiis ab Api abesse dicit pag. 44. Salmasius autem ad Solinum pag. 870. legit, καὶ ἄλλη ἐν Κυρηναίᾳ.

— Ἀχροίτας] *Achroetas* edidit *Rerum Lybicarum* libros, ex quibus tertium citat Apollonii Scholiastes ad lib. IV.

— Τῶν δὲ λοιπῶν, δυνατὸν Ἀμπελήτην εἶναι] Isaacus Casauhonus legit, Ἀμπελίτην. apud Suidam v. Σίλφιον scribitur Ἀμπελιῶται· quod fortasse hinc reformandum scribendumque Ἀμπελῖται.

Ἄμπη, πόλις πρὸς τῇ Ἐρυθρᾷ Θαλάσσῃ· Ἡρόδοτος ἕκτῃ] Lib. VI. cap. 20. ubi male hodie Ἀμπιπόλι editum legitur, versio recte, *in urbe Ampa*.

Ἀμυδῶν, πόλις Παιονίας] Est eadem cum *Abydone*, vide supra h. v.

Ἀμύκλαι, πόλις Λακωνικὴ τῶν ἑκατὸν πόλεων] Eadem habes apud Eustathium ad Dionys. pag. 59. et Homerum Iliad. B. pag. 295.

— Ὡς Σιμίας] Scribe, Σιμμίας. et sic quoque Salmasius, qui hunc Rhodium illum esse existimat.

— Ἔστι πόλις Ἀμύκλαιον ἐν Κρήτῃ καὶ ὅρμος] Ἔστι καὶ legendum ex Eustathio ad Hom. d. l.

Ἄμυμνοι, ἔθνος Ἠπειρωτικόν. Ῥιανός] Videtur scribendum Ἀμύμνονες, qui occurrunt infra in Χαονία. Ita potius quam Ἀμύμανες, ut apparet ex gentilibus, quamquam et illi occurrant infra in Παραυαῖοι, sed mendose, ut puto, in Rhiani versu, e libro IV. Thessalicorum:

Σὺν δὲ Παραυαίοις καὶ Ἀμύμνονας Ὀμφαλιῆας.

quem suspicor eundem esse, qui hic desideratur. Certe Salmasius in eadem cogitatione fuit.

— Λέγεται καὶ Ἀμυμναῖος] Vide supra v. Ἀχεσταῖοι.

Ἀμύργιον, πέδον Σακῶν] Scribe, πεδίον Σακῶν.

— Ἑλλάνικος Σκύθαις] Salmasius scribit, Σκυθῶν. recte.

82 — Τὸ ἐθνικὸν Ἀμύργιος] Σκύθαι Ἀμύργιοι occurrunt
b apud Herodotum lib. VII. cap. 64.

— Ὡς αὐτός φησιν] Forte: ὡς ὁ αὐτός φησιν.

— Ἄμυρος, πόλις Θεσσαλίας, ἀπὸ ἑνὸς τῶν Ἀργοναυτῶν] Scholiastes Apollonii ad lib. I. v. 596. Ἄμυρος, Θεσσαλί-

ας ποταμὸς ἐκρέων μετὰ τὴν Μελίβοιαν κείμενος· προσαγορευόμενος ἀπὸ Ἀμύρου τοῦ υἱοῦ Ποσειδῶνος. Ἔστι καὶ πόλις αὐτόθι.

— Πολυβότρυος ἀντ' Ἀμύροιο] Est ἐκ τῶν Ἡοίων Hesiodi. Eustathius.

— Καὶ πο * θηλυκόν] Restitue: καὶ ποταμός. uti ex Apollonii Scholiaste probatur, loco ante adducto. MSS. tamen, καὶ πόλις. Forte olim fuit: Καὶ ποταμός· πόλις δὲ θηλυκόν. Quod verbis sequentibus comprobari videtur.

— Ἄδηλον δὲ τὸ Ἡσιόδειον] Nam in his illum existimo sensum esse, Ἄμυρον et oppidum et fluvium esse, ubi pro oppido sumitur feminini generis esse, ubi pro fluvio, masculini. At in Hesiodi versu, quoniam cum adiectivo communis generis iungitur, dubium utrum de fluvio, an de oppido capiendum. Cl. Salmasius legebat: ἄδηλον δὲ ἢ Ἡσιόδειον, existimans, quoniam versus hic ex eo Hesiodi opere, quod Ἡοίας Μεγάλας appellabant, depromptus sit, de quo inter Grammaticos disputatum, an genuinus Hesiodi partus sit, auctorem per haec verba in illud Grammaticorum certamen intendere voluisse.

— Τὸ ἐθνικὸν Ἀμυρεύς] Infra v. Ὠλίαρος occurrit etiam Ἀμύριος.

— Εὔπολις δὲ Ἀμύρους αὐτοὺς λέγει, πλησιοχώρους τῆς Μολοττίας] Hinc Ἄμυρον ὄρος supra Chaones. Infra in Δεξάροι, ubi perperam in vulgatis legitur Ἄμηρον.

Ἀμφαναί, πόλις Δωρική.

— Θεόπομπος Ἀμφαναίαν αὐτὴν καλεῖ] Et Euripides Herc. Fur. v. 392. Cycnum appellat Ἀμφαναίας Οἰκήτορ' ἄμικτον, *Amphanaeae habitatorem inhospitalem.*

Ἀμφ' Ἄξιον, δύο μέρη λόγου, ποταμός] Haec mutila sunt.

Ἀμφεία, πόλις Μεσήνης] Μεσσήνης.

— Τὸ ἐθνικὸν Ἀμφεύς] Scribe, Ἀμφειεύς. ultimam enim literam Arcades in ευς mutant, ut Δίρεα Δερεεύς. Ἀραιθύρεα Ἀραιθυρεεύς. et alia.

Ἀμφιγένεια. πόλις Μεσσηνιακή.

— Μενέλαος δέ φησι, καὶ Ἀμφιγένειαν εἰρῆσθαι] Lege, Ἀμφιγένειον ex MSS. et sic Eustathius ad Iliad. B. p. 297.

Ἀμφίκαια, πόλις Φωκίδος] Sic Herodotus lib. VIII. cap. 33.

Ἀμφίλοχοι, καὶ Ἀμφιλοχικοί, ἐκ τοῦ Ἀμφιλοχικοῦ Ἄργους] MSS. multo auctius legunt: Ἀμφίλοχοι, πόλις Ἀκαρνανίας, οἱ καὶ Ἀμφιλοχικὸν Ἄργος πληθέντες, ἀπὸ Ἀμφιλόχου τοῦ Ἀμφιαράου. καὶ Ἀμφιλοχία ἡ χώρα. Οἱ πολῖται Ἀμφίλοχοι

33 καὶ Ἀμφιλοχικοὶ ἐκ τοῦ Ἀμφιλοχικοῦ Ἄργους. quae omnia edi-
a tis exemplaribus addenda sunt. Urbis huius nummos vidit Pyrrhus Ligorius: in quorum uno, circum cornu copiae, *ΑΜΦΙΛΟΧ. ΑΡΓΟϹ. ΜΗΤΡ.* in alio, in quo equus marinus cum delphine et tridente Neptuni expressus erat, *ΑΜΦΙΛΟΧ. ΑΡΓ. ΜΗΤΡΟΠ.* Apud Goltzium duo adferuntur nummi, in quibus, *ΑΜΦΙΛΟΧΙΩΝ.*

Ἀμφίπολις, πόλις Μακεδονίας κατὰ Θρᾴκην] Catalogus urb. MS. Vat. Ἀμφίπολις, ἡ νῦν Χρυσόπολις. αὕτη πρότερον ἐκαλεῖτο Ἐννέα ὁδοί· καὶ πόλις Ἄρεως καὶ Ἄκρα. διὰ δὲ τὸ περιοικεῖσθαι Ἀμφίπολις ἐκλήθη. Suidas: πόλις δ' ἐστὶ Μακεδονίας Ἀμφίπολις, ἥτις πρότερον ἐκαλεῖτο Ἐννέα ὁδοί. in voce Ζωΐλος, qui *Amphipolitanus* fuit, et de patria sua tres libros conscripsit. Apud Ligorium extat nummus, in cuius una parte figura fluvii conspicitur cum epigraphe circum, *ΑΜΦΙΠΟΛΙΤΩΝ ΑΥΤΩΝ* subtus *ΣΤΡΥ*, in aversa caput Iovis cum fulmine expressum est cum his tribus literis, *ΜΩΝ.* In alio Hadriani Imperatoris circum caduceum Mercurii, *ΑΜΦΙΠΟΛΙΤΩΝ ΑΥΤΟΝΟΜΩΝ.* Thracum Αὐτονόμων meminit etiam Arrianus lib. I. de Exped. Alex. sub princip. sed diverso situ, circa Hebrum videlicet sub Haemo monte. *Amphipolis* meminit Antipatri Epigramma ἐπιτύμβιον ineditum, in Bibliotheca Eminentissimi Cardinalis Barberini, δυσνοήτον καὶ ἐσφαλμένον, ut notatur in MS.

Στρύμονι καὶ μεγάλῳ πεπολησμένον Ἑλλησπόντῳ
Ἥριον Ἠδώνης φύλλιδος Ἀμφιπόλει
Λοίπατοι Ἀνθιόπης βραυρωνίδος ἴχνια νηῷ
Μίμνει, καὶ ποταμοῦ τ' ἀμφιμάχητον ὕδωρ.
Τὴν δε πότ' αἰγείδεσιν μεγάλην ἔριν ὡς ἁλιανθεὶς
Τρῦχος ἐπ' ἀμφοτέραις δερκόμεθ' ἠίοσιν.

Aliud Epigramma Dioscoridis, sed editum lib. III. Anthol. cap. 6. pag. 314. *Amphipolin* Στρυμονίην cognominat.

— Ἥτις Ἐννέα ὁδοὶ ἐκαλεῖτο] Ita etiam Thucydides lib. I. pag. 66. et lib. IV. iterum Harpocration paullo aliter: Ἐννέα ὁδοί, τόπος ἐν Θρᾴκῃ περὶ Ἀμφίπολιν.

— Κεκλῆσθαι δὲ Μυρίκην καὶ Ἠιόνα] Lege, Μύρκινον, vel Μυρκινίαν. nam infra mendose Μύρκιννος et Μυρκιννία scribitur, ut ibi monebimus. Sed *Eionem* XXV. stadiis ab *Amphipoli* fuisse dissitam Thucydides auctor est lib. IV. pag. 324. ubi *Myrcinus* et *Eion*, vicina oppida, sed ab *Amphipoli* diversa recensentur.

— Ἐκαλεῖτο δὲ καὶ Κράδεμνα] Hinc puto Aristotelis Κεδρόπολιν apud Antigonum Hist. Mirab. cap. XXXIV. effictam, vel

potius hoc nomen ex illorum lectione, quaecumque tandem vera sit, deformatum. Meursius ad istum Antigoni locum *Κεκροπίδι* substituere conatur. Sed potius ex hoc Stephani loco veram lectionem investigandam censeo, nec alium puto designari locum 33
quam quem Thucydides princip. lib. v. vocat *Κερδύλιον*. b

*Ἄμφισσα, πόλις Ὀζόλων Λοκρῶν*] Herodotus lib. VIII. cap. 32.

— *Ἐκλήθη δὲ διὰ τὸ ἐμπεριέχεσθαι τοῖς ὄρεσι τοῖς παρακειμένοις*] Sic Harpocration et Suidas.

— *Παραγώγως δὲ, ὡς ἐκ τῆς ἀντὶ Ἄντισσα., καὶ τῆς ἐπὶ Ἔπισσα*] Similia notat Eustathius Iliad. *Α*. pag. 75. Ex *περὶ Περίμος*, ex *ἀμφὶ Ἄμφιος* propria nomina. ex *ὑπὸ Ὕπιος* fluvius, ex *ἀνὰ Ἄνιος*.

— *Ὡς Στράβων ιβ'*] MSS. *ιά*.

*Ἀμφιτρόπη, δῆμος τῆς Ἀντιοχίδος φυλῆς*.

— *Καὶ Ἀμφιτρόπης, ἐν τόπῳ*] Is. Casaubonus *Ἀμφιτρόπησι ἐν τόπῳ*.

— *Ἀμφιτροπαῖος*] Salmasius, *Ἀμφιτροπαῖα*. quod omnino probo.

*Ἄμφρυσος, πόλις Φωκίδος*] Eadem habes apud Scholiasten Apollonii lib. I. v. 54. quod fluvius etiam hoc nomine fuerit dicit Scholiastes Callimachi Hymno in Apoll. v. 48. Unde Apollo *Pastor ab Amphryso* Virgilio princ. lib. III. Georg.

— *Τινὲς διὰ τοῦ β φασίν*] Idem docet Apollonii Scholiastes ex Dionysio, loco paullo prius allegato. Plura si lubet, adi Frid. Sylburgium ad Pausaniam pag. 275.

— *Εὐρυαμπίων*] MSS. *εὐρὺ ἄμπιον*.

— *Ἔστι καὶ Ἀμφρυσεύς*] Goltzii nummus, *ΑΜΦΡΥΣΙΕΩΝ ΚΑΙ ΔΑΤΛΙΑΩΝ ΟΜΟΝΟΙΑ*.

*Ἀναγυροῦς, δῆμος Ἐρεχθηΐδος φυλῆς*.

— *Λέγεται καὶ Ἀναγυράσιος*] Sic Lysias Orat. XII. pag. 219. et Plato in Theag. pag. 127.

— *Ὡς Ῥαμνούσιος*] Bene quod *Anagyruntem Rhamnunti* comparet, uterque enim a frutice dictus locus. de *Anagyri* Dioscorides lib. III. cap. 167. de *Rhamno* infra videbimus.

— *Ἀλλ' ἔοικε τὸ ρ αἴτιον*] Isaacus Casaubonus legit *τὸ υ αἴτιον*. vere, ut puto. Nam et dantur voces sine ρ, in quibus eadem terminatio observatur: quales *Φυλὴ Φυλάσιος*, *Μυσία Μυσάδιος*· modo ultimum huc trahi possit.

*Ἀναζαρβά, πόλις Κιλικίας*] Suidae *Ἀνάζαρβος*. Ammiano lib. XIV. *Anazarbus*. ad quem locum vide quae notat Henr. Valesius. pag. 39. In nummo Corneliae Paulae Augustae apud Tristanum Tom. II. pag. 346. Metropolis dicitur, *ΑΝΑΖΑΡ-*

ΒΕΩΝ ΜΗΤΡΟ. ΑΜΚ. Hierocles in Notitia notat Ciliciae Secundae fuisse Metropolin. Videtur autem de primatu contendisse cum Tharso, idque indicant literae, ΑΜΚ, hoc est, *Α Μητρόπολις Κιλικίας*, *Prima metropolis Ciliciae.* nam Tristani illa explicatio de *Amanica Cilicia* minus mihi probatur.

— *Κέκληται ἀπὸ τοῦ προκειμένου, ἢ ἀπὸ Ἀζάρβα τοῦ κτί-*
34 *σαντος*] Isaacus Casaubonus in sui codicis margine optime emen-
a davit: *ἀπὸ τοῦ προκειμένου ὄρους.* erat enim hoc loco *Zarbus* mons, cui et aliae civitates adiacebant; ut videre est ex Epistola S. Ignatii ad Mariam, *τὴν ἐκ Κασσοβήλων*, vel ut Stephanus et Ptolemaeus *Κασταβάλων*· cui scribit *εἰς Νεάπολιν τὴν πρὸς τῷ Ζαρβῷ.* et ipsa Maria, in literis hactenus non editis, petit ab Ignatio mitti Marin Episcopum, ut ipsa ait, *τῆς ἡμεδαπῆς Νέας Πόλεως, τῆς πρὸς τῷ Ζαρβῷ.*

— *Καὶ Ἀσκληπιάδης ὁ Ἀναζαρβεύς*] Scripsit hic *Asclepiades Πάτρια Ἀναζαρβοῦ*, de quibus extat vetus hoc epigramma *ἀδέσποτον* nondum adhuc editum:

*Κωνσταντινιάδης Ἀσκληπιάδης ἄστυ γεραίρων*
*Γράψεν Ἀναζαρβοῦ Πάτρια κυδαλίμης.*

— *Ὁ πολλά τε καὶ ἄλλα, καὶ περὶ ποταμῶν γράψας βιβλίον*] Forte ex hoc libro sunt ea, quae infra v. *Νάξος* de fonte vinoso traduntur: eiusdem enim testimonium ibidem paullo ante de partu octimestri Naxinarum mulierum adductum fuerat. quod si verum, mallem pro *ποταμῶν* hic legere *βοτανῶν*.

*Ἀναία, παροξυτόνως*, etc. *Ἔστι δὲ Καρίας.*

— *Ἐντεῦθεν ἦν Μενέλαος*] Apud Suidam occurrit *Μενέλαος Αἰγαῖος, ἐποποιὸς* auctor Thebaïdis, quae sub eius nomine citatur infra in *Τέμμιξ*. Unusne igitur et idem *Menelaus* poëta et historicus, legendumque apud Suidam *Ἀναῖος* pro *Αἰγαῖος*? Non me expedio. Vossius diversos putat.

*Ἀνάκη, ὡς Ἀνάφη, πόλις Ἀμαῖας. Τὸ ἐθνικὸν Ἀνακαῖος*] Pyrrhus Ligorius vidit nummum cum effigie Iovis, in cuius aversa fulmen, cum inscriptione, ΖΕΥΣ ΑΝΑΚΑΙΟΣ.

*Ἀνακτόρεια, Ἀκαρνανίας πόλις, οὐδετέρως.*

— *Τὸ θηλυκὸν, Ἀνακτόριος καὶ Ἀνακτορία ἡ γῆ*] Lege, *τὸ ἐθνικὸν Ἀνακτόριος, καὶ θηλυκὸν, Ἀνακτορία ἡ γῆ.* Thucydides lib. I. pag. 21.

— *Σοφοκλῆς δέ φησι διὰ τοῦ ι*] Sic Harmenopulus pag. 184.

*Ἀναριάκη, πόλις πρὸς τῇ Κασπίᾳ θαλάσσῃ*] Apud Strabonem lib. XI. pag. 508. *Ναβάρκη* corrupte adhuc legitur, licet Xylander dudum ex hoc loco emendaverit. bis enim ibidem gentis nomen *Ἀναριάκαι* recte scribitur. Apud Ptolemaeum lib. VI. cap. 2. mendose quoque *Ἀμαριάκαι*, pro *Ἀναριάκαι*. et eo-

dem capite *Ἀνδριάκα* pro *Ἀναριάκα*. Nec minus sincere apud Polybium lib. v. pag. 389. *Ἀριάκαι* pro *Ἀναριάκαι*. Tam corruptelae obnoxium fuit hoc vocabulum.

— *Ἐν ᾗ δείκνυσθαί φησι μαντεῖον κοιμωμένων*] Deprompta haec sunt ex Strabonis dicto loco, in quo Is. Casaubonus ex verbis corruptis, *ἓν κοιμωμένων*, quomodo ibi legitur, dextre facit, *ἐγκοιμωμένων*, quod hic omnino etiam est restituendum.

*Ἄναυα, πόλις Φρυγίας, ὡς Ἡρόδοτος.* 34

— *Ἐπειδὴ χαίρουσιν εἰς ἑνὸς οἱ Φρύγες*] Is. Casaubonus legebat, *τοῖς εἰς ἑνὸς*. b

*Ἀνάφη, νῆσος μία τῶν Σποράδων, πλησίον Θήρας*] Philo lib. de Mundi *Ἀφθαρσίᾳ* pag. 743. male hoc nomen Delo insulae tribuit; atque eo ipso homo Iudaeus parum se in Graecorum fabulis versatum ostendit: confundit enim utriusque insulae historiam.

— *Ἥτις ἀπὸ Μεμβλίαρος*] MS. *ἀπὸ Μεμβλιάρου*, et sic legendum. Vide infra h. v.

— *Τοῖς δ' Ἀργαναύταις ὑπὸ χειμῶνος τρυχομένοις*] Vide apud Photium Cononis narrationem XLIX. ubi egregie idem narrat. Sed perperam ibi *τοὺς ἐν τῇ Ἀργοῖ* vertunt *Argivos*, cum debuissent *Argonautas*. Idem de hac insula etiam narrat Apollonius lib. IV. v. 1712. et seqq. ubi Scholiastes non longe a *Thera* sitam scribit, eodem modo, ut hic Stephanus. Idem Orpheus Argon. v. 1354. Sed in Cononis narratione notandus est Photii error, quod *Anaphen* Lacedaemoni vicinam facit, cum inde distet longissime versus orientalem Cretae partem et Doricam Asiae Cherronesum. Verba haec sunt: *ἐν Ἀνάφῃ τῇ νήσῳ (αὕτη δ' ἐστὶν ὑπὲρ νήσου Θήρας, οὐχ ἑκὰς τῆς Λακεδαιμονίων) ἱερὸν Ἀπόλλωνος Αἰγιλήτου ἵδρυται*, verba parenthesi inclusa, in quibus latet error, procul dubio sunt a Photio, in eum autem inductus est, ut auspicor, a male intellecto Callimachi loco, quem Strabo adducit lib. X. pag. 484. *Περὶ δὲ τὴν Κρήτην εἰσὶ νῆσοι, Θήρα μὲν ἡ τῶν Κυρηναίων μητρόπολις, ἄποικος Λακεδαιμονίων· καὶ πλησίον ταύτης Ἀνάφη, ἐν ᾗ τὸ τοῦ Αἰγλήτου Ἀπόλλωνος ἱερόν. λέγει δὲ καὶ Καλλίμαχος τοτὲ μὲν οὕτως,*

*Αἰγλήτην, Ἀναφήν τε Λακωνίδι γείτονα Θήρᾳ.*

*Circa Cretam insulae sunt Thera Cyrenaeorum metropolis, Lacedaemoniorum colonia: et vicina huic Anaphe, in qua Aegletae Apollinis est templum. De hac sic canit Callimachus;*

*Aegletam et Anaphen Spartanae proximam Therae.*

Nam errandi ansa praebita Photio ex hoc versu, dum *Theram* Lacedaemoniorum coloniam cum ipsa Lacedaemone confundit.

— *Καὶ σκοτομένῃ ἀναφανεῖσα, Ἀνάφη ἐπικέκληται*] Lege, *ἐν σκοτομήνῃ*. vel *κατὰ σκοτομήνην*.

*Ἀνδανία, πόλις Μεσσήνης, ὁμώνυμος τῇ χώρᾳ.*

— *Διὰ τὸ μὴ ἀνδάνειν αὐτοῖς*] MSS. *αὐτοὺς*.

— *Ἐν τῇ Μεσσηνιακῇ*] MSS. *τοῖς Μεσσηνιακοῖς*.

— *Καὶ Ῥιανός*] Qui Messeniacum bellum, quod Aristomenis ductu gestum, conscripsit, de quo vide Pausaniam lib. IV. pag. 226.

*Ἄνδειρα, πόλις, οὐδετέρως*] Epitome Strabonis, *Ἄνδηρα*. male.

— *Ἐν ᾗ λίθος, ὃς καιόμενος σίδηρος γίγνεται*] Haec omnia ex Strabonis, qui mox allegatur, lib. XIII. pag. 610. verbotenus sunt transscripta.

35 — *Τὸ ἐθνικὸν, Ἀνδειρηνός*] Nummus Gordiani Iunioris
a apud Ligorium circum Deam Phrygiam habet, *ΑΝΔΕΙΡΗΝΩΝ*. Dea autem illa capite turrito est, navem habens ad pedes, dextra tenens palmam, sinistra situlam.

— *Οὕτω γὰρ ἐκαλεῖτο ἡ μήτηρ τῶν θεῶν*] Strabo lib. XIII. pag. 614. *Ὑπὸ δὲ τοῖς Ἀνδείροις ἱερόν ἐστι μητρὸς θεῶν Ἀνδειρηνῆς ἅγιον. sub Anderis delubrum est Matris deorum Anderenae sacrum.*

*Ἀνδρία, πόλις Ἠλείας.*

— *Τεύπαλος ὁ γράψας Ἰλιακά*] MSS. *Ἠλειακά*. rectius.

*Ἄνδρος, νῆσος μία τῶν Κυκλάδων.*

— *Καὶ Ἀνανίου παῖδα*] MS. optimus Palatinus, *Ἀνίου π.* et sic omnino legendum. Ovidius lib. XIII. Metamorph. v. 649. *Anio* filium dat *Andrum*. Conon apud Photium Narr. XLI. *Ἀπόλλωνος καὶ Κρεούσης Ἄνιος γίνεται, παρὰ τοῦδε Ἄνδρος, ὃς μίαν οἰκήσας τῶν νήσων, τὸ ὄνομα λείπει τῇ νήσῳ. Ex Apolline atque Creusa gignitur Anius et ex hoc Andrus, qui unam insularum inhabitans nomen quoque suum insulae reliquit.* Meminit quoque Tzetzes ad Lycophronem pag. 98.

— *Τὸ ἐθνικὸν Ἄνδριος*] Lexicum Medicum Erotiani: *Ἀνδρεῖος οἶνος ὁ εὔτονος, ἢ ὁ ἀπὸ Ἄνδρου τῆς νήσου· ὡς Λέσβιος, ὁ ἀπὸ Λέσβου, οὕτω καὶ Ἀνδρεῖος, ὁ ἀπὸ Ἄνδρου.* Sane Medicum hunc parum accurate observasse oportet Grammaticorum analogias.

— *Ὡς Λύνδιος*] *Λίνδιος*.

*Ἀνεμώρεια, πόλις Φωκίδος, ἡ νῦν Ἀνεμώλεια. Ὅμηρος*] Iliad. B. v. 521.

— *Οἴτ' Ἀνεμώρειον*] MSS. *Ἀνεμώρειαν*. et sic legitur apud Homerum.

— *Πάτραν, Λίλαιαν, Ἀνεμωρείας πέδον*] Apud Lyco-

phronem p. 166. legitur Κ' Ἀνεμωρείας, et sic pariter infra in Αἰλαια. quare sic repone. Tzetzes sic dictum scribit, διὰ τὸ εἶναι αὐτὴν ψυχρὰν καὶ ἀνεμώδη.

— Ὠνόμασται ἀπὸ τοῦ συμβαίνοντος] Citat hunc locum Eustathius ad Iliad. B. pag. 274. fin. apud quem multo melius legitur, quam nunc apud nostrum: ὠνόμασται μέν φασιν, ἀπὸ τοῦ συμβαίνοντος πάθους. ὑπέρκειται γὰρ αὐτῆς τὸ καλούμενον Κατοπτήριον χωρίον, ἐξ οὗ δι' ἡμέρας καὶ νυκτὸς καταιγίζεται πανταχόθεν.

— Καταιγιζόμενον] MSS. καταιγίζεται· et sic legit olim Eustathius, ut iam monuimus.

— Ὁ πολίτης Ἀνεμωριεύς] Salmasius, Ἀνεμωρεύς. sic videtur, aut exemplum non quadrat, nisi Epitomator, quod ei non infrequens, duo diversa loca confuderit, *Anemoriam* scilicet *Phocidis*, et *Anemurium Ciliciae*, sive, ut Hierocles habet, *Isauriae*. Huius enim gentile Ἀνεμουριεύς. Unde in duobus nummis Franc. Gotifredi, uno Alexandri, altero Valeriani, circum templum Deae Fortunae, ΑΝΕΜΟΥΡΙΕΩΝ legitur. 85

Ἀνήτουσσα, ὁ πολίτης Ἀνητουσαῖος] Pyrrhus Ligorius b
nummum sibi visum refert Augusti Imperatoris, in quo circum Iovem et Apollinem et signa quaedam militaria legebatur, COLONIA. ANETUSSA. AUGUSTA. LATINA.

Ἀνθάνα, πόλις Λακωνική, μία τῶν ἑκατόν.

— Ἔγραφεν] Ἔγραψεν.

— Χάραξ Ἀνθήνην αὐτήν φησιν] Sic etiam illam vocat Thucydides lib. v.

Ἄνθεια, πόλις Πελοποννήσου, πλησίον Ἄργους.

— Τὸ ἐθνικὸν, Ἀνθεύς] In collectionibus Pyrrhi Ligorii extat Septimii Getae nummus, in cuius aversa caput Cybeles et Attidis, cum inscriptione, ΑΝΘΕΙΕΩΝ.

— Ἔστιν Ἄνθεια καὶ τοῦ Ἑλλησπόντου πόλις] MSS. τοῦ πόντου πόλις et sic Eustathius ad Iliad. I. pag. 743. Rectius. Sita enim fuit paullo supra Thyniada oppidum et promontorium.

Ἀνθεμοῦς, πόλις Μακεδονίας] Harpocration Ἀνθεμοῦς, πόλις Μακεδονική. καὶ οἱ ἀπ' αὐτῆς Ἀνθεμούντιοι.

— Καὶ Συρίας] Pyrrhus Ligorius Heliogabali nummum profert cum inscriptione, ΑΝΘΕΜΟΥΣΙΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ circum Deam Syriam sedentem turritam, cum Luna corniculata post humeros, et fuso Parcarum in manu dextera, tympano autem sub cubito sinistro, assidente hinc inde leone cathedrae eius: Deae antistat ipse Heliogabalus armatus, quippe Syria oriundus.

— Ἣν Ἀπολλώνιος διαλύσας ἐν Ἀργοναυτικῇ, Ἀνθεμοεισίδα φησίν] Lib. II. v. 726. et ibi Scholiastes.

Ἀνθηδὼν, πόλις Βοιωτίας. Ὅμηρος] Iliad. B. v. 508.

— Καὶ Ἄλκης τῆς Ἄβαντος] MSS. Ἀλκυόνης τῆς Ἄβαντος. Sed legendum Ἀλκυόνης τῆς Ἀτλαντος. Pausanias lib. II. pag. 142. τοὺς δὲ ὕστερον βασιλεύσαντας οὐκ ἴσασιν, ἄχρις Ὑπέρητος καὶ Ἄνθα. Τούτους δὲ εἶναι Ποσειδῶνος καὶ Ἀλκυόνης Ἀτλαντος θυγατρός. *Posteriorum vero regum usque ad Hyperetem et Anthan neminem norunt. Hos quidem Neptuni ferunt et Alcyones Atlantis filiae sanguine cretos.*

— Ἀστῷ σύνοικος Θρηϊκίας] Hodie apud Lycophronem v. 754. legitur Θρᾳκίας, sed Eustathius Θρηϊκίας, ut Stephanus, quem vide ad Hom. Iliad. B. pag. 271.

— Ἔστι καὶ ἑτέρα πόλις πλησίον Γάζης] Sic quoque Chronicon Alexandrinum pag. 460. Postea *Agrippias* dicta, ut ex Iosepho docet Tzetzes ad dictum Lycophronis locum pag. 121.

— Ἀνηνίκων παγκρατιαστὴς Ἀνθηδώνιος] MSS. ἀνηγορεύθη Νίκων παγκρατιαστὴς Ἀνθηδώνιος. Praeclare. Nam Eustathius, qui nostrum solet transscribere, loco paullo ante adducto:
36 ἀνηγορεύθη δέ φασι Νίκων παγκρατιαστὴς Ἀνθηδώνιος.
a Ἀνθήλη, κώμη· Ἡρόδοτος ἑβδόμῃ. Ἡρωδιανὸς δὲ πόλιν αὐτήν φησι] Immo ipse Herodotus, libro, quem citat, cap. 176. urbem vocat: ἀγχοῦ Ἀνθήλης πόλιος. postea cap. 200. *vicum*: κώμη τέ ἐστι, τῇ οὔνομα Ἀνθήλη.

Ἄνθιον, πόλις Ἰταλίας] Catalogus urb. MS. Ἄνθιον, πόλις ἀπέχουσα Ῥώμης σταδίων λ', ὁ ἀπὸ ταύτης, Ἀντιάτης.

Ἄνθυλλα, πόλις Αἰγύπτου] Ἄντυλλα scribitur apud Athenaeum lib. I. pag. 25. et ex eo apud Eustathium Iliad. B. pag. 258. Ἄντυλα.

— Ἐς ὑποδήματα ἐξαιρέτως] Scribendum, ut sensus constet: ἐξαίρετος δίδοται. qui adhuc clarior erit, si reliqua Herodoti verba adiiciantur ex lib. II. cap. 28. ἐς ὑποδήματα ἐξαίρετος δίδοται τοῦ αἰεὶ βασιλεύοντος Αἰγύπτου τῇ γυναικί. (*Harum urbium Anthylla, quae est insignis*) *datur peculiaris in calceamenta uxori semper eius qui in Aegypto regnat.* Notavit hoc etiam Salmasius.

Ἄννα, πόλις τῆς Ἰουδαίας ὑπὲρ Ἱερόυχοῦντα] Ἱεριχοῦντα.

— Τὸ ἐθνικὸν Ἀνναείτης] Ἀνείτης.

— Ἀπὸ τοῦ Ἀνναία] Salmasius partim ex MSS. partim ex coniectura legebat, Ἀνεία.

Ἀνταν δρος, πόλις ὑπὸ τὴν Ἴδην] Herodotus lib. VII. cap. 42. Ἀνταν δρον τὴν Πελασγίδα vocat, hanc ipsam intelligens sub monte Ida sitam. De nominis origine adi Servium ad lib. III. Aen. v. 6.

— Τὸ ἐθνικὸν, Ἀνταν δρεύς] Sic nummus M. Aurelii Impe-

ratoris apud Franc. Gotifredum circum Dianam Ephesiam verubus suffultam inter duos cervos, ΑΝΤΑΝΔΡΙΩΝ. Regionem adiacentem Myso-Macedonum Strabo lib. XIII. pag. 612. Ἀντανδρίαν vocat; nisi forte rectius τὴν Ἀντανδρίων ibi legatur, uti in aliis locis loqui solet, ut pag. 613. ἐν τῇ Ἀλεξανδρέων χώρᾳ. Sed haec exigui momenti sunt.

— Ἀριστοτέλης φησὶ ταύτην ὠνομάσθαι Ἠδωνίδα Κιμμερίων ἐνοικούντων ἑκατὸν ἔτη] Locus mutilatus, quem MSS. ita integritati restituunt: Ἠδωνίδα, διὰ τὸ Θρᾷκας Ἠδωνοὺς ὄντας οἰκῆσαι· ἢ Κιμμερίδα Κιμμερίων. Neque dubium est καὶ Κιμμερίαν vel Κιμμερίδα ante Κιμμερίων deesse, cum Plinius expresse testetur, eam prius *Edonidem*, dein *Cimmeridem* fuisse dictam, idque sequentia manifeste clament.

— Τῆς δὲ Κιμμερίας Κιμμέριοι] MSS. Τῆς δὲ Κιμμερίδος Κιμμέριοι.

Ἄντεια, πόλις Ἰταλίας.

— Ῥῶμος, Ἄντεια, Ἄρδεια] MS. Ἄρδειος. alius Ἄρδια.

— Τὸ ἐθνικὸν Ἀντιεύς] Et Ἀντιάτης. Harpocration: Ἀντιάταις, τοῖς ἀπὸ Ἀντίου πόλεως.

Ἀντιγόνεια, πόλις Χαονίας ἐν Ἠπείρῳ] Ἀντιγόνια. 86

— Ὁ πολίτης Ἀντιγονεύς] Livio: *Antigonensis*. ΑΝΤΙ- b
ΓΟΝΕΩΝ duo nummi extant apud Goltzium. Duo alii apud eundem ad Macedoniae pertinent *Antigoniam*.

— Ἔστι καὶ φρούριον τῆς Κυζικηνῆς, ἀπέχον τῆς προσεσπέρου θαλάσσης] Sic ἑσπέριος θάλασσα infra v. Ἀπία, quia regiones illas ab Occidente alluebat.

Ἀντίκυραι, πόλεις δύο, ἡ μία Φωκίδος] Photius ex Helladio pag. 1591. Τὴν Ἀντίκυραν, ἐν ᾗ φασι γίνεσθαι τὸν λευκὸν ἐλλέβορον, οὐδενὸς χείρω τῶν ἀλλαχόθι γινομένων, Φωκικὴν εἶναι πόλιν λέγει. *Anticyram, ubi album helleborum nascitur, nullo alibi crescente deterius, urbem Phocensem esse dicit.* Item ex Ptolemaeo Hephaestione pag. 474. Ἡ δὲ δευτέρα περὶ Ἡρακλέους, ὡς κατὰ τὴν μανίαν ἐλλεβόρῳ ὑπὸ Ἀντικυρέως, τοῦ καὶ τὸ φάρμακον εὑρόντος τὸ ἐν Ἀντικύρᾳ τῆς Φωκίδος πλεονάζον. *Altero deinde libro de Hercule agit, ut a dementia helleboro sit liberatus ab Anticyreo, qui hoc remedium Anticyrae Phocidis valde frequens primus reperit.*

Ἡ δὲ ἐν Μαλιεῦσιν] Huius meminit Herodotus lib. VII. cap. 198. Fuit haec altera in *Maliaco* sinu, sive ad Sperchii fluvii ostium.

— Ὡς Παλαιρεύς] Gentile τοῦ Πάλαιρος, quod Acarnaniae oppidum, Straboni lib. X. pag. 459. memoratum, et procul dubio olim etiam Stephano, etsi hodie apud eum in lacuna sit.

Ἀντινόεια, πόλις Αἰγύπτου, Ἀντινόου παιδός] Salmasius ἀπὸ Ἀντινόου παιδός. Ammianus Marcell. lib. XXII. *Antinoon* vocat, quam Adrianus in honorem *Antinoi*, Ephebi sui, condidit. Chronicum Alexandrinum pag. 598. et alii, de quibus consule Lindenbrogium.

Ἀντιόχεια, δέκα πόλεις ἀναγράφονται. Εἰσὶ δὲ πλείους] Omnium hocce nomine insignitarum urbium celeberrima fuit, quam in Syria ad Orontem iu patris *Antiochi* honorem aedificavit Seleucus. Haec Metropolis Coloniae titulis superbit in nummis, *ΜΗΤΡΟΚΟΛΩΝ*. uti optime explicat Tristanus Tom. II. pag. 397. Fuit, cum de hac Tristani explicatione dubitarem, motus nummo, quem apud Henr. Iul. Blumium vidi, in quo circum caput muliebre sive Antiochiae, sive Deae Syriae, legebatur diserte, *ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΜΗΤΡΟΚΟΡΩΝ*. sed postea in Tristani sententia sum confirmatus pluribus nummis. Uno Alexandri Severi Latino, in quo circum fluvium Orontem, vel potius Daphnen nympham cum cornu copiae, ANTIOCH... subtus, ANTIOCH. COL. Altero Caracallae apud Illustr. Equitem Puteanum, in quo
37 circum mulierem turrito capite et cum copiae cornu dextra equum
a tenentem, KOL. ANTIOX. *ΠΡΙΠ*..... Tertio M. Iulii Philippi, in quo circum caput muliebre turritum perspicue *ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΜΗΤΡΟΚΟΛΩΝ*. Quarto Septimii Severi, in quo circum mulierem monti insidentem, et dextra spicas porrigentem, ad cuius pedes Orontes fluvius gestu viri natantis effictus erat, legebatur, *ΑΝΤΙΟΧΕΩ ΝΕΩΝ ΜΚΟΛΩ*. Duos posteriores spectandos mihi praebuit Alexander VII. Pontifex Maximus.

— Δέκα πόλεις] Sedecim urbes de nomine patris Antiochi condidisse Seleucum auctor est Appianus in Syriac. pag. 124. et ipse auctor enumerat tredecim. Dicit autem, δέκα πόλεις ἀναγράφονται. scilicet per veterem aliquem auctorem, qui de Urbibus scripsit: et mirum ni is sit Philo, quem alibi citat περὶ πόλεων, alibi simpliciter, non addito libro.

— Δευτέρα, ἐκλήθη ἀπὸ Ἀντιόχου τοῦ Ἐπιφανοῦς, Λυδίας] Ἀντιόχεια, ἡ πρὸς Μαιάνδρῳ ποταμῷ, ut illam vocat Phlegon Trallianus Hist. Mir. cap. VI. Huius *Antiochiae* nummum rarissimum ostendit mihi Alexander VII. Summus Pontifex ex cryptis sepulcralibus hocce anno MDCLVIII. erutum, in Decii Imp. honorem cusum, ut imago et inscriptio docet, nam in una parte, *ΑΥΤ. Κ. ΤΡΑΙΑΝΟϹ ΔΕΚΙΟϹ*. in altera supra pontem egregii operis flumen iungentem, *ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ*. infra, *ΜΕΑΝΔΡΟϹ* legitur.

— Τρίτη, Μεσοποταμίας, Μυγδονία καλουμένη] Videtur scribendum Μυγδονίας. Certe ita apud Theodoretum legitur

lib. II. Hist. Eccl. cap. 3. *Νίσιβις, ἣν Ἀντιόχειαν Μυγδονίας τινὲς ὀνομάζουσιν, ἐν μεθορίῳ κεῖται τῆς Περσῶν, ἢ Ῥωμαίων ἡγεμονίας.* *Nisibis, quam Antiochiam Mygdoniae quidam appellant, sita est in Persarum Romanorumque imperii confinio.* Apud Iulianum Orat. II. quae est de rebus Constantii Imperatoris pag. 114. circumscribitur *πόλις, ἣ δὴ Μυγδόνιος ποταμῶν κάλλιστος τὴν αὑτοῦ προσνίθησι φήμην, οὗσή γε καὶ Ἀντιόχου βασιλέως ἐπωνύμῳ. urbs, cui quidem Mygdonius fluviorum longe pulcherrimus nomen suum communicat et quae ab Antiocho rege cognomen accepit.* Nomen dicit habere a fluvio *Mygdonio.* Cogitare ergo coepi, an non potius haec *Ἀντιόχεια Μυγδονία* fuerit dicta, ut hic apud nostrum scribitur, et corrigendus sit potius Theodoretus quam Stephanus. In quo confirmatus sum, postquam ita etiam vocitatam reperi in Historia Tripartita lib. v. pag. 45. Confer haec cum illis, quae notat Dionysius Petavius ad superiorem Iuliani locum pag. 260.

— *Ἥτις παρὰ τῶν ἐπιχωρίων Ἀσίβη καλεῖται*] Scribendum *Νασίβη*, et mox *Νασιβηνός.* Vide infra v. *Νίσιβις.*

— *Ἥτις Νισίβη λέγεται, καὶ Νίσιβις*] Puto, inserta copulativa, legendum: *ἥτις καὶ Νισίβη.* Caeterum haec tertia *Antiochia* videtur ea, quae *ad Euphratem* vocatur Plinio lib. v. cap. 24. *Oppida alluuntur Epiphaniae et Antiochiae, quae ad Euphratem vocantur.* et numismatibus antiquis; quorum unum profert Tristanus in Septimii Severi honorem cusum Tom. II. pag. 91. in quo circum Palladem legitur, *ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ ΠΡΟϹ ΕΥΦΡΑΤΗΝ.* licet Tristanus de *Antiochia*, quae cognominata *Aradus*, nummum pariter et Plinium interpretetur, 37 b

— *Τετάρτη, Πισιδίας*] Hanc Plinius lib. v. cap. 27. *Coloniam Caesaream* cognominatam scribit. Hinc explicandus Caracallae nummus apud Franc. Gotifredum, in quo COL. CAES. ANTIOCHIA. item Sept. Severi, et Antonini Pii. Tristanus Tom. II. pag. 397. quamquam recte ad *Antiochiam Syriae* metropolin referat nummos, in quibus, *ΜΗΤΡΟΚΟΛΩΝ*, ut iam ostendimus, in eo tamen falsus, quod ad illam referat Alexandri nummum, qui ad hanc omnino pertinet, in quo COL. CAES. ANTIOCH.

— *Ἑβδόμη, Πιερίας*] Eustathius ad Dionysium pag. 119. *Pieriam* appellat, *Ὄρος, ὃ προσεχὲς τῷ Ἀμανῷ ἐστιν.*

— *Ἀντιόχῳ γὰρ τῷ Σελεύκου τρεῖς γυναῖκες ἐπέστησαν ὄναρ*] Extant haec etiam, sed paullo emendatius, apud Eustathium ad Dionysium pag. 118.

— *Ἀπὸ δὲ τῆς γυναικὸς Νύσης, Νύσαν*] Eustathius d. l. *Νύσσης Νύσσαν.*

— *Περὶ ἧς Στράβων πεντεκαιδεκάτῃ*] Immo, *ἑνδεκάτῃ*. lib. XI. pag. 516.

— *Τρισκαιδεκάτη, ἡ Ταρσός*] *Post haec verba additum: ἡ Ἰσαυρίας, ἡ Λεμῶτις λεγομένη.*

— *Τὸ ἐθνικὸν πᾶν, Ἀντιοχεύς*] Salmasius pro *πᾶν* legit *πασῶν*.

— *Καὶ Ἀντιόχαιος*] MS. *Ἀντιόχειος*. Et sic Salmasius ad Solinum pag. 627.

*Ἀντιπατρὶς, πόλις· Ἡρωδιανός*] Hanc urbem antea *Χαβαρζαβᾶ* dictam fuisse testatur Iosephus lib. XIII. Antiq. Iud. cap. 23. pag. 462. Chronicon Alexand. *Περσαβίνην*. MSS. autem *Ἀντίπατρις πόλις, Ἡρώδου κτίσμα·* non *Ἡρωδιανός*. recte. Vide Hieronymum in Epitaphio Paullae pag. 172.

— *Κτίσμα ἐπὶ Ἀντωνίου Καίσαρος*] Chronicon Alexandrinum pag. 460. *Ἡρώδης Καισάρειαν εἰς ὄνομα Καίσαρος Αὐγούστου ἔκτισεν, Στράτωνος πύργον τὸ πρὶν καλουμένην. ὁ αὐτὸς Καριανθηδόνα ἐπικτίσας Ἀγρίππειαν ἐκάλεσεν. ἔτι καὶ Περσαβίνην εἰς ὄνομα Ἀντιπάτρου τοῦ πατρός. Herodes ex Caesaris Augusti nomine condidit Caesaream, quae antea Stratonis castrum appellabatur. Idem Carianthedona instauravit et Agrippiam dixit.*
38 *Idem Persabenam refecit et ab Antipatro parente nomen illi indi-*
a *dit.* quod si verum est, scribendum omnino *ἐπὶ Ὀκταουΐου Καίσαρος*. MSS. perperam *Ἀντωνίνου*. quomodo olim coniecerat Casaubonus.

*Ἀντίσαρα, ἐπίνειον Δατίνων*] Existimo Stephanum scripsisse *Δατηνῶν*. Hi autem Thraciae populus ab oppido *Dato*, de quo infra.

— *Τινὲς δὲ Τισάρῃ γράφουσι*] MSS. *Ἀντισάρῃ*. Athenaeus tamen lib. I. pag. 31. *Ἀρμενίδας δὲ τῆς Θράκης φησὶ εἶναι χώραν τὴν Βιβλίαν, ἣν αὖθις Τισάρην καὶ Οἰσύμην προσαγορευθῆναι. Armenidas Bibliam Thraciae partem esse tradit, quam Tisaram et Oesymam vocant.* Ubi Casaubonus ex nostro, *ἣν Ἀντισάρην ἢ Τισάρην* legit. Quae autem *Βιβλία* Athenaeo, ea nostro *Βιβλίνη* infra. *Οἰσύμην* et *Δάτον* etiam vicinas urbes in Thracia facit Scylax.

*Ἄντισσα, πόλις Λέσβου, ἐφεξῆς τῷ Σιγρίῳ.*

— *Ἀπὸ Ἀντίσσης τῆς Μάκαρος θυγατρός*] Pausanias in Phocicis pag. 685. hoc tribuit *Amphissae* nisi tam *Antissa* quam *Amphissa Macaris filia* fuerit.

*Ἀντίφρα, πολίχνιον Ἀλεξανδρείας ἐγγύς*] Straboni, unde hic locus excerptus est, lib. XVII. pag. 799. *Ἀντίφραι*. Ptolemaeo lib. IV. cap. 5. *Ἀντίφρα κώμη* dicitur. Videndum, an sit *Ἀντίφαρος*, de quo Eustathius ad Dion. pag. 38.

*Αντρον, τὸ σπήλαιον*] Hinc *Ἄντροθε* Pindari Pyth. Od. IV. pag. 244.

— *Εὐριπίδης ἐν Αἰξί*] Ioannes Meursius libro de Fabul. Euripid. legit, *ἐν Αἰγεῖ*. et sic alii ex veteribus citant huius Tragoediae nomen.

*Ἀντρῶν, πόλις Θετταλίας. Ζηνόδοτος δὲ γράφει, Ἀγχίαλον Ἀντρῶνα...*] Apud Homerum Iliad. *B*. v. 6. 7. occurrit:

*Ἀγχίαλόν τ' Ἀντρῶνα.*

Unde apparet hunc locum mutilum esse. Pomponio Melae lib. II. cap. 3. dicitur *Antronia*, quod nolim temere mutari.

— *Ἀντρώνιος ὄνος*] Dixit et supra v. *Ἀγκών*.

*Ἄνυσις, πόλις Αἰγύπτου. Τὸ ἐθνικὸν Ἀνυσίτης*] Apud Herodotum tamen lib. II. cap. 166. adfertur *Ἀνύτιος νόμος* inter plures *νόμους*, qui omnes forma gentilium terminantur.

*Ἄνωλος, πόλις Λυδίας.*

— *Καὶ τὸ θηλυκὸν Ἀνωλύας*] Lege *Ἀνωλιὰς*, et sic Salmasius.

*Ἀξία, πόλις Λοκρῶν τῶν Ὀζόλων.*

— *Τοῦ Ἀξίου*] Salmasius delet has duas voces, aut pro iis legit *τούτου*.

— *Καὶ τὸ θηλυκὸν Ἀξιάς*] Apud Pyrrhum Ligorium in nummo circum caput Iunonis legitur *ΗΡΑ ΑΞΙΑΣ*. in aversa, circum caput Iovis, *ΖΕΥϹ ΒΑϹΑΞΟϹ*.

— *Τῆς δ' Ἰταλίας Ἀξιάτης*] Hesychio, *Ἀξιῶται, ἔθνος Τρωάδος.*

— *Διὰ τὸν δυτικὸν χαρακτῆρα*] Is. Casaubonus *διὰ τὸν αὐτὸν χ.* Ego nihil muto. 88 b

*Ἄξος, πόλις Κρήτης, ὡς Ἡρόδοτος*] Apud Herodotum lib. IV. cap. 154. legitur *Ὀαξός*. Et videtur primam literam pro articulo accepisse noster.

*Ἀξουμίτης, ἀρσενικῶς*] Arrianus in Periplo maris Erythr. non multum abit a Stephano in urbis huius nomine scribendo: vocat enim *Ἀξωμίτην*. Ptolemaeo lib. IV. cap. 8. dicitur *Αὐξούμη*. et sic etiam D. Hieronymo Epist. ad Rustic. ubi urbem *Auxumam* legendum pro urbem *maximam*. Nonnoso apud Photium pag. 6. *Αὔξουμις, πόλις μεγίστη, καὶ οἷον μητρόπολις τῆς ὅλης Αἰθιοπίας. Auxumis permagna est civitas et quasi Aethiopiae totius metropolis.* et gentile eidem *Αὐξουμίτης*. B. Athanasio Tom. I. pag. 540. *Αὔξουμις* et *Ἄξουμις*, Procopio l. I. Pers. *Αὔξωμις, ιδος·* et inde *Αὐξωμῖται*. Apud Epiphanium lib. I. Panarii cap. 5. pag. 7. *Ψοῦς τὰ Ἀξουμιτικὰ μέρη. Psus Axumiticum tractum.* ubi vulgo perperam, *Ἀξιωματικὰ*, et in Ancorato cap. 58. pag. 60. Nilus, quem putat *Γεὼν* esse Moysis, praetervehi dicitur Aethiopiam Minorem Anubiticum tractum,

Blemyas et *Ἀξουμῖτιν*. ubi vulgo pariter perperam *Ἐξωμίτιν*. Sed neutrum fugit eruditissimum interpretem. Rursus cap. 115. eiusdem Ancorati *Αὐξομῖται* scribitur.

— *Μητρόπολις Αἰθιόπων*] Ita Nonnosus.

*Ἄονες, ἔθνος Βοιωτίας, ἀφ' ὧν ἡ Ἀονία*] Eustathius Iliad. *B*. pag. 262. *Ἰστέον δὲ ὅτι ἡ Βοιωτία καὶ Ἀονία ἐκλήθη ποτὲ ἀπὸ τῶν κατοικούντων Ἀόνων. Ἔθνος δὲ Βοιώτιον οἱ Ἄονες.* Antoninus Liberalis cap. xxv.

— *Καὶ Ἄων τὸ ἔθνος*] Lege, *τὸ ἐθνικόν*.

*Ἄορσοι, ἔθνος, περὶ οὗ Στράβων ἑνδεκάτῃ*] Lib. xi. pag. 506.

*Ἀπαισὸς, πόλις κατὰ τὴν Τρωάδα. Ὅμηρος, Οἵ τ' Ἀδρήστειαν*] Iliad. *B*. v. 828. sed ibi legitur hodie *Οἵ δ' Ἀδρήστειαν*. non *Οἵ τ' Ἀδρήστειαν*.

— *Ὅς ῥ' ἐνὶ Παισῷ*] Homerus Iliad. *E*. v. 612.

— *Ὡς Ἄταρνα πόλις, καὶ Τάρνα*] Sed hae sunt diversae civitates, ut docet Eustathius ad Homer. Iliad. *B*. pag. 356.

— *Ὅμηρος, Ὅς ἐκ Τάρνης ἐριβώλακος*] Iliad. *E*. v. 44.

— *Ἔστι καὶ Δαυνίας πόλις Παῖσος*] *Παῖστος* procul dubio fuit in animo nostri, quae *Posidonia* alias, unde *sinus Paestanus*. Hanc memoriae lapsu appellat *Παῖσον*.

— *Παισῖνος διὰ τοῦ ι*] Is. Casaubonus, *διὰ τοῦ ν*.

*Ἀπάμεια, Συρίας πόλις, ἀπὸ Ἀπάμας τῆς Σελεύκου μητρός*] *Apame*, coniux fuit *Seleuci Nicatoris*, mater Antiochi Soteria. In huius foeminae honorem maritus *Apameam* Syriae con-
39 didit, filius Phrygiae. Appianus Nicatorem tres *Apameas* con-
a didisse auctor est, e quibus haec Syriae maxime fuit illustris, in Syriac. pag. 124. Vide quae de hac Syriae et de illa Phrygiae congesta a Salmasio, ad Solin. pag. 826.

— *Ἔστι καὶ ἄλλη ἐν τῇ Μεσηνῶν γῆς τῷ Τίγρητι περιεχομένη*] *Μεσηνοὶ* hoc loco sunt qui habitant *τὴν ἐν μέσῳ τοῦ Τίγρητος Μεσήνην*, de qua supra iam diximus in *Ἀδιαβήνη*, et dicemus amplius infra in *Σπασίνου Χάραξ*. Omnium autem optime e veteribus hanc insulam inter duo Tigridis ostia sitam describit Philostorgius lib. III. Hist. Eccl. cap. 7. In hac insula sita fuit *Apamea*, quae propterea *Mesenes* oppidum cognominatur Plinio lib. VI. cap. 27. *Tigris enim acceptis ex Armenia fluminibus claris Parthenia ac Nicephorione, Arabas, Oroëos Adiabenosque disterminans et, quam diximus, Mesopotamiam faciens, lustratis montibus Gordyaeorum circa Apamiam Mesenes oppidum, citra Seleuciam, Babyloniam* CXXV. M. *pass. divisus in alveos duos, altero meridiem ac Seleuciam petit, Mesenem perfundens: altero ad septentrionem flexus, eiusdem gentis tergo campos Cau-*

*cbas secat.* Unde non dubito, quin ita etiam appellata fuerit ab Ammiano Marcellino lib. XXIII. pag. 251. ibique rescribendum sit: *Apamia Mesenae cognominata;* pro *Mesene.* Ad quem locum notandus error viri eruditi, putantis ex male intellecto Plinii loco *Mesenen* civitatem esse, et ex hac falsa hypothesi Plinium facientis Ammiano contrarium: cum ambo idem dicant.

— *Ἐν ᾗ ὀχίζεται ὁ Τίγρης ποταμὸς, καὶ ἐν μὲν τῇ δεξιᾷ μοίρᾳ περιέρχεται ποταμὸς Δέλας*] MSS. *Σέλλας*, recte. Isidoro Characeno *Σίλλας*. Vide Salmasium ad Solinum pag. 698.

— *Ἔστι καὶ τῆς μικρᾶς Φρυγίας*] Haec *Ἀπάμεια πρὸς Μαιάνδρῳ* cognominata fuit, uti videre est apud Eusebium lib. v. Hist. Eccl. cap. 16. et *Κιβωτὸς*, ut apud Strabonem lib. XII. pag. 576. *Ἀπάμεια ἡ Κιβωτὸς λεγομένη.* et apud Ptolemaeum lib. v. cap. 2. *Ἀπάμεια Κιβωτός.* qui ambo Phrygiae Maiori illam attribuunt, contra quam hic fit. Utrumque cognomen reperitur in nummis. In uno Hadriani apud Franc. Gotifredum circum figuram fluminis legi, *ΚΙΒΩΤΟΣ ΑΠΑΜΕΩΝ ΜΑΡϹΥΑϹ.* In alio Tiberii apud eundem circum Dianam Ephesiam, *ΑΠΑΜΕΙΑϹ ΠΡΟΣ ΜΑΙΑΝΔΡΟΝ.* Notandum autem obiter ad hanc urbem Sibyllinorum carminum figmentum, quae ex eo, quod haec urbs Κιβωτὸς, sive *Arca* cognominata est, constanter asseverant Noachi arcam in *Celaenarum* monte resedisse; quod figmentum iam ab aliis est explosum.

— *Ἥτις ἐκαλεῖτο Κελαιναί*] Hinc Plinius *Apameam* et *Celaenas* urbem facit eandem lib. v. cap. 29. *Tertius conventus* 39
*Apamiam vadit, ante appellatam Celaenas, dein Ciboton.* Eum- b
que secutus Solinus. Verum Strabo lib. XII. pag. 577. diversa oppida fuisse docet, et *Celaenas* positas fuisse in tumulo quodam *Κελαινῶν*, atque inde Antiochum Soterem incolas transtulisse *Apameam.* Hunc tumulum *Πρῶνα Κελαινῖτιν* vocat Archias in Epigrammate in Marsyam lib. III. Anthol. Graec. Epigr. cap. 8. pag. 321.

— *Τὰ ἐθνικὰ, Κελαινίτης, Ἀπαμεύς*] Salmasius malebat, *Κελαινεὺς, Ἀπαμεύς.* *ΑΠΑΜΕΩΝ* valde notabilem numinum profert Tristanus Tom. II. pag. 526. In cuius uno latere Gordiani Tertii effigies cum epigraphe, *ΑΥΤ. Κ. ΑΝΤ. ΓΟΡΔΙΑΝΟϹ ϹΕΒ.* In altero, Diana Ephesia inter Maeandrum et Marsyam fluvios repraesentata est, ad cuius humeros sedent duae Nymphae cum urnis, dexteriori adscriptum qεo, finistrae qo. circum legitur *ΠΑΥ. ΒΑΚΧΙΟΥ. ΠΑΝΗ.* sub Maeandro et Marsya, *ΑΠΑΜΕΩΝ.* De quibus omnibus erudite disserit Tristanus. In uno tantum a viro doctissimo dissentio, quod per literas, quae retrogrado ordine leguntur, Nymphis adscriptas qεo

qo, existimem *Orgam* et *Obrimam* fluvios denotari, qui ambo apud *Apameam* in Maeandrum cadunt, non Nymphas *Oreadas*. et procul dubio lineola erecta, ex qua *beta* illud inversum constitit, in numismate aut a tempore deleta fuit, aut a sculptore non est animadversa, legendumque qꝟO. In nummo etiam Getae circa Marsyam rupi insidentem dextra cornu, sinistra tibias tenentem in Thesauris Serenissimi M. Ducis legi; *ΑΠΑΜΕΩΝ*. Videtur tamen pro more Orientis et *Ἀπαμηνὸς* hinc formatum. Unde apud Avienum:

*Apamenae iugera terrae.*

— *Ἔστι καὶ Βιθυνίας, κτίσμα Νικομήδους τοῦ Ἐπιφανοῦς*] *Apameae Bithyniae* extat nummus in Collectionibus Pyrrhi Ligorii, in quo figura Isidis sedens cum sistro, et spicis et Sphinge conspicitur, adscriptum, *ΑΠΑΜΕΩΝ ΜΗΤΡΟΠΟΛ. ΒΙΘΥΝ.* In nummo Commodi rarissimo circum leonem gradientem cum thyrso et cista, *ΙΕΡΑC ΑΠΑΜΕΩΝ.* subtus, *ΠΑΡΑ ΣΤΡΑΤΙ. ΝΙΚΙΑΝΟΡ.* Apud Franc. Gotifredum vidi nummum; in cuius una parte circum caput muliebre turritum, *ΑΠΑΜΕΙΑ*, in aversa tres conspiciuntur statuae coniunctae, Solis, Lunae et Temporis (forma tali, qualis est statua quam habet Eminentissimus Cardinalis Antonius Barberinus) circum in margine legitur, *ΙΕΡΑ*.

— *Ἐκαλεῖτο δὲ πρῶτον Μύρλεα*] Lege *Μύρλεια*, uti infra h. v. et Eustathius ad Hom. Iliad. *Δ*. pag. 449. *Ἀπάμη Ἀπάμεια. οὐ μόνον κύριον, ἀλλὰ καὶ πόλεως ὄνομα τῆς τε περὶ τὸν*
40 a *Κιανὸν κόλπον κειμένης, ἥ τις καὶ Μύρλεια ἐκλήθη.*

— *Ἔστι καὶ τῆς Περσαίας*] Salmasius ad Solin. pag. 698. legit *Περσίας*, sed non satisfacit. Quid si *Παρθυαίας* scribamus. Certe eam commemorat Strabo lib. XI. pag. 514.

*Ἀπασιακαὶ, Μασσαγετῶν ἔθνος*] Apud Strabonem lib. XI. pag. 513. *Ἀσπασιάτραι* vulgo legitur: sed MSS. *Ἀσπασιάται* et *Ἀσπασιάκαι*. Ad quem locum Casaubonus *Ἀπασιακαὶ* legit, inductus hoc Stephani loco, in quo Strabo citatur. Sed apud Polybium lib. X. pag. 619. ter quoque legitur *Ἀσπασιάκαι*. ut constanti tot locorum codicumque scriptura Epitomatorem potius errasse existimem, quam Strabonem ex Epitomatore corrigendum. Nomen huius gentis apud Pomponium Melam etiam corruptum est lib. II. cap. 1. ubi perperam *Axiacae* pro *Apasiacae* vel *Aspasiacae* scribitur.

— *Κατοικοῦσι μὲν ἀνὰ μέσον Ὄξου*] MS. *ἀνὰ μέσον Ὤξου καὶ Ταναΐδος*.

*Ἀπέννιον, ὄρος διὰ μέσης Ἰταλίας τεταμένον.*

— Τὴν μέντε μέσην ὄρος ἄνδιχα τέμνει] Versus sunt Dionysii in Perieg. 340.

— Ὄν ῥά] Ὄ ῥά. Dionysius.

Ἀπέσας, ὄρος τῆς Νεμέας] De hoc monte Statius lib. III. Theb. v. 460.

*Mons erat audaci subductus in aethera dorso,*
*Nomine Lernaei dicunt Apesanta coloni,*
*Gentibus Argolicis olim sacer.*

Vide quae de hoc monte commentetur Petrus Gyllius lib. II. de Bosphoro Thracio pag. 60.

— Διὰ τὴν ἄφεσιν τῶν ἁρμάτων] Etymologus: ὄρος τῆς Νεμέας Ἀπέσας, ἀφέσας τις ὥστε ἄθεν ἀφίενται οἱ ἵπποι εἰς τὸν δρόμον τοῦ Νεμείου ἀγῶνος.

— Κούχ ὑδαρείων τῷ Ἀπέσαντι πὰρ Διῖ ἔθυσιν Ἀρκάδας ἵππους] Versus illi corruptissimi sunt. Locutus est ibi Callimachus de sacrificio Persei *Iovi Apesantio* facto, uti ex Pausania videre est, cuius haec sunt verba in Corinthiacis pag. III. *Καὶ ταύτῃ καὶ ὄρος Ἀπέσας ἐστὶν ὑπὲρ τὴν Νεμέαν· ἔνθα Περσέα Διῖ πρῶτον θῦσαι λέγουσι Ἀπεσαντίῳ. Est supra Nemean Apesus mons: in quo Perseum primum Iovi Apesantio rem divinam fecisse tradunt.*

Ἀπία, οὕτως οἱ νεώτεροι τὸ Ἄργος.

— Ῥιανὸς ἐν Ἀχαϊκῷ δευτέρῳ] Scribe: ἐν Ἀχαϊκῶν δ. ut alibi hi libri citantur.

— * Ἡμετέρη τοι τέκνα Φορωνέως] Tollatur asteriscus, locus enim integer, ni fallor.

— Ὅς ῥ' Ἀπίην ἐφάτιζε καὶ ἀνέρας Ἀπιδανῆας] Scribe Ἀπιδανῆας. Dionysius in Perieg. v. 415.

*Καδδὲ μέσην νῆσον, κοίλην χθόνα ναιετάουσι*
*Ἀρκάδες Ἀπιδανῆες.*

et ibi Eustathius, et ad Homeri Iliad. *A.* pag. 102. Apollonius 40
lib. IV. v. 263. b

*οἷοι δ' ἔσαν Ἀρκάδες Ἀπιδανῆες.*

Callimachus Hymno in Iovem v. 14.

*Ὠγύγιον καλέουσι λεχώϊον Ἀπιδανῆες.*

— Ἀπιδόνες δὲ καὶ οἱ Ἀρκάδες, ἀπὸ Ἀπιδόνος ποταμοῦ] Ἀπίδανον non Ἀπιδόνα hunc fluvium vocat Scholiastes Apollonii.

— Ἢ τοῦ υἱοῦ Φορωνέως Ἀπιδόνος] Legendum Ἄπεως, quemadmodum ipse noster infra eum vocat in Πελοπόννησος. vel Ἄπιδος, ut Scholiastes Apollonii et Eustathius.

— Δημήτριος δὲ καὶ ποτὰμὸν Ἀπιδανὸν τῆς Τρωάδος φησὶν ἐκβάλλοντα εἰς τὴν Ἑσπέρειον θάλασσαν] Sic supra v. Ἀντι-

γόνεια, προσέσπερος Θάλασσα. Salmasius legebat: εἰς τὸν Ἑλλήσποντον.

— Ὡς Τιμοσθένης] Salmasius legebat, Δημοσθένης, qui *Bithynica* scripsit, et citatur nostro saepius. Sed Τιμοσθένης tamen citatur infra in Ἀρτάκη, et quidem simul cum *Demosthene*. Nihil ergo mutandum.

— Ἴστρος Ἀπίας] Salmasius Ἀπίους.

Ἀπόκοπα, οὐδετέρως, κόλπος ἐν τῷ Ἀραβικῷ μυχῷ. Μαρκιανός] Ex ipso *Marciano* legendum, ἐν τῷ Βαρβαρικῷ. neque enim in *sinu Arabico*, sed extra eum in mari Erythraeo erat Βαρβαρικὸν πέλαγος, uti ex Arriano, Ptolemaeo, Marciano videre est, et sic ipse Stephanus infra v. Βάρβαρος. Vide Arrianum in Periplo Mar. Erythr. et Salmasium in Exercit. ad Solin. pag. 799.

Ἀπολλωνία, πρώτη πόλις Ἰλλυρίας] Epigramma vetus, quod iam ante protulimus supra, v. Ἀμαντία,

Μνάματ' Ἀπολλωνίας ἀνακείμεθα· τὰν ἐνὶ Πόντῳ
Ἰονίῳ Φοῖβος ᾤκισ' ἀκεροσεκόμας.

Hinc Apollo in huius urbis nummis conspicitur. In penu nummario Franc. Gotifredi a me notatus nummus Neronis, in quo circum Apollinem legebatur, ΑΠΟΛΛΩΝΙΕΙΤΩΝ.

— Διακοσίων Κορινθίων ἀποικία] Thucydides lib. I. p. 19.

— Ὃς Γυλακίαν ὠνόμασε] Γυλακείαν, infra h. v.

— Δευτέρα, ἐν νήσῳ πρὸς τῇ Σαλμυδησσῷ] MSS. non habent has duas voces, ἐν νήσῳ. Putavi aliquando legendum, ἐν Πόντῳ. Sed nihil mutandum est, nam Strabo partem urbis in insula fuisse docet, et Solinus vocat *insulam Apolloniatarum*. Vide Salmasium in Exercit. pag. 214.

— γ, Μακεδονίας] Catalogus urbium MS. Vatic. Biblioth. Ἀπολλωνία πρὸς τῷ Ἄθει ὄρει κειμένη, νῦν Ἱερισσὸς καλουμένη.

— ζ, πλησίον Λεοντίνων] Lege, Ἀλοντίνων. vel Ἀλουντίνων cum Philippo Cluverio lib. II. Sicil. Antiq. cap. 4. pag. 294. quem vise.

41 — θ, πόλις Μυσίας ἐπὶ Ῥυνδάκῳ ποταμῷ] Ita hanc Apol-
a loniam cognominatam fuisse etiam Strabo scribit lib. XII. pag. 575. Facem huic urbi praefert Franc. Gotifredi nummaria supellex. In qua extat M. Aurelii nummus, in quo circum figuram fluminis, ΑΠΟΛΛΩΝΙΑΤΑΝ. sub fluvio, ΡΥΝΔΑΚΟC legitur. Item alius L. Veri, in quo circum figuram Apollinis columnae innixi, ΑΠΟΛΛΩΝΙΑΤΩΝ ΠΡΟC ΡΥΝΔΑΚΩ. Item tertius, sed magnus, Antonini Caracallae, in quo circum templum Apollinis, in cuius medio statua Imperatoris Caracallae, ΑΠΟΛΛΩΝΙΑΤΩΝ. subtus, ΠΡΟC ΡΥΝΔΑΚΩ. Illustrat

quoque hanc *Apolloniam ad Rhyndacum* praeclarus plane Gallieni nummus in Gazis S. M. Ducis a me conspectus, sed ab aeruscatore imperito miserandum in modum interpolatus, in quo circum templum cum statua Imperatoris hastata, *ΑΠΟΛΛΩΝΗΑΡΩΝ*, pro *ΑΠΟΛΛΩΝΙΑΤΩΝ*, subtus *ΑΥCΡΚs*. literis partim deletis, partim mutatis; ubi olim fuerat, *ΠΡΟC ΡΥΝ*. ut vestigia elementorum ostendunt. Item alius ibidem insignis valde M. Aurelii Antonini, in quo circum Apollinem a Victoria coronatum iuxta tripodem, *ΑΠΟΛΛΩΝΙΑΤΩΝ ΠΡΟC ΡΥΝΔΑΚΩ*.

— *ια, Φωκίδος, ἣν Ὅμηρος Κυπάρισσόν φησι, διὰ τὸ πολλάς*] Aliter quam Didymus Scholiastes Homeri MS. in Bibl. Med. ad hunc Homeri locum Iliad. *B.* v. 519. *Κυπάρισσος, ἡ νῦν Ἀπολλωνιὰς, ἀπὸ Κυπαρίσσου τοῦ υἱοῦ Μινυοῦ.*

— *ιε, Λιβύης, ἣ Κυρήνη ἐκαλεῖτο*] Immo *ἐπίνειον*, sive navale erat Cyrenaeorum, ut docent Strabo lib. XVII. pag. 837. et Ptolemaeus lib. IV. Geogr. cap. 4.

— *ιζ, Πισιδίας, πρότερον Μορδιαῖον*] Athenaeo lib. III. pag. 81. haec Apollonia *ἡ Μόρδιος* dicitur appellata, qui optima Cydonia ibi provenisse quondam refert. *Τὰ δὲ Μορδιανὰ καλούμενα, γίνεται μὲν κάλλιστα ἐν Ἀπολλωνίᾳ τῇ Μορδίῳ λεγομένῃ.* Quae *Mordiana vocant, et optima speciosissimaque nascuntur Apolloniae, quam Mordiam nominat.*

— *Ἡ πάλαι Ἐλεύθερα, Κλίνου πατρίς*] Existimo legendum, *Ἐλευθεραὶ Αἴνου πατρίς*. Vide infra in *Ἐλευθεραί*.

*Ἀπόλλωνος, νῆσος ἐν Λιβύῃ. Τὸ ἐθνικὸν, Ἀπολλωνησίτης*] Is. Casaubonus, *Ἀπολλωνονησίτης*.

*Ἀπόλλωνος, πόλις ἐν Αἰγύπτῳ.*

— *Δευτέρα, ἡ μεγάλη ἐν Αἰγύπτῳ*] Ad Nilum sita fuit, ubi Crocodilos venabantur et comedebant. Plutarch. in lib. de Is. et Osir. pag. 371.

*Ἄπρος, θηλυκὸν, πόλις Θρᾴκης*] *Ἄπρως* Nicetae Curopalatae aliisque, qui Notitias Episcopales scripsere. Catalog. urbium MS. Vat. *Ἄπρως, ἡ νῦν Θεοδοσιούπολις· παρὰ Ἄπρου τοῦ πενθεροῦ Κάφου κτισθεῖσα.* Colonia fuit facta temporibus Antonini Pii Imp. ut ex nummo eius docet Pyrrhus Ligorius, in quo COL. APROS. TITIA. AELIA. HADRIANA. ANTONINA. AUGUSTA. 41 b

— *Τὰ ἐθνικὰ, Ἀπραῖος*] Salmasius *Ἀπραῖος καὶ Ἀπρίος.*

*Ἄπτερα, πόλις Κρήτης, ἀπὸ τῆς τῶν Μουσῶν καὶ Σειρήνων ἔριδος*] Etymologus eadem dicit, quae hic, sed brevius: *Ἄπτερα, πόλις Κρήτης· ὅτι αἱ Σειρῆνες ποτὲ πρὸς τὰς Μούσας εἰς ἔριν ἐλθοῦσαι καὶ ἡττηθεῖσαι, ἐκεῖ τὰ πτερὰ ἀπέβαλον.* Tzetzes contra, ut solet, largius, quem de certamine Sirenum cum

Musis vise ad Lycophronem pag. 107. Eusebius in Chronico n. 514. urbem hanc dicit conditam ab rege *Aptera*, *Κρήτης ἐβασίλευσεν Ἀπτέρας καὶ τὴν πόλιν ἔκτισεν*. Pausanias idem tradit in Phocicis pag. 618. nisi quod hunc conditorem appellet *Πτεράν*. quae procul dubio fabulis praeponenda sunt. De *Aptera* Cretensium principe vide Parthenii Erotica cap. LXXXV.

— *Αἱ δὲ πλησίον νῆσοι, Λευκαί. οἱ δὲ ἀπὸ Γλαύκου τοῦ Κυρηναίου*] Salmasius quaerit, utrum *Λευκαὶ* a Glauco nonnullis appellatae fuerint, quia Hesychius *Γλαυκὸς*, *λευκὸς* interpretatur.

— *Ὁ πολίτης, Ἀπτεραῖος*] Corruptum est hoc gentile apud Dicaearchum, ubi hodie mendose *ἀγγεραίαν* legitur pro *Ἀπτεραίαν*. Sed integrum extat apud Pausaniam lib. IV. pag. 154. ubi *τοξοτῶν Ἀπτεραίων*. Memini etiam me vidisse nummum, in quo legebatur, *ΑΠΤΕΡΑΙΩΝ*.

— *Καὶ τὸ ἐθνικὸν, Ἀπτερεύς*] Apud Hesychium male legitur *Ἀπταρεὺς*, pro *Ἀπτερεὺς*, *ὁ ἀπὸ Κρήτης*. *Ἄπτερα γὰρ πόλις Κρήτης*.

*Ἀραβία, ἡ χώρα, ὡς Αἰθιοπία*.

— *Ἡ διὰ τὸ μηδένα Ἑλλήνων διασκευάσασθαι τὴν αὐλητικήν*] Hinc *ὑβριστικὴ* appellatur a Proclo, ideoque a Minerva repudiata.

— *Διαχμῆς*] *Δραχμῆς*.

— *Ἀράβιος*] MSS. *Ἀράβιος καὶ Ἄραβος*, et hoc postremo utitur Virgilius lib. VII. Aeneid. v. 605.

*Hyrcanisque Arabisque parant.*

*Ἄραβις, ποταμὸς Ἰνδικῆς ἐν αὐτονόμῳ χώρᾳ*] Hic fluvius infra vocatur *Ἄρβις*. et sic etiam Eustathio ad Dionys. p. 134.

— *Περὶ ὃν οἰκοῦσιν Ἀραβῖται*] Arriano in Indicis: *Ἀράβιες*.

*Ἀράβυζα, πόλις τῆς Καυκωνίδος, ἥτις νῦν Πεσινῆς*] MSS. *Πεσηνοῦς*.

*Ἄραδος, νῆσος Φοινίκης*.

— *Τρίτη Κρήτης. Τὸ ἐθνικὸν, Ἀράδιος*] Reperi in nummo Titi apud Franc. Gotifredum, sub tauro currente, *ΑΡΑΔΙΩΝ*.
42 et supra, *BNT*. ut et in alio Traiani apud S. M. Ducem, sub
a signo Fortunae, aut Providentiae sedentis, supra cuius dextram, *ΑΩΤ*. et in alio Heliogabali, apud eundem, circum arborem cupressum, ut videtur, sive palmam, cum duobus leonibus duobusque signis militaribus. Laudatur quoque in Collectionibus a Pyrrho Ligorio nummus Alfonsi Ducis Ferrariae antiquus, in cuius parte antica conspicitur caput muliebre turritum, in

aversa Victoriae signum, cum nomine, *ΑΡΑΔΙΩΝ*. et antè eam legitur, *ΗΛΕΑΘΕΡ*.

*Ἄραξος, πόλις πρὸς τῷ Πόντῳ*] *Ἄρακος* Arriano, et ex eo Anonymo, licet vulgo apud eum vitiose *τὸ νάρακον* edatur, pro *τὰν Ἄρακον*, uti expresse utrobique in MS. legitur.

— *Ὡς Σαβάζιος*] De hac voce monebimus infra in *Σαβοί*. Est cognomen Bacchi: pro quo legitur, sed monstrose corruptum, etiam apud Ptolemaeum.

*Ἀραιθυρέα, οὕτως ἡ Φλιοῦς πάλαι*] Idem habet infra in *Φλιοῦς*, et Strabo lib. VIII. pag. 382. *Araethyream*, postea *Phliasiam* dicit appellatam.

— *Ὅμηρος· Ἀραιθυρέην τ' ἐρατείνην*] Iliad. *B*. v. 571.

— *Παυσανίας δευτέρῳ*] Lib. II. pag. 107. Citat autem hunc Ethnicographi nostri locum Eustathius ad Iliad. *β*. pag. 291.

— *Τούτους Φλιάσιοί φασι θήρας ἐμπείρους γενέσθαι*] Apud Pausaniam legitur: *τούτους φασὶ Φλιάσιοι θηράσαι τε ἐμπείρους γενέσθαι*. sed sensus idem est.

— *Καὶ Ἀραθυρέηθεν*] Scribe, *Ἀραιθυρέηθεν*. quod exstat apud Apollonium Rhodium lib. I. v. 115.

*Φλείας δ' αὖθ' ἐπὶ τοῖσιν Ἀραιθυρέηθεν ἵκανεν.*

qui versus dicto loco a Pausania adducitur. Caeterum apud Scholiasten Apollonii ad illum versum male legitur: *Φλιοῦσα, ἀπὸ Φλιοῦντος τοῦ Διονύσου καὶ Χθονοφύλης*, pro *Φλιοῦς*, *α* ex sequenti voce perperam repetito. Castigandus ibidem Scholiastes ipse, quod Asopum, Boeotiae fluvium, *ποταμὸν Θηβῶν* in *Araethyrea* nasci dicat. Illud enim nisi de Asopo Peloponnesi, prope Sicyonem, verum esse non potest.

*Ἀραὶ, Ἰωνίας νῆσοι τρεῖς.*

— *Πρὸς τοὺς Πενταπολίτας*] Vide, quae notata supra in *Ἀκύφας*.

*Ἀράκυνθος, ὄρος Βοιωτίας*] Eustathius ad Dionysium pag. 62. dicit *Aracynthum* Aetoliae montem. *Αἰτωλικὸν ὄρος ὁ Ἀράκυνθος*.

— *Καὶ Ἀρακινθία*] *Ἀρακυνθία*.

*Ἀραντία, πόλις, ἡ ὕστερον Φλιοῦς, ἀπό τινος Ἄραντος αὐτόχθονος*] Haec si libet cognoscere, vise Pausaniam lib. II. pag. 107.

*Ἄραξα, πόλις Λυκίας*] Concilio Chalcedonensi interfuit, Leontius *Ἀράξων*.

*Ἀράξης, ποταμὸς Ἀρμενίας καὶ Θετταλίας*] Locus hic male transcriptus est a Scholiaste Epigr. Graec. pag. 436. ubi 42
*Ἀράξης, ποταμὸς Ἀρμενίας καὶ πόλις Θεσσαλίας κατὰ Στέφανον*. b
cum de urbe *Thessaliae* nihil apud nostrum extet.

— Οὕτω γὰρ ὁ Πηνειὸς ἐκαλεῖτο] Thermodon etiam appellatus *Araxes*, si fides Metrodoro apud Apollonii Scholiasten lib. IV. v. 133. ὁ δὲ Ἀράξης, ποταμὸς Σκυθίας. Μητρόδωρος δὲ ἐν πρώτῳ τῶν περὶ Τιγράνην τὸν Θερμώδοντα Ἀράξην φησὶ λέγεσθαι.

— Ἐκ τοῦ ἀράξαντος] Forte legendum, ἐκ τοῦ ἀράσσειν. Etymologus: Ἀράξης, ποταμός· παρὰ τὸ ἀράσσειν. vide et infra, in Ἀσκάλων.

Ἀραχναῖον, ὄρος Ἄργους.

— Ἀμυσχναῖον] Lege, Ἀμυκλαῖον.

Ἀραχωσία, πόλις οὐκ ἄποθεν Μασσαγετῶν.

— Ἥτις καὶ Κωφὴν ἐκαλεῖτο] An hic est Κωφὴν fluvius, de quo Eustathius ad Dionysium pag. 136.

Ἀραχωτοί, πόλις Ἰνδικῆς, ἀπὸ ποταμοῦ Ἀραχωτοῦ] Immo gens et regio integra. vide supra v. Ἀλεξάνδρεια.

Ἀρβάκη, πόλις ἐν Κελτιβηρίᾳ, ὡς Ἰόβας. τὸ ἐθνικὸν, Ἀρβακαῖος] *Arebaci* Plinio lib. III. cap. 3. et S. Hieronymo. Pyrrhus Ligorius *Arbacaeorum* municipium ex Augusti Caesaris nummo commemoret, in quo taurus ad aram cum Duumviris M. Lubentio Suadino et C. Iulio Torquato Crispino.

Ἀρβάνιον, πόλις πρὸς τῷ Πόντῳ.

— Ἀρβάκιος ἀκτή] Legend. Ἀρβάνιος.

Ἀρβαξανοί, ἔθνος Λιγυστικόν] Vide infra vv. Εὔοι et Ἰψίκουροι.

— Παρέπλεον δὲ τὴν χώραν τὴν μὲν πρώτην ἔρημον, ἣν ἐνέμοντο Ἰψίκοροι, καὶ Ἀρβαξανοί] Locus est Theopompi, ut colligitur infra Ἰψίκουροι, ubi pars illius, addito Theopompi nomine, adducitur. Nam pro Ἰψίκοροι hic legendum Ἰψίκουροι, ut ibi scribitur.

Ἀρβέλη, πόλις Σικελίας] Suidas: Ἀρβέλαι. πόλισμα Σικελικὸν ἢ Ἀρβέλη. οἱ δὲ ἐνοικοῦντες ἐκεῖσε ἐδόκουν εὐεξαπάτητοι εἶναι· καὶ παροιμία· τί οὐ γενήσῃ ἰὼν εἰς Ἀρβέλας; *Arbelae, oppidulum Siculum. Qui vero illic habitabant, facile decipi putabantur. Unde proverbium. Quid non evades profectus Arbelas?* et hinc forte corrigendus Hesychius, apud quem, Ἀγρυπνὶς, ἑορτὴ Διονύσου ἐν Ἀρβήλῃ, pro Ἀρβέλῃ.

Ἄρβηλα, πόλις Περσικὴ, ἀπὸ Ἀρβήλου τοῦ Ἀθμονέως. Στράβων ἑκκαιδεκάτῃ] In Strabonis loco lib. XVI. pag. 737. versio Latina corrigenda est, in qua perperam Ἀρβήλου τοῦ Ἀθμονέως, quod hic etiam occurrit, *ab Arbelo Athmonei filio*, redditur; cum reddendum sit, *ab Arbelo Athmonensi*. vide supra v. Ἄθμονον.

Ἄρβις, ποταμὸς τῆς Ἰνδικῆς] Idem hic fluvius supra Ἀραβις dicitur.

— Ἔθνος, Ἄρβιος ἢ Ἀρβῖται] Legendum, Ἄρβιες ἢ Ἀρβῖται. Arriano in Indicis pag. 184. Ἀράβιες, Dionysio Ἄριβις in Perieg. v. 1096.

Ὠρίτας τ', Ἄριβάς τε, λινοχλαίνους τ' Ἀραχώτας. 43 a
transpositione literarum ob versum, ut apud eundem Κράπαθος pro Κάρπαθος, aliaque similia. Regio circa hunc fluvium Ἀραβικὴ Arriano dicitur in Periplo maris Erythraei pag. 13. ubi nollem Stukium coniecisse pro Ἀραβικῆς, quod genuinum, Ἀριακῆς legendum.

— Ἄρβιος] Ἄρβιον.

Ἀρβουκάλη, πόλις μεγίστη τῶν ἐντὸς Ἴβηρος ποταμοῦ, ἣν μόλις εἶλεν Ἀννίβας] Scholiastes Graecus Anthologiae ad Epigramma, quod est Ἰωάννου τοῦ Βαρβουκάλου in Beryti incendium lib. I. pag. 151. ineptit, ut Graeculus: Βαρβουκάλου· ἐθνικόν ἐστιν ὄνομα. Βαρβουκάλη γὰρ πόλις ἐν τοῖς (scribe, ἐντὸς) Ἴβηρος τοῦ ποταμοῦ, Πολυβίου καὶ Στεφάνου μαρτυρούντων. non enim Βαρβουκάλη, sed Ἀρβουκάλη legerat apud nostrum.

— Ὡς Πολύβιος τρίτῃ] Princip. lib. III. pag. 169.

Ἀρβών, πόλις Ἰλλυρίας] Pyrrhus Ligorius Claudii Imperatoris nummum sibi visum asseverat, in quo scriptum circum aram, COL. CLAUDIA. H. ARBONA. AUGUSTA. literam autem H. explicat Hispala. fides sit penes ipsum.

Ἀργαῖς, νῆσος πρὸς τῇ Λυκίᾳ.

— Ἔστι καὶ πρὸς τῷ Κανώβῳ μικρὰ νῆσος Ἀργαίου] Mox scribitur Ἀργέου νῆσος, quare et hic quoque Ἀργέου reponendum.

Ἀργανθώνις, ὄρος Μυσίας ἐπὶ τῇ Κίῳ] Scholiastes Apollonii pag. 58. Ἀργανθώνειον, ὄρος τῆς Κίου.

— Ἀπὸ Ἀργάνθωνος Ῥήσου γυναικός] Ἀργανθώνη dicitur Antonino Liberali Metamorph. cap. XXVI. Suidae v. Ἀργανθώνη· Eustathio ad Dionysium pag. 46. ubi quidam Μυσὸς, υἱὸς Ἀργανθώνης τῆς γενναίας τῆς Ὀρεσιβίου, dicitur.

— Καὶ Ἀργανθὼν καὶ ἡ γυνὴ, καὶ τὸ ὄρος] Sic Etymologus h. v.

— Τὸ κτητικὸν, Ἀργανθώνειος] Sic Apollonius Rhodius lib. I. v. 1178.

Ἀμφ' Ἀργανθώνειον ὄρος προχοάς τε Κίοιο.

Infra v. Σίρβων occurrit et Ἀργανθώνιος. Orpheus v. 665.

— — ἀμφὶ δὲ κνάμος Ἀργάνθου κατέφαινε.

Ἀργεννοῦσα, νῆσος πρὸς τῇ Ἠπείρῳ τῆς Τρωάδος] Harpocration: Ἀργινοῦσαι, νῆσοι κείμεναι ἔναντι τῆς Λέσβου, ἀπὸ

Ἀργίνου τινός. Straho etiam Ἀργινσύσας vocat, et numero tres commemorat lib. XIII. pag. 615. Suidae singulari numero, et mutato accentus loco, Ἀργίνουσα νῆσος, dicitur. Similiter Scholiastes Aristophanis ad Ranas pag. 211. Ἡ Ἀργίνουσα πόλις τῆς Αἰολίδος, ἀντικρὺς δὲ Λέσβου κειμένη, καὶ Μανίας καλουμένης ἄκρας. et pag. 245. Ἡ Ἀργίνουσα κώμη ἦν τῆς Αἰολίδος.

43 b — Παρὰ τὸ Ἀργεννὸν ἀκρωτήριον] Strabo lib. XIII. pag. 644.

— Ἀφ' οὗ Ἀργεννόεις· καὶ κατὰ συναίρεσιν, Ἀργεννοῦς] Hoc nomen Straboni restituendum existimo lib. XIII. pag. 622. ubi Eleaticum sinum inter Hydram et Ἀρματοῦντα promontoria inclusum docet. Ego Stephani auctoritate Ἀργεννοῦντα reposuerim: certissimum enim, hoc esse Ἀργεννὸν promontorium Ptolemaei, Stephanus autem hoc loco testatur Ἀργεννὸν et Ἀργεννοῦντα unum eundemque locum esse.

— Καὶ Ἀργεννοῦσα] Immo Ἀργίνουσα. vide, quae notata ante.

— Τὸ ἐθνικὸν, Ἀργεννούσιος· Ἀνδροτίων ἐν τετάρτῳ διὰ τοῦ ι] Cl. Salmasius volebat: διὰ τοῦ τ. nempe Ἀργεννούντιος, quod non probo.

Ἄργιλος, πόλις Θρᾴκης] Extat et apud Herodot. lib. VII. cap. 115. et in Collectionibus Pyrrhi Ligorii habetur nummus T. Aelii Antonini, in cuius aversa parte Fama alata, gradiens, pedibus itidem alatis et tubam inflans et subtus: ΑΡΓΙΛΟC.

— Ὡς Θουκυδίδης ὀγδόῃ] Thucydides Libro quarto Argiliorum meminit: octavo, quod quidem observarim, non item.

— Ἐπειδὴ ὑπὸ Θρᾳκῶν ὁ μῦς Ἄργιλος καλεῖται] Heraclides in Excerpt. Polit. Ἄργιλον τὸν μῦν καλοῦσι Θρᾷκες, οὗ ὀφθέντες πόλιν κατὰ χρησμὸν ἔκτισαν καὶ Ἄργιλον ὠνόμασαν. Thraces murum Argilum vocant. Itaque quod viso mure, urbem ex oraculi monitu condidissent, Argilum eam dixerint.

Ἄργος, διασημοτάτη πόλις Πελοποννήσου.

— Διὰ τὸ Ποσειδῶνι νομὴν ἵππων ἀποδειχθῆναι] Eustathius ad Homeri Odyss. Γ. pag. 1465. διὰ τὸ εἰς νομὴν ἵππων ἀναθῆναι τῷ Ποσειδῶνι.

— Εἶτα, Ἴασον] Lege, Ἰάσος, infra v. Ἰασσός· Ἴασος δὲ τὸ Ἄργος. sic autem dictum fuit ab Iaso Ius posterioris patre, de quo vide, quae ex Apollodoro et Pausania notat Scaliger ad Eusebium pag. 29.

— Καὶ Δίψιον, διὰ τὴν δίψαν τῶν ὑδάτων] Siticulosum Argos.

— Δευτέρα, Ἄργος τὸ Ἀμφιλοχικόν] Hoc est Ἄργος Πελασγικὸν Homeri, infra v. Πελασγία.

— *Τρίτη, Θεσσαλίας*] Catal. urbium MS. Vat. *Ἄργος Θεσσαλικὸν, ἡ νῦν Λάρισσα.*

— *Ἑβδόμη, κατὰ Μακεδονίαν*] *Τὸ ἐν Ὀρεστείᾳ.* unde Macedones olim *Ἀργέαδαι* dicti, teste Appiano in Syriacis p. 129.

— *Ἐνδεκάτη, ἡ Φαιάκων Ὑπέρεια*] *Corcyram* dictam fuisse. *Argos* testatur Eustathius ad Dionysium pag. 70. *Ἥτε φαιακὶς πρὸς τῷ Ἰωνίῳ κόλπῳ, περὶ ἧς καὶ τῷ Διονυσίῳ νῦν ὁ λόγος, ἡ καὶ Φαιακία καλουμένη, καὶ Σχερία, καὶ Δρέπανον, καὶ Ἄργος.*

— *Καὶ Ἀργειῶτις*] Lege, *Ἀργειώτης*, et sic Salmasius.

— *Ἐν μὲν τῷ νῦν*] MSS. *ἐν μὲν τῷ νῦν χρόνῳ.* 44

— *Ἡρακλεῖς τε*] Casaubonus et Salmasius *Ἡρακλεῖδαι.* a

*Ἄργουρα, πόλις Θεσσαλίας, ἡ πρότερον Ἄργισσα*] *Argissa* vocatur Homero Iliad. B. v. 738. ad quem locum adeundus Eustathius pag. 333. a quo et haec Stephani verba adducuntur.

— *Ἔστι καὶ τόπος τῆς Εὐβοίας Ἄργουρα*] Harpocration *Ἄργουσα*, et sic etiam Suidas: sed Eustathius, ut noster, *Ἄργουρα.* Unde Maussacus recte apud Harpocrationem legendum contendit *Ἄργουρα.*

— *Διὰ τὸ προσκυροῦν τὰ πεδία*] Eustathius d. l. *τοῖς πεδίοις.*

— *Καὶ Ἀργούριος, τὸ ἐθνικὸν*] Pyrrhus Ligorius nummum Augusti laudat, (modo tamen is fuerit genuinus) cum Apolline et Neptuno, cui inscriptum, *ΑΡΓΟΥΡΑΙΩΝ.*

*Ἄργεννος, υἱὸς τῆς Λεύκωνος*] Ordo literarum postulat, ut legatur *Ἄργυννος.* Et MS. opt. et vetustiss. *Ἄργυνος, υἱὸς τῆς Πισιδικῆς τῆς Λεύκωνος.* sed *ἀργεννὸν, τὸ λευκὸν*, ab *ἀργὸς*, ut docet Eustathius ad Iliad. *Γ.* ubi bis reperitur. Vide etiam Etymologicum. *Ἄργυννος* autem hic legendum patet ex Athenaeo, lib. XIII. pag. 603. *Ἀγαμέμνονά τε Ἀργύννου ἐρασθῆναι λόγος, ἰδόντα ἐπὶ τῷ Κηφισσῷ νηχόμενον, ἐν ᾧ καὶ τελευτήσαντα αὐτὸν (συνεχῶς γὰρ ἐν τῷ ποταμῷ τούτῳ ἀπελούετο) θάψας, εἵσατο καὶ ἱερὸν αὐτόθι Ἀφροδίτης Ἀργυννίδος. Argynnum in Cephisso natantem Agamemnon cum vidisset, eius amore correptum fuisse fama percrebuit, frequenter enim in eo se flumine abluebat. Itaque vita functum ad Cephissum illum humavit Agamemnon et ibidem Veneris Argynnidis templum aedificavit.* Denique Clemens Alexandr. Admonit. ad Gent. pag. 24.

— *Ἀφ' οὗ Ἀργεννίδα τὴν Ἀφροδίτην ἐτίμησε*] Lege, *Ἀργυννίδα.* Vide Paullum Leopardum lib. IV. Emendat. cap. 4.

*Ἀργύρινοι, ἔθνος Ἠπειρωτικόν*] Suidas *Ἀργυρῖνοι.* Tzetzes ad locum Lycophronis, qui paullo post adducitur, pag. 161. reprehendit interpretes, qui *Argyrinos*, cum deberent in

*Sicilia* ponere, in *Epiro* collocant, nescientes, inquit, ὅτι τὸ *Ἀργύῤῥυον πολίχνη Σικελίας ἐστὶν, ὅθεν ἦν ὁ συγγραφεὺς Διόδωρος.*

*Ἀργυρίππα, πόλις τῆς Δαυνίας κατὰ τὸν Ἰώνιον Κόλπον. Λυκόφρων*] In Alexandra pag. 99.

— *Διομήδης κατὰ τὴν ἅλωσιν τοῦ Ἰλίου ἐτείχισε*] De Diomede videnda quae congessit Pindari Scholiastes Nemeis, pag. 416.

— *Καὶ μετωνόμασεν Ἄργος Ἵππιον*] Idem tradit Strabo lib. VI. pag. 283. aliique. Apud Tzetzem ad dictum Lycophronis locum mendose legitur *Ἄργος Ἵππειον*, pro *Ἵππιον*.

— *Τὸ ἐθνικὸν, Ἀργυριππιανός*] Infra tamen v. *Χρύσιππα*,
44 legitur *Ἀργυριππανός*· quomodo hic rescribendum existimo ob
b sequens, *Ἀργυριππηνός*· et illud *Χρυσιππανός*. Polybius lib. III. pag. 239. regionem circum *Arpos* appellat *Ἀργυριππανὴν*, uti recte restituit Philippus Cluverius lib. IV. Ital. Antiq. cap. 12. et ante illum Paullus Leopardus lib. V. Emendat. cap. 15. pro *Ἀργυπανὴν*, quod in Casauboni editione legitur.

*Ἄρδεα, κατοικία τῆς Ἰταλίας.*

— *Αὕτη Τροία ἐλέγετο, ὡς Χάραξ*] Dionysius Halicarnassensis lib. I. Antiq. pag. 43. testatur castra, sive *χάρακα*, quae apud Laurentum, in Italia, primo posuit Aeneas, *Troiam* ab eo fuisse appellata. Unde nescio, an non eius locum respexerit, et male detruncaverit hic Stephanus.

— *Τὸ ἐθνικὸν, Ἀρδιαῖος*] Apud Strabonem lib. VII. non semel mutatum perperam hoc gentile in *Σαρδιαῖος*, uti notabimus infra v. *Σάρδος*.

*Ἀρέθουσα, πόλις Συρίας*] Apud Epiphanium Haer. LXXIII. cap. 22. occurrit Marcus Episcopus *Ἀρεθουσίας*.

— *Ἔστι καὶ Ἰθάκης*] Huius meminit et Plutarchus, libello: *Philosopho cum Principibus viris esse disputandum*, p. 776.

— *Παρ' Κόρακος πέτρῃ, ἐπί τε κρήνῃ Ἀρεθούσῃ*] Homeri ex Odyss. *N.* versus 408. quem locum de fonte Sami explicat Theocriti Scholiastes ad Idyll. I. pag. 20. aliter atque hic.

— *Αὕτη Κύπαρα ἐλέγετο*] Aliter Hesychius, qui de *Arethusa Siciliae: Κύπαρα, ἡ ἐν Σικελίᾳ κρήνη Ἀρέθουσα.*

— *Ἀρέθουσαι δέ εἰσιν ὀπτώ*] Scholiastes vetus ad dictum Homeri locum tantum quatuor enumerat: *Ἀρέθουσαι δὲ τέσσαρες, ἐν Συρακούσῃ, ἐν Σμύρνῃ, ἐν Χαλκίδι, καὶ ἐν Ἰθάκῃ.* Stephanus hic enumerat quinque, quibus si addas *τὴν ἐν Σμύρνῃ*, cuius meminit Didymus, modo is verus sit, sex erunt. *Τῆς ἐν Σμύρνῃ* meminit etiam Eustathius ad dictum Odysseae locum pag. 1746.

— *Πᾶσα κρήνη ἐπιθετικῶς οὕτω λέγεται*] Scholiastes Theocriti ad Idyll. I. pag. 20. affirmat idem ex Epaphrodito: *Χαριέντως δὲ καὶ Ἐπαφρόδιτός φησιν, ὅτι Ἀρεθούσας καλοῦσι τὰς κρήνας.*

*Ἄρεια*, etc. *καὶ τόπος*] Est magna Persidis provincia versus Indiam, de qua Isidorus Characenus, Ptolemaeus, Strabo, aliique; eius autem gentile non solum *Ἄρειος*, sed et *Ἀριανός*, uti patet infra vv. *Κάσπειρος* et *Σώτειρα*.

*Ἄρειος Πάγος, ἀκρωτήριον Ἀθήνησιν*] *Πάγος* hic non est Latinorum *Pagus*, sed *Rupes*, *Saxum*: Aeschylo *Πέτρα*, qui in Eumenidibus v. 692.

*Ἄρει δ' ἔθυον, ἔνθεν ἐστ' ἐπώνυμος*
*Πέτρα, πάγος τ' Ἄρειος.*
*Marti autem sacrificarunt, unde nomen obtinet* 45
*Petra et Areopagus.* a

quod exprimere voluit Ennius pariter in Eumenidibus, apud Varronem l. VI. de L. L. sed non satis feliciter, si vera Scaligeri coniectura: vult enim scripsisse Ennium, *Areopagiticam ea de re vocant petram.* Ovidio *Scopulus* lib. VI. Metam. v. 70.

*Cecropia Pallas scopulum Mavortis in arce*
*Pinxit, et antiquam de terrae nomine litem.*

Stephano recte *Ἀκρωτήριον*. Fuit enim *Ἄρειος Πάγος* Athenis, quod *Ἀκροκόρινθος* Corinthi, *Ἰθώμη* Messenae, *Saxum Tarpeium* Romae. Tzetzes *Πάγον* etiam *Ἀκρωτήριον* reddit ad Lycophronem. Apud Lucianum in *Bis accusato*, ubi Mercurius cum Iustitia iter faciens Athenas sic cum illa loquitur: *ἀλλὰ μεταξὺ λόγων, ἤδη πλησιάζομεν τῇ Ἀττικῇ. ὥστε τὸ μὲν Σούνιον ἐν δεξιᾷ καταλείπωμεν, ἐς δὲ τὴν Ἀκρόπολιν ἀπονεύωμεν ἤδη. καὶ ἐπείπερ καταβεβήκαμεν αὐτὴ μὲν ἐνταῦθά που ἐπὶ τοῦ πάγου καθῆσθαι τὴν Πνύκα ὁρῶσα καὶ περιμένουσα ἔστ' ἂν κηρύξω τὰ παρὰ τοῦ Διός. Sed dum sic loquimur Atticae iam appropinquamus. Quare, Sunio ad dextram relicto, ad Acropolin iam hinc declinemus. Ac postquam descendimus, ipsa quidem alicubi hic in rupe conside, Pnycem versus prospiciens exspectansque donec ea, quae sunt a Iove mandata, proclamavero.* sic enim *ἐπὶ τοῦ πάγου* vertendum, non, ut male interpretes, *super vicum*, aut *super campo*. Sic in Elide fuit *Κρόνου* sive *Κρόνιος πάγος*. Pindarus Olympiis Od. X. *καὶ πάγον Κρόνου προσεφθέγξατο. et rupem Saturniam appellavit.* quem Od. VI. *πέτραν ἀλίβατον Κρονίου· rupem excelsam Cronii.* et Od. VII. *Κρόνου λόφον· Saturni collem* appellat. Fluxisse hinc denominationem *τοῦ pagus* apud Latinos, auctor Dionys. Halicarnass. lib. IV. Antiq. pag. 220. quod Servius Tullius, diviso in certas portiones agro, constitu-

tisque in montanis natura munitis tumulis tutis refugiis, quo sese agrestes sub adventum hostium ex agris reciperent, illa loca munita, sive castella, in montibus posita Graeca appellatione *pagos* dixerit. Sed consule de vero significatu huius nominis Franciscum Guillimannum lib. I. Helv. cap. 2. additis, quae de Areopago notavit Iosephus Scaliger ad Eusebium pag. 31.

— *Θυγατέρα. τὸ ἐθνικὸν ἔδει Ἀρειοπεδιεύς*] Adde post *Θυγατέρα* ex MSS. *τὸ ἐθνικὸν ἐκ δύο ἓν, Ἀρεοπαγίτης. ἔστι καὶ ἐν Ῥώμῃ Ἄρειον πεδίον. τὸ ἐθνικὸν ἔδει Ἀρειοπεδιεύς.* Henricus Valesius aguovit hanc lacunam, et explere conatus est in notis ad Excerpta Polybii pag. 35.

— *Ἀλλ' ουχ ἁρμόζει Ῥωμαίοις ὁ τύπος*] Immo *Ἀθηναίοις*, annotaverat in Codicis sui ora Isaacus Casaubonus.

*Ἄρεος νῆσος, πρὸς τοῖς Κόλχοις ἐν τῷ Πόντῳ.*

45 b — *Τὸ ἐθνικὸν, Ἄρειος, ἐξ ἑνὸς τοῖν δυοῖν παρηγμένων*] Immo contrarium, *ἑνὸς ἐκ δυοῖν παρηγμένου.*

*Ἄρῆναι, δύο πόλεις Μεσσήνης καὶ Τριφυλίας*] Scholiastes vetus Apollonii ad lib. I. Argon. v. 471. *Ἀρήνη πόλις Πελοποννήσου. νῦν δὲ Ἱεράνα λέγεται, ὥς φησι Πείσανδρος.* Consule eundem ab lib. I. v. 152. et Eustathium ad Homeri locum, qui mox adducitur p. 296. apud quem versu ultimo corrupte legitur *Μηνυῶν*, pro *Μινυῶν*. Adeundus super hac urbe Pausaniae in Messeniacis p. 218.

— *Ὅμηρος*] Iliad. *B.* v. 591.

— *Τὸ τοπικὸν, Ἀρηνῆθεν*] Extat hoc *τοπικὸν* bis apud Apollonium Rhodium lib. I. v. 152. et 471.

*Ἄρης, Ἄρητος, ὡς Μένδητος, χωρίον Εὐβοίας.*

— *Ἀγρήσιος*] Puto scripsisse, *Φαγρήσιος*· aut *Ἀγορήσιος*. quamvis alterum pro exemplo aptius sit: *Φάγρης* enim *Φαγρήσιος*, ab *Ἀγορησός* autem *Ἀγορήσιος*. *Φάγρης* igitur ut *Ἄρης*.

*Ἄρια, θηλυκῶς καὶ οὐδετέρως, Περσικὴ χώρα.*

— *Τὸ ἐθνικὸν, Ἄριοι*] Et *Ἀριηνοὶ*, ut patet infra vv. *Κάσπειρος. Ῥοῖτια. Σώτειρα.* Utrumque adstruit Eustathius ad Dionysii Periegesin pag. 135.

*Ἀριαράθεια, πόλις πλησίον Καππαδοκίας*] *Armeniae Secundae* adscribitur in Notitia Hieroclis et Concilio Chalced. meminit illius et Basilius M. Epist. 237. sed *Ἀριαραθίαν* vocat: ubi et possessivum occurrit *Ἀριαραθικός*. Adscribitur etiam *Armeniae Secundae*, in L. 10. Cod. de Agricolis et Censitis et Colonis. *Comanensium et Aridratensium Armeniae Secundae, Amasenorum Helenoponti et Diocaesariensium Cappadociae Secundae urbes.* Nam sic omnino legendum, non uti vulgo editur, *Ariaratensium et Armeniae Secundae*; interiecta perperam copulativa.

*Ἀρίνδηλα, τρίτης Παλαιστίνης*] Ordo literarum posceret, ut scriberetur *Ἀριήδηλα* vel *Ἀρίδηλα*. sed apud Hieroclem, et in alia Graec. Notitia Orientis MS. *Ἀρινδηλα* quoque legitur. In actis Conciliorum Ephes. et Chalced. varie vitiatum legitur huius urbis nomen, et modo *Ἀρίβηλα*, modo *Ἀρίβδηλα* dicitur. Rursus in antiquissimo codice MS. Versionis Latinae *Ariadila* appellatur: in Notitia vero utriusque Imperii Dignitatum pag. 216. *Arieldela.*

*Ἀρίκεια, πόλις Λατίνων· Διονύσιος ἐν πέμπτῃ ἐπιτομῆς ς.*] Delenda nota ς, male repetita ex praecedentis vocis ultima litera.

— *Ὁ πολίτης, Ἀρικηνός*] Immo, *Ἀρικῖνος*.

*Ἄριμα, Ὅμηρος*] Locus est in Iliad. *B.* v. 783.

— *Οἱ μὲν ἐν Κιλικίᾳ, οἱ δὲ ἐν Συρίᾳ, οἱ δὲ ἐν Πιθηκούσαις παρὰ Τυῤῥηνοῖς φασι γενέσθαι τὸν μῦθον*] Similia his vel potius eadem occurrunt apud Eustathium ad istum Homeri locum pag. 46
346. vide etiam Tzetzem ad Lycophronis Alexand. pag. 133. a
Caeterum eorum sententia procul dubio vera est, qui in Syria ponunt *Arima*. Syria enim in SS. literis perpetuo *Aram* dicitur, inde Syri *Aramaei*: *Arimi* vero ab Homero, ut Posidonius apud Strabonem putat. Vide, quae de hac re commentetur Ioannes Seldenus in Prolegom. de Diis Syris. Tertiam vero sententiam sequuntur Poëtae Latini: sed illi non *Ἄριμα* vocant insulam hanc aut montem, sed *Inarimen*. Virgilius lib. IX. Aen. v. 715.

*Tum sonitu Prochyta alta tremit, durumque cubile*
*Inarime, Iovis imperiis imposta Typhoeo.*

Ovidius lib. XIV. Metam. v. 89.

— — *orbataque praeside pinus*
*Inarimen, Prochytenque legit.*

Lucanus lib. V. v. 101.

*Conditus Inarimes aeterna mole Typhoeus.*

Nec Poëtae tantum, sed et Plinius lib. III. cap. 6. *Aenearia, ipse a statione navium Aeneae, Homero. Inarime dicta.* Unde apparet Latinos Homericum illud, *εἰν Ἀρίμοις*, tamquam unam vocem legisse: sed non sic Graeci, uti apparet ex nostro.

*Ἀριμασποὶ, ἔθνος Ὑπερβορέων*] Herodoto lib. IV. cap. 27. etiam appellantur *Ἀριμασποί. καὶ οὐνομάζομεν*, inquit, *αὐτοὺς Σκυθιστὶ Ἀριμασπούς. et Scythice appellamus illos Arimaspos.* Orpheo autem dicuntur *Ἀριμάσπαι* Argonaut. v. 1096. Perperam enim legitur vulgo,

*Ἄρσωπάς τ' Ἀριμάσθας ἔθνη πολυπήμονα λαῶν.*

pro *Ἀριμάσπας*. deinde illud, *Ἄρσωπας*, haudquaquam diversum gentis nomen, sed *Arimasporum* epitheton videtur, scriben-

dumque pro eo, Ἀργωπας· quod *oculos albos seu caeruleos haberent*, aut quod *altero oculo carerent*, ut vult Herodotus, vel per eum videndi munere destituti essent. Nisi quis Ἀρσωπας retineri posse existimet, sed pro epitheto, ut sit *mascule* vel *torve tuentes*. Aeschylus μόνωπας, vel μονῶπας eosdem vocavit. Apud Pomponium Melam lib. II. cap. 1. in vulgatis codicibus legitur *Arimaspi*, sed MS. quo sum usus, *Arimaspae* habet, argumento, populos hos utroque modo a veteribus appellatos, *Arimaspos* et *Arimaspas*.

Ἀρίνθη, πόλις Οἰνότρων, ἐν Μεσοποταμίᾳ] Illud ἐν Μεσοποταμίᾳ plane ineptum huic loco. cogitabam forte scriptum a nostro, ἐν μέσῳ ποταμῶν. aut potius ἐν μεσογείῳ, quemadmodum similiter in Κόσσα et Νίναια loquitur.

Ἀρίσβη, πόλις τῆς Τρωάδος, Μιτυληναίων ἄποικος] Arrianus lib. I. de Gest. Alex. p. 13. dicit non longe ab *Ilio* fuisse. Ἐξ
46 b Ἰλίου δὲ ἐς Ἀρίσβην ἦκεν. *Alexander ex Ilio ad Arisben movit.* Strabo autem lib. XIV. p. 635. ex sententia Anaximenis Lampsaceni recenset *Arisbam* inter colonias *Milesiorum*.

— Ἧς οἰκισταὶ Σκαμάνδριος, καὶ Ἀσκάνιος υἱὸς Αἰνείου] Horum mentio infra etiam voce Ἀσκανία, qui locus ex Nicolao Damasceno desumptus, sed mutilus est. Meminit et Strabo lib. XIII. pag. 607.

— Ἑλλάνικος δὲ Ἄτειαν αὐτήν φησιν] Salmasius legebat, Βάτειαν. et sic ante eum iam legit Meursius ad Lycophr. Adstruitur haec lectio infra v. Βατίεια.

— Ἔφορος δὲ Μέροπος αὐτὴν γενεαλογεῖ, καὶ πρώτην Ἀλεξάνδρῳ τῷ Πριάμου γαμηθῆναι] Apollodorus ipse *Priamo* eam nupsisse tradit lib. III. Biblioth.

— Ἡρόδοτος δὲ καὶ Ἰάζων Ἀρίσβην καλεῖ, ἐν πρώτῃ] Ἀρίσβαν legitur hodie apud Herodotum lib. I. cap. 151. et sic etiam illam vocat Strabo lib. XIII. pag. 590. Apud Homerum tamen Il. B. v. 836. Ἀρίσβην,

— Ἔστι καὶ ποταμὸς Θρᾳκῶν Ἄρισβος] Eustathius addit eum in Hebrum incidere ex Strabone lib. XIII. pag. 590.

— Τὸ ἐθνικὸν Ἀρισβαιεύς] Legendum Ἀρισβεύς. et sic etiam Salmasius MSS. Ἀρισβαῖος.

Ἀρκὰς, Ἀρκάδος, ἀφ' οὗ Ἀρκάδιος, καὶ Ἀρκαδία.

— Ἐκλήθη δὲ καὶ Παῤῥασία καὶ Λυκαονία] Consule super his variis *Arcadiae* appellationibus Homeri Interpretem Eustathium ad Iliad. B. pag. 300.

— Καὶ Πανίαν] Hesychius: Πανία· ἡ Πελοπόννησος. infra tamen v. Πανία tacet.

— Ἵππυς δὲ ὁ Ῥηγῖνος λέγεται πρῶτος καλέσαι Προσελή-

νους τοὺς Ἀρκάδας] Scholiastes Apollonii ad lib. IV. v. 264. varias enumerat opiniones, cur *Arcades* Προσέληνοι dicti fuerint: ex quibus unam et item alteram, quod maxime verosimiles, apponam. Ἀριστοτέλης δὲ ἐν τῇ Τεγεατῶν πολιτείᾳ φησὶν ὅτι βάρβαροι τὴν Ἀρκαδίαν ᾤκησαν, οἵ τινες ἐξεβλήθησαν ὑπὸ τῶν Ἀρκάδων ἐπιθεμένων αὐτοῖς, πρὸ τοῦ ἐπιτεῖλαι τὴν σελήνην· διὸ κατωνομάσθησαν Προσέληνοι. Δοῦρις δὲ ἐν πέμπτῳ καὶ δεκάτῳ τῶν Μακεδονικῶν Ἀρκάδα φησὶν, ἀφ' οὗ ἡ Ἀρκαδία καλεῖται, Ὀρχομένου υἱόν. Διὸ καὶ πόλιν τῆς Ἀρκαδίας Ὀρχομενόν· τινὲς δέ φασιν Ἐνδυμίωνα εὑρηκέναι τὰς περιόδους καὶ τοὺς ἀριθμοὺς τῆς σελήνης· ὅθεν καὶ Προσελήνους τοὺς Ἀρκάδας κληθῆναι. quae descripsit verbotenus, sed laudatis auctoribus, Lucillo Tharraeo, Sophocle et Theone (qui sunt auctores optimorum istorum Scholiorum ad Apollonium, quae adhuc exstant.) Aristophanis Scholiastes ad Nubes pag. 150. Consule etiam Censorinum de Die Natali cap. XIX.

— Καὶ τὸ ἄστρον λέγεται ἐν τῷ Ἀρανῷ τότε ἄρκτος κληθῆναι, ἡ ἅμαξα ἐλέγετο] An non legendum, ἐν τῷ Ἀράτῳ. Certe digitum intendere videtur in hunc Arati locum, Phaenom. v. 26. 47 a

— — Δύω δέ μιν ἀμφὶς ἔχουσαι
Ἄρκτοι, ἅμα τροχόωσι· τὸ δὴ καλέονται ἅμαξαι.

— — *Duae autem ipsum circumtenentes*
*Ursae, una currunt: eoque vocantur plaustra.*

Nisi potius ad Homeri versum respexisse velis, Iliad. Σ. v. 487.

Ἄρκτον θ', ἣν καὶ ἅμαξαν ἐπίκλησιν καλέουσι.
*Ursamque, quam et plaustrum cognomine vocant.*

Unde Cl. Salmasius legebat, ἐν τῷ οὐρανῷ. Consule Eustathium ad Iliad. B. pag. 300.

— Ἴστρος δέ φησιν, Θεμιστοῦς καὶ Διὸς ὁ Ἀρκὰς ἐγένετο] Ὅτι omissum ante Θεμιστοῦς observavit Salmasius. Verum, quem Stephanus ex *Istro* Θεμιστοῦς filium vocat, caeteri omnes Καλλιστοῦς perhibent, et ita forte hoc loco legendum; quamvis in MSS. constanter altera lectio servetur. Consule Scholiasten Graecum ad Theocriti Idyll. I. pag. 21.

— Ὀνομασθῆναι] Ὁμοιωθῆναι.

— Τὸ πατρωνυμικὸν, Ἀρκεσίδαι] Lege, Ἀρκασίδαι, uti mox ex foeminino Ἀρκασὶς constat. et sic MS. sic Callimachus Hymno in Dianam v. 216.

Κούρην Ἰασίου συνοκτόνον Ἀρκασίδαο.

— Ἔστι καὶ Ἀρκαδία Αἰγύπτου πόλις] Postea etiam provincia, ut in Notitiis videre est.

Ἀρκεσίνη, μία τῶν τριῶν πόλεων τῶν ἐν Ἀμοργῷ τῇ νήσῳ.

— Ἦσαν γὰρ Μέλανία, Μίνωα, Ἀρκεσίνη] Supra v. Ἀμοργός, pro Μελανία, ponitur Αἰγιάλη.

Ἄρκη, πόλις Φοινίκης] Pyrrhus Ligorius testatur se vidisse nummum, in quo sol oriens cum quadrigis, appositum autem, ΑΡΚΗ. Est et alia Armeniae Secundae civitas Ἄρκα, Hierocli dicta numero plurium, Ἄρκαι. Huius gentile Ἀρκηνός apud Basilium Magnum exstat Epist. 355. Sed et alterius *Arcae* idem gentile fuisse videtur; unde *Arcena urbs* Lampridio, in principio Alexandri Severi, qui hinc oriundus fuit.

— Ἰώσηπος ἐν πέμπτῳ τῆς Ἰουδαϊκῆς Ἀρχαιολογίας] Immo, ἐν ἑβδόμῳ. lib. vero IV. Antiq. pag. 110. *Petram* Arabiae Metropolin antea Ἀρκὴν dictam scribit.

— Τὸ ἐθνικὸν, Ἀρκαῖος] In nummo Tiberii, sub signo Victoriae, apud Pyrrhum Ligorium, ΑΡΚΑΙΩΝ.

Ἀρκιρόεσσα, πόλις ἐν Ποντῳ, Ἡρακλείας ὑποτελής.

— Ὡς Πιτυουσσαῖος] Forte, Πιθηκουσσαῖος. Vide v. Τάφος. Πιτυοῦσσαι enim Πιτυούσσιος faciunt. Infra h. v.

Ἀρκόνησος, νῆσος Καρίας] MSS. Ἀρκόννησος. et sic Strabo lib. XIV. pag. 656.

Ἀρκτᾶνες, ὡς Ἀνιᾶνες] Lege, Αἰνιᾶνες. vide supra v. Αἰνία.

47 Ἄρκτων, νῆσος] MSS. Ἀρκτόννησος. Ἄρκτον ὄρος Apol-
b lonio lib. I. v. 941.

Ἄρκτον μιν καλέουσιν ὄρος περιναιετάοντες.
*Arctum montem vocant accolae.*

Vide, quid paullo ante ibi dicat Scholiastes. Orpheo Ἀρκτῶα ὄρη Argon. v. 543. Ἀρκτώοις ἐν ὄρεσσι τεθηπότες.

— Καὶ πόθεν, εἰρήσεται ἐν τῷ περὶ αὐτῆς] Non comparent amplius.

— Λέγεται καὶ συνθέτως, Ἀρκτόνησος] Mirum hanc insulam non enumerari infra v. Βέσβικος.

Ἅρμα, πόλις Βοιωτίας τῆς Ταναγρικῆς.

— Ἐκλήθη ἀπὸ Ἀμφιαράου] Locus hic sine dubio mutilus et corruptus est librariorum vitio, qui quomodo legendus sit, ex Eustathio apparet, ad Iliad B. p. 266. Ἐκλήθη δέ φασιν οὕτως, ἢ διότι ἐκεῖ κατεάγη τὸ τοῦ Ἀδράστου ἅρμα, ἢ ἀπὸ τοῦ ἅρματος Ἀμφιαράου καταφυγόντος ἐκεῖ, καὶ μὴ ἐκδοθέντος τοῖς διώκουσιν. Nam sic quoque hoc loco quondam scriptum fuisse nullus dubito. Videndus autem eo in loco Eustathius: nam quae deinceps hic detruncata sunt manu Hermolai aut librariorum, ibi pariter integra reperies. De Amphiarao autem ita Plutarchus in Parall. p. 307. Τῇ δὲ ὑστεραίᾳ πολεμούντων κατ' ἐκεῖνο κατεπόθη ὁ Ἀμφιάρεως τῷ ἅρματι, ἔνθα νῦν πόλις Ἅρμα καλεῖται.

*Postridie bellum cum gereretur, eo loco Amphiaraus una cum curru terra haustus est, ubi Harma urbs nunc est, a curru sic dicta.* De Amphiarao et Adrasto sic Strabo lib. IX. pag. 404. *Περὶ δὲ τοῦ Ἅρματος τοῦ Βοιωτικοῦ, οἱ μὲν φασιν ἐκπεσόντος ἐκ τοῦ ἅρματος ἐν τῇ μάχῃ τοῦ Ἀμφιαράου κατὰ τὸν τόπον οὗ νῦν ἐστι τὸ ἱερὸν αὐτοῦ, τὸ ἅρμα ἔρημον ἐνεχθῆναι περὶ τὸν ὁμώνυμον τόπον· οἱ δὲ τοῦ Ἀδράστου συντριβῆναι τὸ ἅρμα φεύγοντός φασιν ἐνταῦθα, τὴν δὲ διὰ τοῦ Ἀρείονος σωθῆναι. Φιλόχορος δ' ὑπὸ τῶν κωμητῶν σωθῆναί φησιν αὐτόν· διὰ τοῦτο ἰσοπολιτείαν αὐτοῖς παρὰ τῶν Ἀργείων ὑπάρξαι. Sed, quod ad Harma Boeoticum spectat, sunt, qui dicant, Amphiarao in pugna e curru prolapso, ibi, ubi nunc eius est sacellum, currum vacuum delatum esse ad locum, qui ab eo Harma vocatur: alii Adrasti fugientis currum ibi confractum aiunt, ipsumque Arionis equi ope evasisse. Philochorus a pagi eius incolis ait servatum fuisse: ideoque eis ius civitatis apud Argivos esse.*

— *Ἔστι καὶ τῆς Ἀττικῆς Ἅρμα περὶ τὴν Φυλὴν*] Vide infra h. v.

— *Καλεῖται καὶ Λευτρὰ Ἀμφιαράου*] Refer ad Boeotiae oppidum, uti facit Eustathius d. l. pag. 266.

*Ἁρμένη, κώμη Παφλαγονίας*] Occurrit apud Scylacem et Arrianum.

— *Παρὰ δὲ Ξενοφῶντι ἐν Ἀναβάσεος, Ἁρμήνην διὰ τοῦ η*] Lege, *ἐν Ἀναβάσεος ς.* restituta numeri nota, quae absorpta fuit a praecedentis vocis litera ultima, similitudinis caussa. Occurrit enim locus iste apud Xenophontem lib. VI. de Expedi- 48
tione Cyri p. 372. scribitur autem illic hodie *Ἁρμήνη.* a

*Ἁρμενία, χώρα πλησίον τῶν Περσῶν, ἀπὸ Ἁρμένου Ῥοδίου.*

— *Παρέχονται δὲ λίθον τὴν γλύφουσαν, καὶ τρυπῶσαν τὰς σφραγῖδας*] *Mittunt lapidem, quo gemmae scalpuntur perforanturque.* Cl. Salmasius olim legebat hic *τυπῶσαν.* sed in Exercit. ad Solin. pag. 1101. recte vulgatam Stephani lectionem retinet et illustrat.

— *Ἔστι καὶ Ἁρμένιον ὄρος, παρὰ τὴν ἀρχὴν τῆς Τρκανίας*] Eustathius ad Dionysii versum, qui mox adducitur, hunc Stephani locum adducens, legit, *περὶ τὴν ἀρχὴν τῆς Τρκανίας.*

*Ἁρνεαὶ, πόλις Λυκίας μικρά.*

— *Ὡς Ὀρνεαὶ*] Has describit Strabo lib. VIII. pag. 382. supra v. *Αἴνεια* haec vox corrupta est, ut ibi notavimus.

*Ἄρνη, πόλις Βοιωτίας*] Thucydides lib. I. pag. 10. *Βοιωτοί τε γὰρ οἱ νῦν ἑξηκοστῷ ἔτει μετὰ Ἰλίου ἅλωσιν ἐξ Ἄρνης ἀναστάντες ὑπὸ Θεσσαλῶν, τὴν νῦν Βοιωτίαν, πρότερον δὲ Καδ-*

μηΐδα γῆν καλουμένην, ᾤκησαν, ἣν δὲ αὐτῶν καὶ ἀποδασμὸς πρότερον ἐν τῇ γῇ ταύτῃ, ἀφ' ὧν καὶ ἐς Ἴλιον ἐστράτευσαν. *Qui nunc Boeoti sexagesimo ab eversione Ilii anno ex Arna eiecti a Thessalis, incoluerunt terram, quae nunc Boeotia, prius Cadmeis vocabatur, in qua pars eorum quandam fuerat, unde profecti sunt ad Ilium cum exercitu.* Ad quem locum Scholiastes: Ἄρνη, πόλις Θεσσαλίας, ἀφ' ἧς ὠνόμασται κατὰ μετοικίαν καὶ ἡ ἐν Βοιωτίᾳ Ἄρνη. ἡ δὲ Βοιωτία Ἄρνη νῦν Χαιρώνεια καλεῖται. *Arne, Thessaliae civitas, a qua nomen accepit Arne Boeotiae alterius colonia. Arne vero Boeotiae nunc Chaeronea dicitur.* Confirmat hoc Pausanias lib. IX. pag. 605. Λεβαδέων δὲ ἔχονται Χαιρωνεῖς. ἐκαλεῖτο δὲ ἡ πόλις καὶ τούτοις Ἄρνη τὸ ἀρχαῖον. Θυγατέρα δὲ εἶναι λέγουσιν Αἰόλου τὴν Ἄρνην, ἀπὸ δὲ ταύτης κληθῆναι καὶ ἑτέραν ἐν Θεσσαλίᾳ πόλιν. *Lebadensibus vicini sunt Chaeronenses. Eorum urbs olim Arne est appellata: filiam Aeoli Arnen fuisse dicunt, a qua urbs altera etiam in Thessalia Arne sit nuncupata.* Eustathius ad Homeri Iliad. B. pag. 270. Τὰ δὲ σχόλια, γράφουσι καὶ ὅτι, Ἄρνη νῦν Χαιρωνείας. ubi lege Χαιρώνεια. Denique vide infra v. Χαιρώνεια.

— Ὅμηρος, Οἵ τε πολυστάφυλόν τ' Ἄρνην ἔχον] Iliad. B. v. 507.

— Καὶ Λυκόφρων, Ἄρνης παλαιᾶς γέννα Τεμμίκων πρόμοι] Tzetzes ad hunc Lycophronis locum pag. 106. Τεμμίκων explicat, τῶν Βοιωτῶν ἀπὸ ὄρους Τεμμίκου.

— Δευτέρα πόλις Θεσσαλίας] Non longe ab oppido Onthyrio, uti dicit infra v. Ὀνθύριον.

— Περὶ ἧς ὁ χρησμὸς, Ἄρνη χηρεύουσα μένει Βοιώτιον ἄνδρα] Existimo omnino hic legendum, Ἄρνη Χαιρώνεια. Certe ipse noster infra v. Χαιρώνεια· ἐκαλεῖτο δὲ ἡ πόλις καὶ Ἄρνη τὸ
43 ἀρχαῖον. Verum fundus huius correctionis Pausanias est lib. IX.
b pag. 605. Λεβαδέων δὲ ἔχονται Χαιρωνεῖς. ἐκαλεῖτο δὲ ἡ πόλις καὶ τούτοις Ἄρνη τὸ ἀρχαῖον. Θυγατέρα δὲ εἶναι λέγουσιν Αἰόλου τὴν Ἄρνην. Qui locus paullo ante adductus est. Nam in illo ipsa occurrunt verba, quae auctor hic et infra adducit, licet tacito Pausaniae nomine. Denique Eustathius dubitare plane vetat ad Hom. Iliad. B. pag. 270. Nam citato oraculo, quod hic adducitur, addit: Τὰ δὲ σχόλια, γράφουσι καὶ ὅτι, Ἄρνη νῦν Χαιρώνεια. sic enim ibi legendum, pro Χαιρωνείας. quomodo vulgo editur.

— Ἡ Κιέριον καλεῖται] Ita *Arne Thessalica* vocabatur, antequam Boeotos incolas acciperet ex *Arne Boeotica*. *Arne* autem *Boeotica* post Χαιρώνεια est dicta, uti iam ostendimus. Sed iuxta Stephanum *Arne Boeotica* post *Chaeronea* dicta, nomen cum

incolis *Arnae Thessalicae*, quae prius *Cierion* dicta fuerat, dedit: iuxta Thucydidis Scholiasten vice versa *Thessalica* dedit *Boeoticae*. Et quod dicit Scholiastes, idem quoque ipse Thucydides prodit eo loco.

— *Τετάρτη, τῆς Ἐρασινίων*] *Ἐορδαίων*. num *Ἐόρδων*. aut potius *Δερσαίων*.

— *Τὸ θηλυκὸν, Ἀρναία*] Infra vide v. *Φιληνόριον*.

*Ἀρόη, πόλις Ἀχαΐας*.

— *Λέγεται καὶ Πάτραι*] Etymologus: *Ἀρόη, κώμη πάλαι τῆς Ἀχαΐας, νῦν δὲ πόλις, ἡ καλουμένη Πάτρα*.

*Ἁρπάγια, οὐδετέρως, τόπος περὶ Κύζικον*] Suidas v. *Μίνως* refert, Minoëm amore captum Ganymedis, cum apud patrem eius Troëm Dardani regem diverteret, in venatione ad amnem Granicum rapuisse puerum; addens: *ὁ δὲ τόπος ἐκλήθη Ἁρπαγία. locus vero* (ubi raptus contigit) *appellatus est Harpagia*. Athenaeus vero lib. XIII. pag. 601. *Ἐχεμένης γοῦν ἐν τοῖς Κρητικοῖς, οὐ τὸν Δία φησὶν ἁρπάσαι τὸν Γανυμήδην ἀλλὰ Μίνωα. Οἱ δὲ προειρημένοι Χαλκιδεῖς παρ' αὐτοῖς φασιν ἁρπασθῆναι τὸν Γανυμήδην ὑπὸ τοῦ Διός, καὶ τόπον δεικνύντες Ἁρπάγιον καλοῦσιν, ἐν ᾧ καὶ μυρσίναι διάφοροι πεφύκασιν. Echemenes in Creticis non a Iove Ganymedem raptum fuisse tradit, sed a Minoë. Chalcidenses, quos indicavimus antea, raptum apud se Ganymedem a Iove praedicant, ac ipsum locum ostendunt vocatum Harpagium, egregiis myrtis consitum.* Ergo et in Euboea locus hoc nomine, sed numero singulari.

*Ἅρπασα, πόλις Καρίας, ἀπὸ Ἁρπάσου ποταμοῦ*.

— *Μύλα, Μυλασεύς*] Lege, *Μύλασα, Μυλασεύς*. vide infra h. v.

*Ἅρπινα, πόλις Ἠλιδος, ἀπὸ Ἁρπίνης τῆς Ἀσωποῦ, ἀφ' ἧς καὶ Ἄρεος Οἰνόμαος*] *Arpinam Asopi* filiam ex *Marte* peperisse *Oenomaum* auctor etiam est Pindari Scholiastes Olymp. Od. XIII. pag. 122. apud quem legas eandem perperam *Ἁρπίνναν* vocari Od. VI. pag. 55. pro *Ἁρπίνην*. Caeterum Lucianus, in lib. *de Morte Peregrini* oppidum hoc viginti stadiis Olympia abfuisse docet. 49 a

*Ἄῤῥα, πόλις Ἰλλυρική*.

— *Καὶ Βεροαῖος*] Scribe *Βεροιαῖος*, ut infra h. v.

*Ἀῤῥηχοὶ, ἔθνος Μαιωτῶν. Στράβων ἑνδεκάτῃ*] In allegato Strabonis loco male hodie *Ἀῤῥιχοὶ* legitur: quod Casaubonus hinc recte emendat.

*Ἀρσακία, πόλις Μηδείας ἐπίσημος, ἀνατολικωτέρα Μηδείας*] Haec sine dubio civitas illa *Ἀσαάκ*, apud Isidorum Characenum, in provincia *Astavene*.

Ἀρσινόη, πόλις Λιβύης, ἀπὸ τῆς τοῦ Πτολεμαίου τοῦ Φιλαδέλφου ἀδελφῆς.

— Ἡ πρότερον Ταύχειρα] Idem testatur infra h. v.

— Ἡ περίμετρος αὐτῆς, στάδια ὀκτακισχίλια] Locus manifeste corruptus, non enim hic urbis, sed regionis est *circuitus*. Cl. Salmasius legebat, στάδια ὀκτώ. natus error ex male expressa numeri nota.

— Ἑβδόμη, Κύπρου, ἡ πρότερον Μάριον] Idem dicit infra v. Μάριον.

— Ὀγδόη, Αἰτωλίας] Hanc Polybius in Excerpt. pag. 142. vocat Ἀρσινοΐαν.

— Τὸ ἐθνικὸν Ἀρσινοήτης] Videtur legendum, Ἀρσινοΐτης, ut infra vv. Μερόη et Ταύχειρα legitur: in Ῥοδόη tamen Ἀρσινοήτης extat pari scriptura ut hic.

Ἀρουσία, χωρίον τῶν Ψύρων, καὶ Χίου] Strabo, unde auctor haec descrspsit, Ἀριούσια χώρα habet lib. XIII. pag. 645. Non possumus autem dicere ita scripsisse Stephanum, ordine literarum impediente. Ergo in depravatos Strabonis codices incidisse dicendum est. MSS. autem Stephani habent χώρα, ut Strabo: qui tamen non dicit esse χώραν τῶν Ψύρων, sed *Chii*. Τὰ Ψύρα autem parva insula fuerunt apud *Chium*. Quod videtur movisse Isaacum Casaubonum, ut codicis sui orae adscriberet, pro καὶ Χίου legendum τῆς Χίου. sed nec sic error tollitur, qui hic non penes librarios, sed auctorem est.

— Ὅσον σταδίων τριάκοντά] Strabo d. l. τριακοσίων.

— Οἶνον ἄριστον ἔχουσα, καλούμενον Ἀρούσινον] Debuit igitur dicere Ἀριούσινον. Romani hoc vinum appellavere *Arvisium*. Virgilius Ecl. v. v. 71.

*Vina, novum fundam calathis Arvisia, nectar.*

Plin. lib. XIV. cap. 7. *In summa gloria post Homerica illa, de quibus supra diximus, fuere Thasium Chiumque. Ex Chio, quod Arvisium vocant.*

— Ἀρουσιηνός, ἢ Ἀρουηνός] Ἀρουσιανός, ἢ Ἀρουανός.

Ἀρταῖα, Περσικὴ χώρα, ἣν ἐπόλισε Περσεύς.

49 b — Ἀρταίους δὲ Πέρσαι, ὥσπερ οἱ Ἕλληνες τοὺς παλαιοὺς ἀνθρώπους καλοῦσι] Hesychius: Ἀρταῖοι, οἱ ἥρωες παρὰ Πέρσαις. Vide, quae de hac voce Persica notavit Seldenus Syntagm. I. de Diis Syris, cap. 6. Addenda autem hic ex MSS. vox, ἥρωας ante τὸ, καλοῦσι.

— Καὶ Μιλλάμωνες] Salmasius legebat, Φιλάμμωνες.

— Ἡρωδιανὸς Ἀρτεάτας αὐτοὺς καλεῖ] Lege ex Codd. scriptis, Ἡρόδοτος. apud eum enim haec habentur lib. I. cap. 125.

et mox apud nostrum v. *Ἀρτεᾶται*, *Ἡρόδοτος*, non *Ἡρωδιανὸς* adducitur.

*Ἀρτάκη, πόλις Φρυγίας, ἄποικος Μιλησίων.*

— *Ἀρτάκης τοῦτο μὲν ὄρος ἐστὶ τῆς Κυζικηνῆς, τοῦτο δὲ νησίον ἐστίν*] Salmasius legit, *Ἀρτάκη τοῦτο μὲν ὄρος*, etc. *Artace partim mons Cyzicenae, partim insula est,*

— *Καὶ Ἀρτάκιος*] Sic *κρήνη Ἀρτακίη* Apollonio Rhod. lib. I. v. 957. ubi Scholiastes: *Ἀρτακίη, κρήνη περὶ Κύζικον, ἧς καὶ Ἀλκαῖος μέμνηται καὶ Καλλίμαχος, ὅτι τῆς Δολιονίας ἐστίν.* et Orpheus Argon. v. 524.

— — — *ἐνθάδε Νύμφαι*
*Κρήνη ὑπ' Ἀρτακίη καλὰ νάματα πλημμύρουσιν.*

*Ἀρτάξατα, πόλις Ἀρμενίας*] MSS. *Ἀρταξιάσατα.*

— *Τὸ ἐθνικὸν Ἀρταξατηνός*] Pyrrhus Ligorius nummum profert Augusti, in quo circum Araxem fluvium iacentem, et sinistra cornucopiae et urnam, dextra temonem tenentem cum prora navis, legitur, *ΑΡΤΑΞΑΤΗΝΩΝ.* is si verus, exclamare licet,

*Sic praetextatos referunt Artaxata mores.*

*Ἀρτεᾶται, γένος Περσικόν.*

— *Ἡρόδοτος πρώτῃ*] Lib. I. cap. 125.

*Ἀρτεμίσιον, πόλις Οἰνώτρων ἐν Μεσογείῳ.*

— *Φίλιστος δὲ Ἀρτεμίτιον αὐτὴν καλεῖ, ἴσως Δωρικῶς*] Aristophanes in Lysistrata in persona Laconis *Artemisium Euboeae* appellat *Ἀρταμίτιον* pag. 910.

*Ὄκα τοὶ μὲν ὑπ' Ἀρταμιτίῳ*
*Πρόκροον θείκελοι*
*Ποττὰ καλά.*

— *Ἔστι καὶ πόλις Εὐβοίας*] Harpocration: *Ἀρτεμίσιον ἰδίως τὸ τῆς Ἀρτέμιδος ἄγαλμα, Ὑπερίδης Δηλιακῷ. λέγεται δὲ καὶ ἀκρωτήριόν τι τῆς Εὐβοίας, ὡς Δημοσθένης ὑπὲρ Κτησιφῶντος.*

*Ἀρτέμιτα, νῆσος Τυῤῥηνική, παρὰ τὴν Θάλειαν νῆσον*] Legendum, *παρὰ τὴν Αἰθάλειαν νῆσον.* ut iam olim monuit Philippus Cluverius. vide supra v. *Αἰθάλη.* et sic appellatur bis ab Aristotele, *περὶ Θαυμασ. Ἀκουσμ.*

— *Ὡς δὲ Στράβων, πόλις Παρθυαίων*] De hac Strabo lib. XVI. pag. 744. *Ἔστι δὲ καὶ Ἀρτεμίτα πόλις ἀξιόλογος διέχουσα πεντακοσίους τῆς Σελευκείας σταδίους. Est autem Artemita insignis civitas quingentis stadiis a Seleucia distans.* Hinc lib. XI. pag. 519. appellat eam *Ἀρτεμίταν τὴν ἐν τῇ Βαβυλωνίᾳ. Artemitam Babyloniae.*

— *Ὁ δὲ Ἀρτεμίδωρός φησιν, ὅτι χερρόνησος περὶ τὴν ἐκβολὴν τοῦ Ἀχελώου ποταμοῦ, λεγομένη Ἀρτέμιτα. Ἡ γενικὴ,* 50 a*

*Ἀρτεμίτας. Τὸ ἐθνικὸν Ἀρτεμιτηνός*] *Ἀρτεμία* tamen vocatur Straboni lib. I. pag. 59. et *Rhiano* etiam, cuius versus paullo post adducitur: modo is sic scripsit, ut vulgo editur. Sed quid sibi volunt: *Ἡ γενικὴ Ἀρτεμίτας*· an hoc scire iuvat? scilicet ut sciremus non esse neutrum plurale. Non placet. puto Stephanum respexisse ad locum Strabonis lib. XI. pag. 519. ubi Apollodorum *ἐκ τῆς Ἀρτεμίτας* testem laudat, quem bis eodem libro pag. 516. et 525. *Ἀρτεμιτηνὸν*, vel *Ἀρταμιτηνὸν* vocat: sed apud Strabonem vulgo perperam *Ἀδραμυττηνὸν* legitur, quemadmodum Isaacus Casaubonus et ex MSS. vestigiis, et ex ipso Strabone ostendit in Commentariis ad illa loca. Idem Strabo hunc Apollodorum vocat *τὸν Ἀρτεμείτην* lib. II. pag. 118. quamquam, ut verum fatear, verear, ut is locus a menda sit liber: hoc enim gentile nullam penitus analogiam habet, tum plane est contra regionis typum, et Strabo duobus istis locis, quae allata sunt, aliter format. Caeterum videmus facile, quonam sequentia Stephani verba referenda sint. Nam cum ab *Ἀρτέμιτα* regulariter formetur gentile *Ἀρτεμιτανὸς*, Strabo tamen, uti apparet ex vestigiis corruptae lectionis, in Codd. MSS. videtur dixisse *Ἀρταμίτηνος*. Invenitur enim in illis, teste Casaubono, *Ἀρταμυθινός*. Ex quibus apparet, quam misere locus hic laceratus sit atque transpositus ab imperitis librariis. Sequens illa *insula Rhiani* eadem est cum *Artemidori peninsula* ad *Acheloi fluminis ostium* sita.

— *Ἀπολλόδωρος δ' Ἀρταμιτηνός φησι, διὰ τοῦ α*] *Apollodori* testimonium hic citari videtur, quasi is non *Ἀρτεμιτηνὸς*, sed *Ἀρταμιτηνὸς* dicendum affirmasset. sed locus nimium est mutilatus: ostenderat enim Stephanus *Ἀρτέμιτα*, Parthicum oppidum, potius *Ἀρτάμιτα* scribendum, quia *Apollodorus* nobilis rerum Parthicarum auctor a Strabone *Ἀρταμιτηνὸς* per *α* vocetur. Loca, ubi id facit Strabo, ante adducta sunt.

— *Ἔστι καὶ πλησίον τῶν Ὀξειῶν νήσων*] Meminit harum insularum Strabo lib. X. pag. 458. ubi dicit ab Homero appellari *Θοάς. καὶ αἱ Ὀξεῖαι καλούμεναι, ἃς ὁ Ποιητὴς Θοὰς εἶπε.* quod auctor descripsit infra v. *Δουλίχιον*. Meminit et alibi Strabo.

— *Νῆσος Ἀρτέμιτα*] Insula haec *Dianium* Melae, Plinio et Marciano Capellae in Edit. Henrici Stephani vocatur.

— *Ῥιανὸς, Οἱ Θεσσαλικῶν*] Illud *οἱ* corruptum est, legendumque cum MSS. PP. *Ῥιανὸς ἡ Θεσσαλικῶν. Rhianus libro octavo Thessalicorum.* Saepius enim hoc *Rhiani* opus ab auctore citatur. Deinde ipsum *Rhiani* versum sic scribunt iidem codices:

50 *Νήσοις Ὀξείησι καὶ Ἀρτεμίτῃ ἐπέβαλλον.*

b Non *Ἀρτεμίῃ*. Recte.

— *Τὸ ἐθνικὸν τὸ αὐτὸ, ἢ Ἀρτεμιταῖος*] *Τὸ αὐτὸ, idem*, quod ante posuit, *Ἀρτεμιτηνός*. Sed quid haec sibi volunt? Parthicae enim urbis gentile ante exposuerat. Scopae certe dissolutae.

*Ἀρτύμνησος, πόλις Λυκίας, ἄποικος Ξανθίων.*

— *Τούτων δὲ τὴν*] Videtur legendum: *Τούτων δὲ τούς*.

— *Κατοικῆσαι, καὶ καλέσαι*] Alterutrum ex his verbis videtur delendum cum Salmasio.

— *Τὴν πόλιν Πίναραν*] Consule infra v. *Πίναρα*.

*Ἀρύκανδα, πόλις Λυκίας*] Vetus Pindari Scholiastes ad Olymp. Od. VII. pag. 62. *ἐν Λυκίᾳ δέ ἐστιν πόλις Ἀρύκανδα καλουμένη. ἧς πλησίον ἱερόν τι χωρίον. ὃ πρότερον μὲν Ἔμβολος ἐκαλεῖτο διὰ τὴν θέσιν τοῦ χωρίου.*

— *Ὡς Ἀλυνδεύς*] Lege, *Καλυνδεύς*. de quo infra h. v. aut potius *Ἀλινδεύς*, de quo supra v. *Ἄλινδα*.

*Ἀσβύστα, πόλις Λιβύης*] Herodotus lib. IV. cap. 170. *Γιγαμέων δὲ ἔχονται τὸ πρὸς ἑσπέρης Ἀσβύσται· οὗτοι τὸ ὑπὲρ Κυρήνης οἰκέουσι· ἐπὶ θάλασσαν δὲ οὐ κατήκουσι Ἀσβύσται. Gigamas ab occasu contingunt Asbystae, qui supra Cyrenen incolentes non pertingunt ad mare.* Hinc Dionysio in Periegesi v. 211.

*Ἀσβύσται δ' ἐπὶ τοῖσι μεσήπειροι τελέθουσι.*
*Asbystae autem post hos mediterranei sunt.*

quem locum adducit Tzetzes ad Lycophronis Alex. pag. 138. Solino, Plinio et Ptolemaeo *Ἀσβύσται* dicuntur. Consule, quae de his populis congessit Cl. Salmasius in Exercit. ad Solin. pag. 381.

— *Δύο δέ εἰσι Τρίτωνες· ὁ μὲν Λιβύης, ὁ δὲ Βοιωτός*] Apollonii Scholiastes vetus etiam ponit tertium *Tritonem*, qui ipsi est *Nilus*. Sic enim commentatur ad lib. IV. v. 269. *Ὁ δὲ Νεῖλος οὕτω τὸ πρότερον ἐκαλεῖτο, Τρίκων μετωνομάσθη δὲ ἀπὸ Νείλου τοῦ Κύκλωπος, τοῦ Ταντάλου βασιλεύσαντος τῆς χώρας, ὡς Ἑρμιππός φησιν.*

*Ἀσδύνις, νῆσος κατὰ τὴν Μυρίδος λίμνην*] Nomen Regis Thebanorum, qui effodi curavit lacum illum admirabilem, *superfluentis Nili receptacula*, ut Tacitus lib. II. ann. c. 61. diversimode scribitur apud Herodotum: modo enim *Μοῖρις* appellatur et eius lacus *Μοίριος λίμνη*, modo *Μῦρις* et *Μύριος*. Describit lacum ipsum Herodotus lib. II. cap. 149. Aelianus autem lib. VI. cap. 7. de Animal. appellat, ut hic, *λίμνην τὴν καλουμένην Μύριδος*. Aliis *Μοίριδος*, quod amplexi sunt Romani.

*Ἀσέα, κώμη τῆς Ἀρκαδίας, ἀφ' ἧς ὁ Ἀλφειὸς ῥέει*] Hesychius scribit *Ἀσία*. *Ἀσιώτας*. *Ἀσία ἐστὶ κώμη Ἀρκαδίας.* 51
*ὅθεν Ἀλφειὸς δοκεῖ τὰς πηγὰς ἔχειν.* Dionysius tamen in Periegesi v. 412. de duobus fluviis, ut hic: a

*Οἵτ' ἄμφω Ἀσέηθεν ἀναβλύζουσι ῥέεθρα.*
*Qui ambo ab Asea emittunt fluenta.*

Ad quem locum Eustathius: *ὁ Γεωγράφος δέ φησιν, ὅτι Ἀσέα κώμη τῆς Μεγάλης πόλεως, ἔχουσα δύο πηγάς, ἐξ ὧν ῥέουσιν Εὐρώτας καὶ Ἀλφειός.* Apud Strabonem nomen hoc corruptum extat lib. VI. pag. 275. admonitumque iam ab Isaaco Casaubono, pro *Ἀβία* ibi scribendum *Ἀσέα.*

*Ἀσία, πόλις Λυδίας παρὰ τῷ Τμώλῳ*] Similia his habes apud Suidam in *Ἀσία.*

— *Διὸ καὶ Ἀσία ἡ Ἤπειρος*] *Asiam* videlicet *Minorem* antea *Epirum* fuisse dictam docet etiam v. *Παλλάδιον* Suidas. *ἐδόθη δὲ Τρωϊ τῷ βασιλεῖ κτίζοντι τὴν πόλιν, ὑπὸ Ἀσίου τινὸς φιλοσόφου καὶ τελεστοῦ. διὸ δὴ εἰς τιμὴν Ἀσίου τὴν ὑπ' αὐτοῦ βασιλευομένην χώραν, πρότερον Ἤπειρον λεγομένην, Ἀσίαν ἐκάλεσεν. Datum Palladium Troï Regi condenti urbem, ab Asio quodam Philosopho et initiatore. Quambrem etiam in Asii honorem, regionem; quae sub eius imperio Epirus dicebatur, Asiam appellavit.* Idem notat Eustathius ad Dionysii Perieg. v. 627.

— *Ἡ ἐκ τῆς Προμηθέως γυναικός· ἢ ἀπὸ τοῦ πολλὴν ἄσιν ἔχειν, τουτέστιν ἰλύν*] Scholiastes vetus ad Apollonii lib. I. v. 444.

—— *ἐπ' Ἀσίδος Ἠπείροιο.*

*Asiam* sic dictam notat, vel ab *Asia* Promethei matre (non *uxore*, ut hic apud Stephanum) vel *ἀπὸ τοῦ πολλὴν ἄσιν ἔχειν.* Apollonium imitari videtur Ovidius lib. IX. Metam. v. 447. de Mileto:

—— *et in Aside terrae*
*Moenia constituis, positoris habentia nomen.*

— *Ἰσθμὸς ἄνω τέταται τις ὑπέρτα τις Ἀσίδος Αἴης*] Est Dionysii Perieg. v. 20.

— *Στράβων δεκάτῃ· ἣν δὲ ἐμπόριον κοινὸν τῶν τε Ἀσιανῶν καὶ τῶν Εὐρωπαίων*] Lege, *ἐνδεκάτῃ*, pro *δεκάτῃ*· sequentia enim verba sunt Strabonis de *Tanaï emporio*, lib. XI. pag. 493. quem locum ideo adscribam, quia mox adhuc aliud ulcus eiusdem opera sanandum est. Sic autem habet: *Ἐπὶ δὲ τῷ ποταμῷ, καὶ τῇ λίμνῃ πόλις ὁμώνυμος οἰκεῖται Τάναϊς, κτίσμα τῶν τὸν Βόσπορον ἐχόντων Ἑλλήνων*, etc. *ἦν δὲ ἐμπόρειον κοινὸν τῶν τε Ἀσιανῶν καὶ Εὐρωπαίων Νομάδων. Supra flumen ad paludem Maeotidem urbs sita est, Tanaïs ipsa quoque appellata, condita a Graecis Bosporum incolentibus*, etc. *Haec commune fuit Europaeorum Asianorumque Nomadum emporium.*

— *Καὶ Νομάδων*] Delendum *καὶ* ante *Νομάδων*, uti in adscripto paullo ante Strabonis loco manifestum est.

— *Ἔστι καὶ Ἀσιανὴ πόλις*] Salmasius legit *Ἀσία ἡ πόλις.*

51 b — *Ἔστι καὶ Ἄσιος λειμών*] Lege omnino, *Ἀσίας λειμών.*

Eustathius ad Dionysii Perieg. pag. 99. ἢ ἀπὸ Ἀσίου τινὸς Λυδοῦ, ἐξ οὗ ὁ Ἀσίας λειμὼν, ὡς τὸ κοχλίας. exemplo enim τοῦ κοχλίας confirmat praecedens Ἀσίας. Sed apud Eustathium totus hic locus multo integrior, quam nunc apud nostrum extat. Pergit enim is: Ὡς καὶ Ὅμηρος, Ἀσίῳ ἐν λειμῶνι· οὐ κατὰ δοτικὴν, τῷ Ἀσιανῷ· ἀλλὰ κατὰ γενικὴν Ἀσίου κοινῶς, ὡς κοχλίου· καὶ Ἰωνικῶς Ἀσίεω (ὡς καὶ παρὰ Ἡροδότῳ εὕρηται) καὶ συγκοπῇ, Ἀσίω· ὡς Ἑρμείεω, Ἑρμείω; καὶ Εὐμελίω Πριάμου.

— Ὅμηρος· Ἀσίω ἐν λειμῶνι] Iliad. B. v. 461.

— Ἀντὶ τοῦ Ἀσίου] Sic et Eustathius ad illum locum pag. 254. Caeterum, quod hic Ἀσίας λειμὼν *Pratum Asias*, illud Ἄσσος λειμὼν dicitur infra v. Ἄσσος, perperam, ut reor.

— Καὶ Ἰωνικῶς Ἀσίεω καὶ Ἀσίω, ὡς εὐμελίω] Exemplum hoc est apud Homer. Iliad. Δ. v. 165.

Καὶ Πρίαμος, καὶ λαὸς εὐμμελίω Πριάμοιο.
*Et Priamus, et copiae bellicosi Priami.*

Ἀσίνη, πόλις Λακωνικὴ, ἀπὸ Ἀσίνης θυγατρὸς Λακεδαίμονος] Herodotus lib. VIII. cap. 73. *Hermionam* et *Asinam* dicit Dryopum in Peloponneso urbes: ex his Ἀσίνη, inquit, ἢ πρὸς Καρδαμύλῃ τῇ Λακωνικῇ.

— Τὸ ἐθνικὸν Ἀσιναῖος] Occurrit hoc gentile aliquoties apud Pausaniam lib. IV. et apud Strabonem lib. VIII. pag. 359. Ἀσιναῖος κόλπος, adducitque idem ex Strabone Eustathius ad Iliad. B. pag. 287. Θεόδωρος Ἀσιναῖος Philosophus Platonicus, Porphyrii discipulus, citatur a Proclo lib. V. in Tim. pag. 514. qui ab eodem lib. III. in Tim. pag. 225. vocatur Θεόδωρος ὁ ἐκ τῆς Ἀσίνης φιλόσοφος. Bis tamen gentile hoc apud eundem corruptum extat pag. 183. et 187. in quorum uno loco γενναῖος, in altero Ἀθηναῖος perperam scribitur.

— Καὶ Ἀσινεύς] Hinc Etymolog. M. Ἀσινεῖς, οἱ Δρύοπες οἱ τὴν Ἀσίνην κατοικοῦντες, etc.

Ἀσκάλων, πόλις Συρίας πρὸς τῇ Ἰουδαίᾳ.

— Ἄραξος Ἀράξης· ὡς ἀπὸ τοῦ χαράξω, χάραξος χαράξης] MSS. habent, Ἄρης Ἄραρος Ἀράξης. Unde Salmasius putabat legendum, Ἄραρος Ἀράρης· sed nihil temere mutandum existimo. In sequentibus autem corrige: ὡς ἀπὸ τοῦ χάραξ ὁ χάραξος, χαράξης.

— Τὸ ἐθνικὸν Ἀσκαλωνίτης] Sic in nummo Titi apud Tristanum Tom I. pag. 304. circa Victoriam Navalem legitur, *ACKAΛΩNITΩN*. Erat enim civitas libera et sui iuris, teste Plinio lib. V. cap. 13. Pyrrhus Ligorius in Collectionibus suis exhibet nummum Hadriani, in quo circum caput muliebre turritum, *ACKAΛΩNEIT. METP.*

— *Γραμματικοὶ δὲ, Πτολεμαῖος Ἀριστάρχου γνώριμος, καὶ Δωρόθεος*] Suidas: *Πτολεμαῖος· ὁ Ἀσκαλωνίτης Γραμματικός.*
52 *ὃς ἐπαίδευσεν ἐν Ῥώμῃ.* deinde numerat libros, quos scripsit.
a — *Καὶ ἡ μὲν πόλις, οὐ πρῶτόν φασι τὰ κρόμμυα γενέσθαι*] An non legendum, *οὗ πρῶτον. ubi primum caepas provenisse aiunt.* non est dubitandum. Vidit etiam hanc lectionem Salmasius, qui pro *Κρόμμυα* praeterea et hic, et paullo post legit *Κεράμια* ex MSS. Sed ego lectionem vulgatam praefero, celebris enim *caepis* fuisse *Ascalon* videtur ex Hesychio, apud quem *Παλλάχανον, Κρόμμυον, Ἀσκαλωνῖται.* et Athenaeo, qui lib. II. pag. 68. *Κρομμύου εἶδος Ἀσκαλώνιον* commemorat.

*Ἀσκανία, πόλις Τρωϊκή.*

— *Σκαμάνδριος Ἕκτορος καὶ Ἀνδρομάχης*] *Scamandri* mentio etiam supra v. *Ἀρίσβη.*

— *Καὶ τῆς Ἀσκανίας καλουμένης*] Deleri potest asteriscus huic versui appositus. Verba enim sunt Nicolai Damasceni, quae non ulterius adscripsit Stephanus, quoniam *Ascaniae* caussa tantum adduxerat, non *Scamandri.*

— *Οὐ μόνον δὲ ἡ λίμνη*] *Λίμνην, ἣ ὄνομα Ἀσκανία, paludem Ascaniam*, in qua sine ope maris sal nascebatur, quo accolae utebantur, ponit in Phrygia Arrianus lib. I. de Exped. Alex. pag. 28.

— *Φόρκυς αὖ Φρύγας ἦγε, καὶ Ἀσκάνιος θεοειδής*] Locus apud Homerum Iliad. *B.* v. 863. sed mutilatus hic ea parte, propter quam a Stephano fuerat adductus. Quare repone:

*Φόρκυς αὖ Φρύγας ἦγε καὶ Ἀσκάνιος θεοειδὴς*
*Τῆλ' ἐξ Ἀσκανίης.*

— *Τοὶ δ' ἐξ Ἀσκανίης ἐριβώλακος ἦλθον ἀμοιβοί*] Iliad. *N.* v. 793. sed ibi legitur:

*Οἵ ῥ' ἐξ Ἀσκανίης ἐριβώλακος ἦλθον ἀμοιβοί.*
*Qui ex Ascania glebosa venerant successores.*

Loquitur de Palmye et Morye Hippotionis filijs. Strabo legit: *Οἵ δ' ἐξ Ἀσκανίης.*

— *Τῆς δὲ Μυσίας*] Haec tria verba poni debent proxime ante praecedentem Homeri versum hoc modo: *Τῆς δὲ Μυσίας. Οἵ ῥ' ἐξ Ἀσκανίης ἐριβώλακος ἦλθον ἀμοιβοί.* Dixit enim Stephanus duas esse regiones *Ascanias*, posuitque unam ad *Phrygiam* pertinentem, confirmans hoc auctoritate Homeri. Igitur sequi debebat altera ad *Mysiam* spectans, antequam ad istud probandum nova adduceretur Poëtae auctoritas. Strabo lib. XII. pag. 564. *Ὁμωνύμως γὰρ τῇ λίμνῃ (Ἀσκανίῃ) καὶ ἡ χώρα ἐλέγετο. καὶ ἦν αὐτῆς τὸ μὲν Φρύγιον, τὸ δὲ Μύσιον· ἀπωτέρω δὲ τῆς Τροίας τὸ Φρύγιον.– Καὶ δὴ καὶ ῥῦτως δεκτέον τὸ παρὰ τῷ*

*Ποιητῇ. Communi enim cum pàlude Ascania nomine etiam regio appellatur: cuius pars Phrygia erat, alia Mysia: sed Phrygia longius a Troia aberat. Atque ita etiam accipienda sunt Homeri carmina.* quae in sequentibus adducuntur, eadem, quae hic. Et eodem modo etiam commentatur Eustathius ad priorem Homeri versum Iliad. *B.* pag. 365. De *Ascania Mysiae* etiam locus 52
lib. III. Epigr. Graec. ad quem vide, si lubet, Vincentium Op- b
sopoeum pag. 311.

— *Καὶ τῆς μὲν Φρύγιον, τῆς δὲ Μύσιον*] Locus procul dubio mutilus, cuius tamen sensum video. Voluit dicere non lacus tantum regionisque nomen ὁμώνυμον esse, sed et viri nomen: neque unum eundemque utrobique a Poëta *Ascanium* intelligi, sed priori loco *Phrygium*, posteriori vero *Mysium* quendam.

— *Ἔστι καὶ Ἀσκάνιος ποταμός*] Antoninus Liberalis Narr. XXVI. Hylam in *amne Ascanio* periisse scribit.

— *Εὐφορίων χιλιάσι· Καὶ Ψιλοὶ Ἀσκάνιόν τε Ναυαίθοιο*] MSS. habent. *Καὶ Ψιλιν Ἀσκάνιόν τε καὶ εὐνάοντα Ναύαιθον.*

— *Ψιλῆς Μυσίας*] Lege *Ψιλις*. de quo infra h. v. et sic Salmasius.

— *Ναύαιθος, Ἰταλίας*] Salmasius legebat, *Βιθυνίας*. Fuit tamen Italiae fluvius circa Crotonem, Straboni dictus *Νέαιθος*.

*Ἄσκλος, πόλις Ἰταλίας.*

— *Τὸ ἐθνικὸν Ἀσκλ[της] Ἀσκλάνων Ἐπίσκοπος* occurrit in Act. IV. Synodi VI. Constantinopolitanae.

*Ἄσκρη, πόλις Βοιωτίας*] De huius situ videndus Proclus in Eudoxo ad *B.* *Ἔργων* Hesiodi, qui hinc fuit oriundus.

— *Καὶ ἀπ' Ἀσκρῆθεν*] Lege, *ἀπὸ τόπου Ἀσκρῆθεν*. et sic Salmasius.

*Ἄσος, πολίχνιον Κρήτης*] Putant esse *Ἄσσον* S. Lucae I. cap. 27. v. 13.

*Ἀσπαλάθεια, πόλις Ταφίων.*

— *Νίκανδρος ἑτεροιουμένων πρώτῃ· Ἀσπαλάθεια Βοήρου*] Ex hoc numero apparet *Nicandrum* versu scripsisse sua *Ἑτεροιούμενα*.

*Ἀσπαλαθὶς, νῆσος Λυκίας. Λέγεται οὕτω διὰ τὰς ἐν αὐτῇ πεφυκυίας ἀσπαλάθους*] Dioscorides lib. I. cap. 19. ubi de *Aspalatho* agit, dicit eum nasci in *Istro*, *Nisyro*, *Syria* et *Rhodo*, hoc est, insulis, ut ego interpretor, Cariae et Lyciae obiacentibus: nam *Istrum* hic accipio insulam contra Triopium Cnidiae, ut infra dicit, sitam. *Nisyros* nota est. *Syria* est *Σύρνα* Stephani, *Σύρος* Pausaniae in fine lib. III. pag. 215. Vide infra v. *Σύρνα*. Verba Dioscoridis, si desideres, haec sunt: *Ἀσπάλαθος, οἱ δὲ ἐρυσισκηπτρὸν, θάμνος ἐστὶ ξυλώδης, ἀκάνθας πολ-*

λὰς κεκτημένος, γεννώμενος ἐν Ἴστρῳ καὶ Νισυρῷ καὶ Συρίᾳ καὶ Ῥόδῳ. *Aspalathus, aliis erysisceptrum, frutex est lignosus, spinis crebris aculeatus. Nascitur in Istro, Nisyro, Syria et Rhodo.*

— Τὸ ἐθνικὸν Ἀσπαλαθίδος, ὡς Ψωφίδος καὶ Αὐλίδος] Lege Ἀσπαλαθίδιος, ὡς Ψωφίδιος καὶ Αὐλίδιος, iubente analogia. Vide infra v. Ψωφίς.

Ἄσπενδος, πόλις Παμφυλίας, Ἀσπένδου κτίσμα] *Aspendi* situm accurate describit Arrianus lib. I. de Expedit. Alex. pag. 26.

53 — Ὁ πολίτης Ἀσπένδιος] Hinc *Aspendius* Citharoedus.

a — Ἀσπὶς, πόλις Λιβύης] Quomodo capta a Romanis haec Libyae urbs, narrat Polybius lib. I. pag. 30. hi vero *Clypeam* illam appellavere.

— Ἔστι καὶ νῆσος ἄλλη μεταξὺ Λεβέδου] De hac Strabo lib. XIV. pag. 643.

— Ἔστι καὶ νῆσος ἄλλη, Ψύρων ἐγγύς] Videtur eadem, quae praecedens.

Ἀσπληδών, πόλις Φωκίδος.

— Γράφεται καὶ χωρὶς τοῦ α] Vide Strabonem lib. IX. pag. 414. et Eustathium ad Iliad. B. v. 511.

Ἀσσακηνοὶ, ἔθνος Ἰνδικόν] An ab hac gente dicuntur in vulgari idiomate *Assassini?* Certe venit ad nos haec vox ex Oriente. Unde Thuanus in quodam poëmate:

*Notus et Eoo tantum Assassinus in axe,*
*Proh pudor! in nostro visitur orbe frequens.*

Ἄσσηρα, οὐδετέρως, πόλις Χαλκιδέων.

— Τὸ ἐθνικὸν Ἀσσηρίτης] Horum ager mendose apud Aristotelem in vulgatis exemplaribus vocatur Ἀσσυρῖτις. lib. III. Hist. Animal. cap. 12. Οἷον ἐν τῇ Χαλκιδικῇ τῇ ἐπὶ τῆς Θρᾴκης ἐν τῇ Ἀσσυρίτιδι (lege ex hoc Stephani loco Ἀσσηρίτιδι) ἐποίει ὁ καλούμενος Ψυχρὸς ποταμός. *Uti in regione Asseritide agri Chalcidici in Thracia facit fluvius a frigiditate Psychrus dictus.*

Ἄσσος, πόλις Λυκίας, πλησίον Ἀτάρνης] Rescribe Λυδίας pro illo Λυκίας, quod huic loco non convenit. Dicitur enim *Assos* propinqua *Atarnae* fuisse: Ἀτάρνα autem mox a nostro, πόλις μεταξὺ Μυσίας καὶ Λυδίας πλησίον Λέσβου. Deinde ibidem ponitur a Strabone lib. XIII. et a Xenophonte, qui lib. VII. de Exped. Cyri pag. 425. *Atarnam* et *Pergamum Lydiae* facit civitates. Quod ita turbavit Ioannem Leonclavium, ut pro *Lydiae*, quod bis occurrit, semel *Asiae*, semel *Mysiae* reponendum censuerit. Sed invita plane dea Critice: inchoat enim Xenophon *Lydiam* ab *Antandro*, extenditque *Pergamum* usque.

— Ἐφ' ὑψηλοῦ καὶ ὀξέος καὶ δυσανόδου τόπου] Strabo lib.

XIII. pag. 610. *Ἔστι δὲ ἡ Ἄσσος ἐρυμνὴ καὶ εὐτειχὴς ἀπὸ θαλάσσης, καὶ τοῦ λιμένος ὀρθίαν καὶ μακρὰν ἀνάβασιν ἔχουσα. Natura et arte munita est Assus a mari et portu rectam et longam habens adscensionem.* Extat et Epigramma vetus de aquis in hanc urbem perductis per excisas rupes lib. IV. Anthol. Graec. Epigr. pag. 509. unde ingenium situs, quem Stephanus dicit habuisse *Assum*, perspicitur.

— *Πρὸς ὃν Νικόστρατος κιθαριστὴς ἔλεγε παίζων, Ἄσσον ἴθ', ὥς κεν θᾶσσον ὀλέθρου πείραθ' ἵκηαι*] Strabo auctorem huius Hexametri vocat *Stratonicum*; pergit enim in loco mox adducto: *ὥστ' ἐπ' αὐτῆς οἰκείως εἰρῆσθαι δοκεῖ τὸ τοῦ Στρατονίκου τοῦ Κιθαριστοῦ· Ἄσσον*, etc. *Ut convenire ei videatur Stratonici* 53
*Citharoedi: Asson*, etc. Iam quoniam huius *Stratonici* Strabo b
et alibi meminit, et noster Strabonem in hoc loco expressit, probabile pro *Νικόστρατος* hic rescribendum esse *Στρατόνικος*. Sed, quisquis etiam fuerit, qui de *Asso* hunc versiculum primus iecit, notandum ex Homero eum desumptum, apud quem, licet diversa notione *τοῦ Ἄσσον*, extat Iliad. ζ. v. 143.

*Ἄσσον ἴθ', ὥς κεν θᾶσσον ὀλέθρου πείραθ' ἵκηαι.*
*Propius accede, ut ocyus ad mortis metas pervenias.*

— *Δευτέρα πόλις Αἰολίδος κατὰ τὸν Ἑλλήσποντον*] Est eadem, quae praecedens et quae sequens, ut apparet ex situ *Atarnae*.

— *Ἔστι καὶ λειμών*] Fuit nostro in animo *Ἀσίας λειμών*, ut iam monui supra v. *Ἀσία*.

— *Ἐν τῷ Κελβιανῷ πεδίῳ τῆς Λυδίας*] Lege, *Κιλβιανῷ* ex Strabone lib. XIII. pag. 629. Eustathius ad Iliad. *B*. pag. 254. scribit *Κιλβανὸν*, alio errore. Apud Ptolemaeum pariter bis corruptum extat lib. V. cap. 2. sed apud Plinium sincere legitur lib. V. cap. 29. *Ephesus attollitur monte Pione, alluitur Caystro in Cilbianis iugis orto, multosque amnes deferente et stagnum Pegaseum, quod Phyrites amnis expellit.*

— *Περὶ τὸν Καΰστριον*] Alii auctores Graeci hunc fluvium vocant *Κάϋστρον*, et Latini *Caystrum*: Homerus tamen Iliad. *B*. v. 461. ut hic, *Καΰστριον*.

*Ἀσσυρία, χώρα περὶ Βαβυλῶνα.*

— *Εἰσὶ καὶ ἕτεροι παρὰ τοὺς Σύρους*] Sic in Epigramm. Graec. lib. III. pag. 302. *ἐν Ἀσσυρίοις Γαδάροις*, pro *ἐν Συρίοις*.

*Ἀσσωρὸν, ὄρος Σάμου.*

— *Εὐφορίων Ἀρτεμιδώρῳ*] Scholiastae Apollonii et Tzetzi ad Lycophronem pag. 90. citatur *Εὐφορίων ἐν Ἀπολλοδώρῳ*. Unde iure merito locus hic Xylandro pro suspecto fuit. Fuit quoque tempus, quo Cl. Salmasius pro *Ἀρτεμιδώρῳ* putaret scribendum, *Ἀρτέμιδος ὕμνῳ*.

— *Δαίμονος Ἀμφιλύσιον ῥόον*] MSS. *Δαίμονος Ἀμφιλύσιο ῥόον*. rectissime.

*Ἀσσώριον, πόλις Σικελίας, ταύτην τρισυλλάβως Ἀσσωρὸν καλεῖ Ἀπολλόδωρος*] In Numismatibus Siciliae Philippi Parutae pag. 102. extat nummus, in cuius uno latere caput laureatum conspicitur iuvenis imberbis cum longiuscula caesarie, adscriptum literis Latinis, ASSORU. in altero homo nudus, in cuius dextra urceus, in sinistra cornu copiae, additum, CRYSAS. qui nummus et lucem dat et accipit a Ciceronis loco lib. IV. in Verrem, cap. 44. *Chrysas est amnis, qui per Assorinorum agros fluit: is apud eos habetur Deus et religione maxima colitur. fanum eius in agro propter ipsam viam, qua Assoro itur Ennam. In eo Chrysae est simulacrum praeclare factum e marmore.* Item alius
54 ibidem, in cuius una parte caput muliebre, in altera duo boves
a iugati, cum epigraphe ASSORU. Nusquam hi alibi extant.

*Ἀσταὶ, ἔθνος Θρᾴκης· Ἀρτεμίδωρος ἐν ἐπιτομῇ τῶν ἐν ἑνδεκάτῃ*] Lege, *τῶν ἕνδεκα*. sic enim citatur hic *Artemidori* liber in vv. *Δερτών. Κώθων. Λίγυρος*.

*Ἄστακος, πόλις Βιθυνίας*, etc. *Ἔστι καὶ Ἀκαρνανίας πόλις*] Strabo lib. x. pag. 459. *Astacos* duas etiam agnoscit, ut hic noster; unam in *Bithynia*, alteram in *Acarnania*. *Καὶ πόλις Ἀστακὸς, ὁμώνυμος τῇ περὶ Νικομήδειαν καὶ τὸν Ἀστακηνὸν κόλπον. Urbs Astacus cognominis ei, quae apud Nicomediam et sinum Astacenum.* Ex quo loco, quoniam Strabo perspicue *Astacum Bithyniae* a Nicomedia distinguit ponens illam *περὶ Νικομήδειαν*, et quoniam nonnulli sunt de veteribus, qui *Nicomediam* prius *Astacum* dictam esse tradiderunt, Iosephus Scaliger in Notis ad Eusebium n. 1307. putavit duas *Astacos* in *Bithynia* fuisse. Sed non observavit vir magnus *Nicomediam* tunc ferme coepisse, quum *Astacus* desineret, atque ex *Astaci* ruinis crevisse in loco non longe ab eo, in quo *Astacus* steterat. Notavit hunc Scaligeri errorem Salmasius et in Exercitat. ad Solin. et in Notis ad Hist. August. quibus, si lubet, adde ex Memnonis Historiis locum apud Photium cap. XXI. pag. 722.

— *Ὡς Ἀῤῥιανὸς ἐν Βιθυνικοῖς*] Salmasius legit *ἐν Βιθυνιακοῖς*, et sic citantur hi libri infra v. *Βιθυνόπολις*.

— *Οἱ δὲ Κεφαληνίας ἄποικον*] Catal. urb. MS. Vat. *Ἄστακος, πόλις Κεφαλληνίας*.

— *Πριαπυνός*] Scribe, *Πριακηνός*. ut legitur infra v. *Πρίαπος*.

*Ἀσταπαῖοι, Λιβύης ἔθνος· Ἀππιανὸς ἕκτῳ*] Non possum satis mirari auctoris nostri oscitantiam *Ἀσταπά* inter illas Hispaniae urbes enumeratur ab Appiano, quae a Scipione captae

sunt, in Ibericis pag. 273. qui idem est locus, qui hic ab auctore adducitur. Nam uti ex Photio videre est, Iberica constituebant sextum operis Appiani librum. Iacuit autem haec urbs inter Carthaginem Novam et Fretum, uti ex Appiani narratione colligitur. Incolae illius, qui pertinacissime partes Carthaginiensium tuebantur, aliquoties ibidem dicuntur *Ἀσταπαῖοι*. Nihilominus Stephanus inductus ab his Appiani verbis: *Ἀσταπὰ δ' ἦν πόλις Καρχηδονίοις αἰεὶ διαμείνασα ὁμαλῶς. Astapa autem urbs Carthaginiensibus perpetuo adhaeserat*: temere *Astapaeos* in *Lybia* sitos putavit, quasi Carthaginiensium nullum fuisset extra *Lybiam* imperium.

*Ἀστάρτη, νῆσος ἐν Αἰθιοπίᾳ· Μαρκιανὸς ἐν περίπλῳ πρώτῃ*] Lege, *ἐν περίπλων πρώτῃ*.

— *Ἀπὸ δὲ τοῦ Βαξίου ἄκρου*] Apud Ptolemaeum bis occurrit hoc promontorium, sed utrobique, *τὸ Βάζιον ἄκρον*, dicitur lib. IV. cap. 5. et 7. Apud Marcianum haec interiere, cuius 54
procul dubio locus hic a Stephano adducitur. b

— *Ἐπδέχεται Τριόνατον ὄρος*] Ptolemaeus lib. IV. cap. 7. *Πριονατὸν ὄρος* scribit.

*Ἀστερία, πόλις Λυδίας*] MSS. et Eustathius ad Iliad. *B.* pag. 332. *Asteriam* faciunt urbem *Συρίας*. perperam.

— *Ἔστι καὶ νησίον Ἀστερία, μεταξὺ Κεφαληνίας καὶ Ἰθάκης*] Sic dicitur Antonino Liberali cap. XXXV. Aliis vero *Ὀρτυγία* et *Δῆλος*. De variis huius insulae nominibus vide infra v. *Δῆλος*. tum quae notavit Tzetzes ad Lycophronis Alexandr. pag. 71.

*Ἀστέριον, πόλις Θετταλίας. Ὅμηρος, Οἵ τ' ἔχον Ἀστέριον*] Iliad. *B.* v. 735.

— *Ἡ νῦν Πιρεσία*] Sic appellatur Apollonio, apud quem Cometes lib. I. v. 37. dicitur,

*Πιρεσίας ὄρεος Φυλληΐου ἀγχόθι ναίων.*
*Prope montem Phylleum Piresiae habitans.*

ubi Scholiastes: *τὸ Φυλλεῖον, ὄρος Μακεδονίας· ἡ δὲ Πιρεσία χώρα ἢ πόλις, ἧς ἐγγὺς ἦν τὸ Φυλλεῖον*. Hanc autem *Πιρεσίαν* existimo eandem esse quae *Πειρασία* a nostro infra suo loco dicitur, et quae occurrit apud Orpheum in Argon. v. 162.

*Πειρησίην ὃς ἔναιεν ἐπ' Ἀπιδανοῖο ῥεέθροις.*

et ipsum Apollonium lib. I. v. 584. quamquam plurali numero,

*Φαίνοντο δ' ἄποθεν Πειρεσιαί.*
*Apparebant procul Piresiae.*

nam ex his verbis colligitur in editissimo loco sitas fuisse, quod hic de *Piresia* testatur noster. Et inducor per hunc Apollonii locum, ut credam, in altero quoque eiusdem Poëtae scriptum fuisse *Πειρεσιὰς*, numero plurali, accusandi casu. Vide etiam

infra v. Φυλλοῦς. Ἀστέριος autem ille, a quo Stephanus Asterion nomen accepisse existimat, haud dubie is est, qui inter Argonautas recensetur, Κομήτου filius, ab Apollodoro lib. I. Biblioth. Orpheo Ἀστερίων dictus, ut et Apollonio lib. I. v. 35.

— Οὕτω δὲ καλεῖται διὰ τὸ λαμπρὸν, ὅτι ἐφ' ὑψηλοῦ ὄρους κειμένη, ποῖς πόρρωθεν ὡς ἀστὴρ φαίνεται] Hic est *Phylleus mons*, ut ex Apollonio et ipsius Scholiaste apparet.

Ἀστερουσία, ὄρος Κρήτης πρὸς νότιον μέρος, ἀποβλέπον εἰς θάλασσαν· ἀφ' οὗ καὶ πόλις ἐπὶ τὸ Καύκασον Ἰνδικὴ Ἀστερουσία] Eustathius hic olim legisse videtur Ἰνδικόν. dicit enim ad Iliad. B. pag. 332. ἔστι δὲ καὶ Ἀστερουσία Κρήτης φασὶν ὄρος, καὶ πόλις δὲ περὶ τὸν Ἰνδικὸν Καύκασον.

Ἀστραία, πόλις Ἰλλυρίας· Ἀδριανὸς Ἀλεξανδρειάδος ά. Οἱ τ' ἔχον Ἀστραίαντε Δόβηράν τε] MSS. habent Δόβηρά τε. quod probabat Salmasius. Mihi rectius videretur Δόβηρόν τε. Infra enim Δόβηρος Pannoniae urbs dicitur. Nisi Δόβηρά τε censeamus quarto casu dictum a primo Δόβηρ, quomodo etiam dic-
55 tam fuisse hanc urbem suspicari licet ex gentili Δόβηρες. quod et
a infra et aliquoties apud Herodotum legitur.

Ἄστυ, ἢ κοινῶς πόλις.

— Φιλόχορος ἑνδεκάτῃ Ἀτθίδος] MSS. Φιλόχορος ιά Ἀτθίδος. Apud Etymologum, ubi idem *Philochori* locus adducitur v. Ἄστυ, legitur, ἐν πρώτῃ. et sic quoque olim hic scriptum fuisse, Φιλόχορος ἐν ά Ἀτθίδος, valde est verisimile. Certe apud alterutrum libri numerus corruptus est.

— Καὶ στῆναι ἐκ τῆς πλάνης εἰς τὰς κοινὰς οἰκήσεις] Similem τοῦ Ἄστυ etymologiam adfert Eumolpus apud Scholiasten Apollonii lib. I. v. 696. Ἄστυ. Ἐτυμολογεῖ Εὔμολπος τὴν λέξιν, ἄστυ λέγων παρὰ τὸ ἄνω ἵστασθαι· ἐπὶ μετεώρου γὰρ κεῖνται αἱ πόλεις.

— Σοφοκλῆς ἀλ*] MSS. explent lacunam, Σοφοκλῆς Ἀλεξάνδρῳ. recte. Nam *Sophoclis* Ἀλέξανδρος citatur etiam infra.

— Βοτῆρα] MSS. Βυτῆρα.

— Τοιγὰρ ἐντεῦθεν] MSS. τὸ γὰρ ἐντεῦθεν. recte.

— Ὡς Ἐρατοσθένης ἐν Ἠριγόνῳ. Εἴς τε δὴ Θορικοῦ καλὸν ἵκανεν ἕδος] MSS. εἰ ὅτε δή, etc. Unde Salmasius, εἴσοκε δή, aut ἐς τόδε τοῦ Θορικοῦ καλὸν ἵκανεν ἄστυ, legendum suspicatur. Certe ἕδος manifestissimum glossema est, et a quolibet deprehendi potest. Cur autem *Eratosthenes* Θορικὸν appellaverit ἄστυ, infra indicabimus v. Θορικός, ubi ab Hecataeo δῆμον Θορικὸν appellatum esse πόλιν, ob magnitudinem scilicet, auctor est Stephanus.

— Ὅτι δὲ δῆμος Θορικὸς, δῆλόν ἐστι καὶ κώμη πλησίον Κα-

νώβου] Post δῆλόν ἐστι ponenda est τελεία στιγμή. Caetera enim de voce Ἄστυ intelligenda, et meminit huius pagi Aegyptiaci Diodorus Siculus lib. I. pag. 17. ubi inter argumenta, quibus Aegyptii probabant Athenienses coloniam Saïtarum esse, dicit fuisse, quod Athenienses soli inter Graecos urbem suam appellarent *Astu*, ab *Astu* videlicet in Aegypto sito.

Ἀστυπάλαια, νῆσος μία τῶν Κυκλάδων.

— Ἐκλήθη δὲ ἀπὸ Ἀστυπαλαίας, τῆς Ἀγκαίου μητρός] Habes hoc apud Apollonii Scholiasten ad lib. I. v. 185. ὁ μὲν Ἀγκαῖος, υἱὸς Ἀστυπαλαίας γὰρ ἦν τῆς Φοίνικος καὶ Ποσειδῶνος. et ipsius *Astypalaeae* mentio apud Apollonium ipsum lib. II. v. 868. ubi de Ancaeo,

— ὃν Ἰμβρασίοισι παρ' ὕδασιν Ἀστυπάλαια
Τίκτε Ποσειδάωνι.

— *quem apud Imbrasi aquas Astypalaea*
*Neptuno genuit.*

ad quem locum idem Scholiastes: ὅτι Ποσειδῶνος καὶ Ἀστυπαλαίας τῆς Φοίνικος ὁ Σάμιος Ἀγκαῖος ἦν παῖς, ὃς ἐκυβέρνα τὴν ναῦν μετὰ τὴν Τίφυος τελευτήν, καὶ Σιμωνίδης ὁ γενεαλόγος ὁμοίως τῷ Ἀπολλωνίῳ γενεαλογεῖ.

— Τετάρτη, πόλις ἐν Σάμῳ] De *Astypalaea Sami*, et eius denominationis origine locus extat insignis ex Themistagora, veteri historico, apud Etymologum. Habet autem sic: Ἀστυπαλαία, μοῖρα τῆς Σάμου, οὕτω καλουμένη· ὅτι Πατροκλῆς καὶ Τεμβρίων ἀποικίαν στείλαντες εἰς Σάμον, πρὸς τοὺς ἐνοικοῦντας τὰς Κάρας κοινωνίαν θέμενοι, ᾤκησαν παρὰ τὸν Σχῆσιον ποταμόν, καὶ εἰς δύο φυλὰς τὴν πόλιν διένειμαν· ὧν τὴν μὲν, Σχησίαν ὠνόμασαν, ἀπὸ τοῦ Σχησίου ποταμοῦ παρακειμένου τῇ πόλει· τὴν δὲ Ἀστυπαλαίαν, ἀπὸ τοῦ παλαιοῦ ἐκεῖσε ὄντος ἄστεος. Οὕτω Θεμισταγόρας ἐν τῇ χρυσῇ βίβλῳ. 55 b.

Ἄστυρα, πόλις Μυσίας, οὐδετέρως, πρὸς τῇ Τρωάδι] Meminit huius urbis Scholiastes Nicandri ad Alexipharm. pag. 52. et Eustathius ad Iliad. B. pag. 366. Strabo lib. XIII. pag. 591. Ἄστυρα supra Abydenum agrum in Troade ponit, oppidum dirutum, sed quod olim aurifodinis, quae exhaustae eius tempore, fuerit dives.

— Ἔστι καὶ κώμη πλησίον τοῦ Ἀδραμυττίου] Strabo eodem lib. XIII. pag. 606. recensum agens locorum veteris Geographiae circa Troiam ad illustrationem Homeri et aliorum priscorum, etiam huius pagi meminit, ut diversi a superiore urbe, et quidem his verbis: Εἶτα Ἄστυρα κώμη καὶ ἄλσος τῆς Ἀστυρηνῆς Ἀρτέμιδος ἅγιον. Πλησίον δ' εὐθὺς τὸ Ἀδραμύττιον, Ἀθηναίων ἄποικος πόλις, ἔχουσα καὶ λιμένα καὶ ναύσταθμον. Sequi-

*tur Astyra pagus, et lucus Astyrenae Dianae sacer. Non procul hinc est Adramyttium, Atheniensium colonia, portum habens et navium stationem.* et iterum pag. 618. *Μυσίας δὲ Ἄστυρα τὴν πλησίον κώμην φασίν. ἣν δὲ πολίχνη ποτὲ, ἐν ᾗ τὸ τῆς Ἀστυρήνης Ἀρτέμιδος ἱερὸν ἐν ἄλσει, προστατούμενον μεθ' ἁγιστείας ὑπ' Ἀντανδρίων, ᾗ μᾶλλον γειτνιᾷ. Mysiae autem propinquum dicunt pagum Astyra, olim oppidum; in cuius luco templum Astyrenae Dianae est, cui Antandrii religiose praesunt, quibus id est vicinius.* Ad quos duos locos hic respexit noster.

— *Ἔστι καὶ πόλις Φοινίκης κατὰ Ῥόδον*] Lego, *Κατ' Ἄραδον. Ἄραδος* enim supra *νῆσος Φοινίκης.*

— *Ἐν ᾗ ἐτιμᾶτο ἡ Ἀθηνᾶ ΑΣΤΥΡΙΣ*, etc.] Perperam editio Xylandri separavit *Ἀστυρὶς* ab *Ἀθηνᾶ*, quasi urbis aut loci esset nomen novum, cum sit *τῆς Ἀθηνᾶς* epitheton. Coniungendum igitur iterum, et distinguendum: *ἐν ᾗ ἐτιμᾶτο ἡ Ἀθηνᾶ Ἀστυρὶς. Ἔστι καὶ Βοιωτίας.* sic MSS. sic etiam Editio anterior.

— *Ἔστι καὶ χώρα Ἰταλίας*] Immo *χωρίον·* fuit enim praedium Ciceronis ad Pontinas paludes in ora maritima Latii, nunc pagus eodem adhuc nomine. Vide Philippum Cluverium lib. III. Ital. Antiq. cap. 7.

— *Ἀφ' οὗ τὸ τῆς Ἀστυρηνῆς Ἀρτέμιδος ἱερόν*] Meminit Strabo duobus locis, qui supra adducti sunt.

*Ἀτάβυρον, ὄρος Ῥόδου*] Pindarus vocat *Ἀταβύριον.* Olymp. Od. VII. pag. 71.

56 —— *ὦ Ζεῦ πάτερ νώ-*
*τοισιν Ἀταβυρίου*
*μεδέων.*

*O Iupiter pater, cacumini Atabyrii dominans.*

Ubi Scholiastes: *ὁ νοῦς οὕτως ἔχει. ἀλλ' ὦ Ζεῦ πάτερ τοῦ Ἀταβυρίου ὄρους βασιλεύων.* et paullo post: *νώτοισι δὲ, ἀντὶ τοῦ νώτων. εἰσὶ δὲ χαλκαὶ βάες ἐν αὐτῷ· αἵτινες· ὅταν μέλλῃ ἄτοπόν τι γενέσθαι, μυκῶνται.* Adeo ut existimem, et propter hunc locum, et propter montem sequentem Siciliae huic cognominem, hic scriptum fuisse olim, *Ἀταβύριον.*

— *Ἔστι καὶ Σικελίας Ἀταβύριον, ὡς Τίμαιος*] Eadem fere verba occurrunt apud Scholiasten Pindari d. l. *Ἔστι δὲ καὶ ἐν Σικελίᾳ ὄρος Ἀταβύριον, ὥς φησι Τίμαιος.*

— *Ἔστι καὶ Φοινίκης*] Hanc urbem expugnasse Antiochum Epiphanem narrat Polybius lib. V. pag. 413.

*Ἀταία, πόλις Λακωνική.*

— *Ἡ Ἀταΐτης*] Apud Tristanum Tom. II. pag. 272. in nummo Getae circum figuram Fluvii legitur, *ΑΤΤΑΙΤΩΝ*, per duo *T T*.

Ἀταλάντη, ἡ ὑπὸ Ἀθηναίων κτισθεῖσα παρὰ Λοκροῖς· Θουκυδίδης δευτέρᾳ. Ἔστι καὶ νῆσος] Legendum: ἔστι δὲ νῆσος ex Thucydidis loco, quem citat, lib. II. pag. 119. vel etiam: ἔστι καὶ νῆσος ἄλλη πρὸς. Catalogus urbium Vat. MS. Ἀταλάντη ῥαύριον νῆσος οὖσα πέτρα ἐρήμη ἐπὶ Λοκροῖς τοῖς Ὀπουντίοις Ὀποῦντος, ἣ πλησιάζει. Strabo lib. IX. pag. 425. duas eiusdem ominis insulas diversas describit.

Ἀταρβίκις, πόλις ἐν τῇ Προποντίδι νήσῳ] Procul dubio st Aegypti urbs, quae Herodoto Ἀτάρβηχις dicitur lib. II. cap. 1. legendumque cum MS. optimo, ἐν τῇ Προσωπίτιδι νήσῳ. nomodo et vocatur Herodoto d: l. infra vero Προσωπὶς Aegyp- urbs dicitur. sed vix dubium est, quin eadem insula, cum illa fuerint urbes plures, ut Herodotus fatetur, habuerit et lam urbem sibi cognominem.

Ἀτάρνα, πόλις μεταξὺ Μυσίας] Suidas vocat regionem Mysiae ad Hellespontum, intellige territorium Atarnae. Ἑρμίας εὐνοῦχος Ἀταρνεύς. χώρα δέ ἐστιν Μυσίας τῆς πρὸς τῷ Ἑλλησπόντῳ. a quibus non dissentiunt quae tradit Herodotus lib. I. ap. 160. Τοῦ δὲ Ἀταρνέως τούτου ἔστι χῶρος τῆς Μυσίης, Λεσβου ἀντίος. Atarneus autem locus est Mysiae e regione Lesbi sis. Notandum autem quod haec urba Ἀταρνεὺς appelletur non antum Herodoto, sed Plutarcho lib. de Malignit. Herodoti pag. 59. respicienti ad istum Herodoti locum Xenophonti lib. VII. de xped. Cyri, pag. 425. Isocrati, Straboni, Pausaniae, Harporationi, denique Catalogo urb. MS. Vat. in quo legitur, Ἀταρνεὺς, πολίχνιον κατάντικρὺ Λέσβου. quod ferme iisdem verbis vi- 56
eo esse apud Suidam v. Ἀταρνεύς. In situ autem huius urbis b
onveniunt omnes, qui supra relati sunt, cum Stephano. Phous solus ponit illam in Thracia Cod. CCLXXIX. pag. 1579. ubi xcerpit Helladii libros Chrestomathiae. Τῆς δ' Ἀταρνέως (πόλις δὲ αὕτη Θρᾴκίας) ἐκτομίας ὤν, καὶ δοῦλος, ἦρξεν Ἑρμείας. Hermeas castratus et servus cum esset, Atarnei (quae Thraciae ivitas est) rex fuit. Sed verba parenthesi inclusa procul dubio unt a Photio per errorem addita.

— Ὁ πολίτης, Ἀταρνεύς] Ab Ἀτάρνα fit Ἀταρνεὺς, ut a Ἤπαια, Ἠπαιεύς. Sic Ὀδυσσεῖς et Πεδιεῖς infra suis locis. Ab Ἀταρνεὺς vero Ἀταρνείτης Callimachus in Epigramm. apud Diogenem Laërtium in Pittaco:

Ξεῖνος Ἀταρνείτης τὶς ἀνήρετο Πίττακον οὕτως
Τὸν Μιτυληναίων, παῖδα τὸν Ὑῤῥαδίου.
Hospes Atarnensis rogabat Pittacum ita
Mitylenaeum, filium Hyrradii.

infra v. Σαλμώνη. Et Ἀταρνεῖται apud Pausaniam in Achaic.

pag. 400. et *Ἀταρνείτης* regio apud Herodotum lib. VI. cap. 29. Straboni vero oppidani *Atarnae* vel *Atarnei* *Ἀταρναῖται* dicuntur, lib. XIII. pag. 611. Quibus omnibus addam nunc duos nummos, quos in Collectionibus Pyrrhi Ligorii reperio, unum M. Aurelii Imperatoris, in quo Diana venatrix cum inscriptione novum gentilitium suggerente, *ΑΤΑΡΝΑΙΩΝ*. alterum Gordiani Tertii, in quo imago Apollinis, circum, *ΑΤΑΡΝΕΩΝ*.

*Ἀταφυνοί, ἔθνος μέγα Ἀραβίας*] MSS. *Ἀταφηνοί*. quae procul dubio vera lectio, quoniam terminationi istius regionis convenit.

*Ἀτέλλα, πόλις Ὀπικῶν Ἰταλίας.*

— *Ὡς Ἀγήλλαῖος*] Lege, *Ἀγυλλαῖος*. de quo supra v. *Ἀγύλλα*.

— *Ὡς Πολύβιος ἐννάτῃ, Ἀτέλλαι * παρέδοσαν αὐτούς*] Salmasius legit *Ἀτελλανοὶ* vel *Ἀτελλανοῖς* pro *Ἀτέλλαι*, remoto asterisco.

*Ἀτήνη, δῆμος Ἀντιοχίδος φυλῆς. Φρύνιχος δὲ τῆς Αἰολίδος φησίν*] Ioannes Meursius libro de Populis Atticae pro *Ἀντιοχίδος* legit *Ἀτταλίδος*. Huius autem *tribus* mox Stephanus meminit, et infra v. *Βερενικίδαι*.

— *Πατροκλῆς*] MSS. *Προκλῆς*.

— *Διονύσιος Ἀτηνίαν τὸν δῆμον*] Ioannes Meursius legit, *Ἀτηνιᾶ*, ut sit accusativus ab *Ἀτηνιεύς*, *Ἀτηνιέα* *Ἀτηνιᾶ*, ut *Πειραιᾶ*.

*Ἀτιντανία, μοῖρα Μακεδονίας*] Apud Aristotelem lib. *Θαυμασ. Ἀκουσ.* nomen hoc mendose scriptum est: *ἐν δὲ τῇ Ἀπολλωνίᾳ τῇ πλησίον κειμένῃ τῆς τῶν Ταυλαντίων χώρας φασὶ γίγνεσθαι ἄσφαλτον*, etc. lege *Ἀτιντάνων. in Apollonia, quae iuxta regionem Atintaniorum sita, nasci aiunt bitumen.*

— *Οἱ οἰκήτορες, Ἀτιντάνες καὶ Ἀτιντάνιοι*] Lycophron in Alexandra pag. 168.

57 a *Πέλας δὲ γῆς Ἀτιντάνων μολών.*
*Ad Atintanum terram accedens.*

ad quem locus corrigendus Tzetzes, apud quem *Ἀτιτάνοι, ἔθνος Ἠπειρωτικόν* perperam editur pro *Ἀτιντάνιοι*. Appiano autem haec gens Illyrica dicitur, appellaturque *Ἀτιντανοὶ* in principio Illyricorum.

*Ἄτλαντες, ἔθνος Λιβυκόν.*

— *Ἔστι καὶ τὸ ὄνομα ἀπὸ τῶν ὀρῶν τῶν δύο Ἀτλάντων*] Salmasius quondam legebat: *ἔστι δὲ τὸ ὄνομα*, etc. postea, ut apparet in Solinianis Exercitationibus pag. 410. maluit: *ἔστι καὶ τὸ ὄνομα τῶν ὀρῶν τῶν δύο Ἀτλάντων*. deleta praepositione *ἀπό*.

— Ῥιανὸς δὲ καὶ ἐν Ἀχαϊκῶν δευτέρᾳ] Eustathius ad Dionysii Perieg. pag. 15. emendandus quidem est ex nostro: perperam enim apud illum editur Ἀφδιανὸς pro Ῥιανός. sed sequentia apud illum ostendunt levi transpositione hic esse peccatum legendumque, Ἀτάραντας καὶ μεθ' αὐτοὺς εἶναί φησι Ἄτλαντας. Ita enim, meo iudicio, rectius apud eum legitur.

Ἄτραι, πόλις μεταξὺ Εὐφράτου καὶ Τίγρητος] Ita et appellatur infra v. Ἀιβαναί. apud Dionem in Excerptis lib. LXXX. pag. 769. Τὰ Ἄτρα.

Ἀτραμῖται, ἔθνος εὐδαίμονος Ἀραβίας] Ἀτραμῖται, sive Ἀτραμωτῖται, ut illos appellavit Artemidorus, videntur iidem, qui Χατραμωτῖται infra. quod Salmasius multis rationibus et exemplis probat in Exercit. ad Solin. pag. 490.

Ἄτραξ, καὶ Ἀτρακία, πόλις Θεσσαλίας τῆς Πελασγιώτιδος μοίρας.

— Καὶ δευτέρους ἔπεμψαν Ἄτρακας λύκους] Versus est 1309. Cassandrae Lycophronis. Sed hodie in nostris exemplaribus ibi legitur:

Καὶ δευτέρους ἔπεμψαν ἅρπαγας λύκους.
Quin et secundum miserunt rapaces lupos.

et sic iam olim in suis etiam invenit Eustathius: unde de hac diversitate lectionis ex Stephano monet ad Iliad. B. pag. 337.

— Ἔστι καὶ Ἀτρακὶς θηλυκῶς] Et Poëtice Ἀτρακῆς. Orpheus Argon. v. 158.

—— λιπὼν Ἀτρακῆδα λιμένα.
—— relinquens portum Atracium.

Ἀτρήνη, πόλις. Φιλοστέφανός φησιν ἀπὸ Δεύσου καὶ Ἀτρῶνος καὶ Ἀτρηνηστῶν] Puto scripsisse: Ἀτρήνης πόλις, Φιλοστέφανός φησιν ἀπὸ Δεύσου καὶ τῶν Ἀτρηνηστῶν.

Ἀτρία, πόλις Τυρρηνίας, Διομήδους κτίσμα, χειμῶνος πλεύσαντος] Salmasius legit: Διομήδους κτίσμα, χειμῶνας πνεύσαντος. recte meo iudicio.

— Τὸ ἐθνικὸν, Ἀτριανὸς, καὶ Ἀτρεὺς, καὶ Ἀτριέτης] Legendum procul dubio cum Philippo Cluverio lib. I. Ital. Antiq. cap. 18. Ἀτριεὺς καὶ Ἀτριάτης.

Ἀτροπατία, καὶ Ἀτροπάτιος, ἡ τῆς Μηδίας δευτέρα μερίς.

— Ἀπὸ τοῦ ἡγεμόνος Ἀτροπάτου] Eustathius ad Dionysium pag. 129. Ἔτι δὲ καὶ οἱ Ἀτροπατανοὶ, ἀπὸ ἡγεμόνος τινὸς Ἀτροπάτου καλούμενοι· ὧν Ἀτροπατία ἡ χώρα, δευτέρα μερὶς τῆς Μηδίας λεγομένη· πρώτη δὲ Μηδικὴ μερὶς, καθ' ἣν τὰ Ἐκβάτανα. Vide etiam Isidorum Characenum. 57 b

Ἀττάλεια, πόλις Λυδίας πρότερον Ἀγρόειρα] Videri posset, pro Λυδίας legendum esse Λυκίας, quoniam D. Lucas in Actis cap. xxv. v. 24. Euthalius, Diaconus, Beda, Ptolemaeus etiam lib. v. cap. 5. eam Pamphyliae assignant, quae ab occasu Lyciae contermina est. Sed nihil mutandum censeo. Existimo enim duas hoc nomine urbes fuisse; unam in Lydia, conditam ab Attala Sadyattis filio notho, cuius meminit Nicolaus Damascenus in Excerpt. Constantini Porphyrogennetae pag. 453. in qua sententia est etiam Henricus Valesius in notis ad illum locum: alteram in Cilicia, conditam ab Attalo, quae est illa, cuius meminit Apostolus. Cilicia enim sub Pamphylia censetur.

— Τὸ ἐθνικὸν Ἀτταλεύς] In duobus nummis Commodi apud Franc. Gotifredum, in quorum uno Pallas, altero Serapis expressa est, legitur, ΑΤΤΑΛΩΝ, Sed in Leonardi Augustini, qui ab una parte habet caput Palladis, ab altera Victoriam gradientem, plane ut hic, ΑΤΤΑΛΕΩΝ. Sic in alio etiam Tiberii apud eundem Gotifredum sub capite Palladis: et in alio Caracallae, circum Solem bigis vehentem, ΑΤΤΑΛΕΩΝ.

Ἀττάλυδα, πόλις Λυδίας, κτισθεῖσα ἀπὸ Ἄττυος.

— Ἀταλυδεύς] Ἀτταλυδεύς.

Ἄῤῥαξις, πόλις Αἰγύπτου] Eadem, quae Ἄσις, πόλις Λιβύης infra dicitur.

— Ταύτην δὲ καὶ Ὄασιν καλοῦσιν] Ὄασιν hanc urbem appellat Herodotus, qui illam septem dierum per arenas itinere a Thebis dicit fuisse dissitam, lib. III. cap. 26. ad quem locum respexit noster.

— Ἡρόδοτος δὲ καὶ Λοῦρις Μακάρων αὐτὴν ὠνόμασαν νῆσον] Testatur hoc Herodotus d. l. et Olympiodorus apud Photium pag. 172. ubi multa insuper de hac urbe traduntur.

Αὐγάσιοι, ἔθνος Μασσαγετῶν. Στράβων ἕκτῃ οὕτω φησίν *] Locus Strabonis, quem indigitat, legitur lib. XI. pag. 513. Τοῦ δὲ τῶν Μασσαγετῶν καὶ τῶν Σακῶν ἔθνους καὶ οἱ Αὐγάσιοι, καὶ οἱ Χωράσμιοι εἰσιν. *De Massagetarum et Sacarum gente sunt et Augasii et Chorasmii.* Ita enim illum locum in nominibus propriis legendum esse cum Isaaco Casaubono existimo. Ex ultima autem voce, quae in vulgatis Χωρασμουσινοὶ, facio Χωράσμιοί εἰσιν. Verosimile enim librarium oscitantem similitudine vocum φησὶν et εἰσὶν totum Strabonis locum omisisse.

58 Αὐγεία, πόλις Λοκρίδος] Lege, Αὐγειαὶ, ut est in loco
a Homeri, qui adducitur, et sic hic legit olim Eustathius.

— Ὅμηρος, — Καὶ Αὐγείας] Iliad. B. v. 532.

— Ἔστι καὶ Λακωνικὴ πόλις *] Nihil videtur desiderari, nam totidem fere verbis haec adducuntur ab Eustathio ad Iliad.

B. pag. 277. Salmasius tamen ex vestigiis MSS. qui hic aliquam vocem post πόλις habuisse videntur, eruit, Μαλιέων.

Αὔγιλα, οὐδετέρως, πόλις Λιβύης.

— Τὸ ἐθνικὸν Αὐγιλίτης] Salmasius putat διὰ τὸ ἐπιχώριον gentile ab Αὔγιλα esse Αὐγίλης, at ab Ἄσβυστα Ἀσβύστης, Αὔτιγδα Αὐσίγδης. Vide illum ad Solin. pag. 411.

Αὐγούσται, πόλις ἐν Κιλικίᾳ, καὶ Ἰταλίᾳ] Supra v. Ἀλαὶ appellatur singulari numero Αὐγοῦστα, et sic etiam in Act. Concilii Chalcedonensis. Et in nummo Getae, in Thesauris S. M. Ducis, circum Cupidinem faci inversae innitentem, ΑΥΓ. ΤΡΑΙΑΝΗϹ. Apud Occonem etiam extat nummus Septimii Severi, et alius eiusdem apud Tristanum Tom. II. pag. 98. in quo circum templum Deae Phrygiae, ΑΥΓΟΥϹΤΗϹ ΤΡΑΙΑΝΗϹ quam hic Traianopolim Phrygiae interpretatur. minus recte neo quidem rudicio, neque enim dubito, quin ad *Augustam Ciliciae* referendus sit: multae enim civitates, etiam extra Phrygiam, Magnam Deorum Matrem in nummis exhibent.

Αὐενίων, πόλις Μασσαλίας πρὸς τῷ Ῥοδανῷ. Τὸ ἐθνικὸν, Αὐενιωνήσιος· καὶ τῷ ἐπιχωρίῳ, Αὐενίτης, καὶ Ἕλληνι τύπῳ*] Puto legendum Αὐενιωνήσιος τῷ ἐπιχωρίῳ καὶ Αὐενίτης τῷ Ἕλληνι τύπῳ. Vide infra v. Καβελλίων.

Αὐλαὶ, ἐπίνειον Κιλίκων.

— Οἱ οἰκοῦντες Αὐλεῶται] Suidae dicuntur appellati Αὐλαιῶται v. Αὐλαὶ, quod, ut verius, videtur hic reponendum.

— Εἰσὶν Αὐλαὶ καὶ Λυκίας χωρίον] Ex Damascio in vita Isidori apparet, fuisse circa Maeandrum, et ipse quidem Cariae tribuit: integro autem nomine vocabantur, Ἀπόλλωνος Αὐλαὶ, et vicinae erant Aphrodisiadi, uti ex Damascio apparet, quam Stephanus infra v. Ἀφροδισιὰς quinto loco commemorat.

— Τὰ γὰρ ἀπὸ τῶν εἰς η διεσυλλάβων θηλυκῶν, ὀξυνόμενα μὲν διὰ τοῦ ε, etc.] Eandem hanc analogiae regulam praescribit infra v. Σίδη.

— Καρνίτης] Vide infra v. Κάρνη.

Αὐλὴ, ἡ ἔπαυλις.

— Χραύσῃ μέν τ' αὐλῆς] Locus Homeri Iliad. E. v. 138. ad quem videsis Eustathium.

— Αἱ δ' ἐν τοῖς ἀγροῖς οἰκήσεις, Αὔλειοι] MSS. Αὐλεῖαι. sed utram lectionem malis parum interest: nam ut et αὔλειος et αὐλεία θύρα dicitur, ita et αὔλειος et αὐλεία οἴκησις recte dicetur, nisi quis ex illo αὐλεῖαι potius αὐλαὶ legendum existimet. Nam Hesychius procul dubio respicit ad Homeri locum supra a Stephano adductum, quando sic explicat, Αὐλῆς, τῆς κατ' ἀγροὺς καύλεως λέγει. 58 b

— *Καὶ οἱ ἄποικοι τούτων Θύραυλοι*] Legendum omnino: *Καὶ οἱ ἀπόκοιτοι τ. θ.* Hesychius, *Θύραυλοι, τῶν ποιμένων οἱ ἀπόκοιτοι.*

— *Λέγεται καὶ αὔλιος ὁ ἑσπέριος ἀστὴρ παρὰ τὸ ποιεῖν ἡμᾶς αὐλίζεσθαι*] Idem habes apud Eustathium ad Iliad. *Δ.* v. 831. et alludit Virgilius clausula hac Eclogae x.

*Ite domum saturae, venit Hesperus, ite capellae.*

— *Καὶ αὔλιον ἄντρον, παρὰ τὸ ἐκεῖ χορεύειν*] *Αὔλιον* idem etiam quod *αὐλὶς*, utraque voce de Panis *stabulo* vel *antro* utitur Callimachus Hymno in Dianam. *αὐλὶς* v. 87.

—— *ἵκεο δ' αὐλὶν*
*Ἀρκαδικὴν ἐπὶ Πανός.* ——

et de eodem *αὔλιον* v. 93.

*Εἷλον ἔτι ζώοντας ἐπ' αὔλιον.*

— *Ὡς Ἀπολλώνιος*] Locus est lib. II. apud Apollonium v. 909. sed legitur ibi,

—— *στῆσαί τε χοροὺς ἄντροιο πάροιθεν.*
—— *et duxisse choreas ante antrum.*

loquitur de Baccho. et mox *ἄντρον* illud *αὔλιον* appellat v. 912.

*Ἠδὲ καὶ αὔλιον ἄντρον ἐπωνυμίην καλέουσιν.*
*Et antrum Aulium cognomine dicunt.*

*Αὐλὶς, πόλις Βοιωτίας κατὰ Χαλκίδα.*

— *Τρύφων παρὰ τὸ αὐλισθῆναι, Ἀλὶς καὶ Αὐλὶς*] Cl. Salmasius legit *ἁλισθῆναι.* et sic olim Tzetzes ad Hesiodum lib. *Ἔργων*, pag. 143. sed utraque lectio Eustathio adducitur ad Iliad. *B.* p. 265.

— *Τὸ ἐθνικὸν, ηδύνατο Αὐλιδεύς*] In nummo Commodi apud Pyrrhum Ligorium, in quo Diana cervum cornibus tenet, legitur, *ΑΥΛΙΔΕΩΝ Β. ΝΕΟΚ.*

— *Ἔστι δ' Αὐλίδος*] Scribe, *Αὐλίδιος.* Vide infra v. *Ψωφίς.*

*Αὐσεῖς, ἔθνος Λιβύης. Ἀπολλόδωρος δευτέρᾳ Περιηγήσεως*] MSS. *δευτέρᾳ περὶ γῆς.* et ita semper. Vide supra v. *Ἄβυλλοι.*

*Αὐσίγδα, πόλις Λιβύης, οὐδετέρως, ὡς Καλλίμαχος, Ἑκαταῖος δὲ νῆσον οἶδε*] Bene *Hecataeus.* nam iuxta *Ausigda*, quae nunc *Zadra*, in optimis Chartis nauticis exigua quaedam insula collocatur, quae non alia quam *Μύρμηξ* Ptolemaei; cui ob exiguam magnitudinem *Formicae* nomen inditum facile crediderim. Sed cave credas Lycophroni, qui eam Cinyphe fluvio allui fingit. Verba eius haec sunt:

*Αὐσίγδα Κιννύφειος ἣν τέγγων ῥόος*
*Νασμοῖς λιπαίνει.*

*Ausigda, quam Cinnypheus hunectans fluvius*
*Aquis foecundat.*

enim ab occidentali latere Maioris Syrtis Neapolin versus in 59
are se exonerat, ut ex caeteris Geographis apparet.

*Αὐσχίται, ἔθνος Λιβύης ὑπὲρ Βάκης*] Herodoto et aliis
ppellantur *Αὐσχίσαι*. deinde legendum, *ὑπὲρ Βάρκης*. Herodo-
is lib. IV. cap. 171. *Ἀσβυστέων δὲ ἔχονται τὸ πρὸς ἑσπέρης Αὐ-
χίσαι· οὗτοι ὑπὲρ Βάρκης οἰκέουσι, κατήκοντες ἐπὶ θάλασσαν
ατ' Εὐεσπερίδας. Asbystarum versus occasum confines sunt Au-
chisae, qui supra Barcam incolentes ad mare pertingunt ad Hes-
erides.*

*Αὖσων, ὁ Ἰταλός. Λυκόφρων, Κτείνουσιν*] Lycophron
Alexandra v. 922.

— *Ἀφ' οὗ Αὐσονιεύς*] *Αὐσονεὺς* procul dubio hic à libra-
is omissum: inde enim, *πλεονασμῷ τοῦ ι, διὰ δακτύλου συγ-
ρότησιν, Αὐσονιεύς*. ut tradit Eustathius ad Dionysium pag. 17.
ui haec et multo plura ex nostro ibi adducit, quae nunc hoc
oco desiderantur.

— *Ὁ αὐτὸς, Παρ' Αὐσονίτην*] Lycophron in Alexandra
. 593. cuius editiones vulgatae ex hoc loco corrigendae sunt:
egitur enim in illis:

*παρ' Αὐσονῖτιν Φυλαμὸν δομήσεται.*

ro *παρ' Αὐσονίτην*, ut in hoc loco. Et sic iterum citatur infra
. *Χαονία*, quamquam ibi peccetur aliter.

— *Ὁ αὐτὸς, Ὁ τῆς θαλάσσης*] v. 44. Lycophronis.

*Αὐταριᾶται, ἔθνος Θεσπρωτικόν*] Meminit horum Ar-
ianus de Exped. Alex. pag. 5. unde apparet eos ad Illyricum
otius pertinuisse, quam ad Epirum, quia Alexandrum Agria-
es et Paeonas invasurum ex latere nuntiabantur adorturi. Nisi
os procul a domo pugnasse velimus, quod illorum ignaviae pa-
um convenit. Sed situs eorum ex Scylace perspicitur, qui eos
d fontes Naronis fluvii ponit; idque etiam ex Arriano patet, qui
angarum, Agrianum regem tamquam e propinquo regionem il-
rum vastasse scribit. In Illyrico ponit illos et Strabo et Appia-
us Princ. Illyric. cui et *Αὐταριεῖς* dicuntur.

*Αὐτομάλακα, χωρίον Λιβύης*] Vide, quae de hac voce
otavit Cl. Salmasius ad Solin. pag. 382.

*Αὐτόμολοι, ἔθνος Αἰθιοπικόν*] Hesychius: *Μοχλοίονας.
ὺς Αὐτομόλους Αἰθίοπες οὕτω καλοῦσι.*

— *Οἱ ἐξ ἀριστερᾶς χερὸς παριστάμενοι βασιλεῖ*] MSS. pro
ρὸς habent *γλώσσης*. inepte. Vide Herodotum lib. II. cap. 30.

*Ἀφάνναι, χωρίον Σικελίας ἄσημον*] Hesychius, *Ἀφάν-*

ναι· χωρίον τῆς Δαμάσκου φυλλῆς. πόρρωθεν. postremum vocabulum existimo proverbium, quod Stephanus refert, respicere.

59 — Ἢ εἰς Ἀφάννας] MSS. ἡ εἰς Α. recte. sc. παροιμία. ita h supra v. Ἄβυδοι, εἰ μὴ, pro ἢ μὴ, simili errore in vulgatis codicibus editur.

Ἀφάκη, πόλις Λιβύης] Alia fuere Ἄφακα in Phoenice, de quibus Eusebius lib. III. de Vita Const. cap. 55. a quibus non longe aberat templum Veneris in parte verticis Libani, quod destrui iussit Constantinus M. quae inde Ἀφακῖτις est dicta. Zosimus lib. I. Ἄφακα χωρίον ἐστὶ μέσον Ἡλιουπόλεώς τε καὶ Βύβλου, καθ' ὃ ναὸς Ἀφροδίτης Ἀφακίτιδος ἵδρυται. *Aphaca locus est inter Heliopolim et Byblum, ubi templum est Veneris Aphacitidis.* Vide omnino quae de hac Venere *Aphacitide* notavit V. Cl. Ioannes Seldenus Syntagm. II. de Diis Syris, cap. 3.

Ἀφείδαντες, μοῖρα Μολοσσῶν, ἀπὸ Ἀφείδαντος βασιλέως] Melius dixisset μοῖρα Ἀρκάδων. Apollonius Rhodius vocat πλῆρον Ἀφειδάντειον lib. I. v. 162. de Aphidamante et Cnepheo Arcadibus:

Ὅτ' Τεγέην καὶ πλῆρον Ἀφειδάντειον ἔναιον.
*Qui Tegeam agrumque Aphedanteum habitabant.*

quod Scholiastes explicat: τὴν βασιλείαν τοῦ Ἀφείδαντος· ὁ γὰρ Ἀλεὸς ἱστορεῖται Ἀφείδαντος υἱὸς εἶναι τοῦ Ἀρκάδος. Ἀφεῖδας δὲ ὁ Ἀρκάδος, ἀρχαῖος ἥρως ἐβασίλευσε Τεγέας· ἀφ' οὗ καὶ ἡ χώρα Ἀρκαδία. *Aphedantis* mentio etiam apud Athenaeum lib. III. pag. 96.

Ἄφεται, πόλις τῆς Μαγνησίας· Ἑλλάνικος. Ὅτι ἐντεῦθεν δευτέραν ἄφεσιν ἡ Ἀργὼ ἐποιήσατο] Quia biduum isthic *Argo* vento adverso impedita tardaverat. Apollonius Rhodius lib. I. v. 59.

Τὴν δ' ἀκτὴν Ἀφέτας Ἀργοῦς ἔτι κικλήσκουσιν.
*Littus hoc adhuc Aphetas Argus vocant.*

Vide similem denominationem infra v. Ἀφόρμιον.

— Ἢ ὅτι ἐκεῖ οἱ Ἀργοναῦται τὸν Ἡρακλέα κατέλιπον] Hanc nominis caussam adfert Herodotus lib. VII. cap. 193. et Apollonii Scholiastes ab lib. I. v. 129.

Ἄφθαλα, καὶ Ἀφθαία, ἡ Ἑκάτη] Salmasius legit, Ἄφθαια καὶ Ἀφθαία.

— Ἔστι καὶ Αὐθίτης νόμος Αἰγύπτου] Salmasius, Ἀφθίτης.

Ἄφιδνα, δῆμος Ἀττικῆς, τῆς Λεοντίδος φυλῆς.

— Ἔστι καὶ πόλις Ἀφίδναι. ἔστι καὶ τῆς Λακωνικῆς] An legendum, ἔστι δὲ τῆς Λακωνικῆς, ut sermo sit adhuc de iisdem *Aphidnis*, quarum ante meminerat. An verisimilius *Aphidnas*,

urbem fuisse *Atticis*, δήμῳ cognomini adiunctam, et sic nihil mutandum. Certe *Ἀφίδνας* numero plurali vocat noster, sive *δῆμον*, sive *πόλιν Attices*, infra v. *Δεκέλεια*. Et Strabo lib. VIII. pag. 362. numero plurium tamquam de oppido videtur loqui, lib. IX. pag. 396. numero singulari tamquam de *δήμῳ*.

— *Ὅθεν ἦσαν αἱ Λευκίππιδες, Φοίβη καὶ Ἱλάειρα*] MS. *Ἐλάειρα*.

*Ἀφνειὸν, πόλις Φρυγίας, πλησίον Κυζίκου, ἢ Μιλήτου πόλεως*] Scribe coniunctim, *Μιλητουπόλεως*. et vide de hac urbe infra v. *Μιλητούπολις*. 60 a

— *Ἡ λίμνη, ἡ περὶ Κύζικον, Αὐνῖτις*] Error operarum. Scribendum, *Ἀφνῖτις*. Meminit huius *lacus* Strabo lib. XIII. pag. 587. ubi docet Zelitas sive Zeliae urbis incolas ab Homero *Ἀφνειοὺς* dici ab *Aphnitide* palude. *Ἀφνειοὺς δὲ*, inquit, *ἀπὸ τῆς Ἀφνίτιδος νομίζουσι λίμνης· καὶ γὰρ οὕτω καλεῖται ἡ Δασκυλῖτις. Aphnios dici censent ab Aphnitide lacu: nam sic etiam appellatur Dascylitis.* Eadem habes apud Eustathium ad Iliad. B. pag. 354. sed ex Strabone.

*Ἀφροδισιὰς, πόλις Κιλικίας, περὶ ἧς Ἀλέξανδρος ὁ Πολυΐστωρ.*

— *Γράφων καὶ ἱστορίας*] Salmasius coniiciebat pro his forte legendum, *Στράβων ἡ ἱστορίας*. Ego contra nihil mutandum censeo. *Alexandrum* enim *Polyhistorem* in libro *de Cilicia* ex *Zopyri* sententia historiam perscripsisse dicit, cur urbi *Aphrodisiadi* nomen a *Venere* inditum. Sensus sibi constat. Nisi forte pro *ἱστορίας* malis legere *ἱστορίαν*.

— *Πέμπτη, μεταξὺ Λυδίας καὶ Καρίας*] Vide infra v. *Νινάη*.

— *Ἡ, Σκυθίας, παραλία, πρὸς τῇ Δηστείᾳ*] MSS. *πρὸς τὴν Δηστείαν*.

— *Ἔστι καὶ Ἀλεξανδρείας*] *Πόλις τῆς Ἀφροδίτης* dicitur Suidae v. *Ἀσκληπιόδοτος*, qui *Ἀλεξανδρεὺς τὸ γένος*, cuius ingenio urbem illam refloruisse dicit.

— *Τὸ ἐθνικὸν Ἀφροδισιεύς*] In nummis non modo *Ἀφροδισιεὺς*, sed et *Ἀφροδεισιεὺς* invenitur. Certe in magno nummo Gordiani in Gazis S. M. Ducis circum figuram muliebrem stolatam, capite modium sustinentem, quam duo Cupidines cum facibus circumvolant, *ΑΦΡΟΔΕΙCIEΩN*. et in alio Decii, apud Eminentissimum Cardinalem Barberinum circum Victoriam quadrigis vectam, *ΑΦΡΟΔΕICIEΩN*. Rursus in alio Franc. Gotifredi circum signum Cupidinis, *ΑΦΡΟΔICIEΩN*.

*Ἀφροδίτης, πόλις κατὰ Ἄθριβιν καὶ Αἰθιοπίαν καὶ Θράκην*] Locus hic multo amplior extat in MSS. ex quibus lege:

Ἀφροδίτης, πόλις ἡ καὶ Ἀφροδιτόπολις, τὸ ἐθνικὸν ἀμφοτέρων Ἀφροδιτοπολίτης· ἔστι καὶ πόλις κατὰ Ἄφριβιν, καὶ Αἰθιοπίαν, καὶ Θρᾴκην.

Ἀφύτη ἢ Ἄφυτις, πόλις πρὸς τῇ Παλλήνῃ Θρᾴκης] MSS. ἢ Ἄφυτος. sed vulgatum rectius est. dicitur autem, πόλις πρὸς τῇ Παλλήνῃ. immo ut Scholiastes vetus Thucydidis ad lib. I. pag. 41. μία πόλις τῶν ἐν Παλλήνῃ ἡ Ἄφυτις. et sic etiam Herodotus lib. VII. cap. 123. Ὁ δὲ ναυτικὸς στρατὸς ὁ Ξέρξεω συντάμνων ἀπ' Ἀμπέλου ἄκρης ἐπὶ Καναστραίην ἄκρην, τὸ
60 δὴ πάσης τῆς Παλλήνης ἀνέχει μάλιστα, ἐνθεῦτεν νέας τε καὶ στρα-
b τιὴν παρελάμβανε ἐκ Ποτιδαίης, καὶ Ἀφύτιος, καὶ Νέης πόλεος, καὶ Αἰγῆς, καὶ Θεράμβω, καὶ Σκιώνης, καὶ Μένδης, καὶ Σάνης. αὗται γάρ εἰσι αἱ τὴν νῦν Παλλήνην πρότερον δὲ Φλέγρην καλεομένην νεμόμεναι. *Nauticus Xerxis exercitus a promontorio Ampeli praecidens mare usque ad promontorium Canastraeum totam fere Pallenam praetervectus est, illinc quoque et naves et milites sumpsit, ex Potidaea, ex Aphyti, ex urbe Nova, ex Aegis, ex Therambo, ex Scionia, ex Menda, ex Sana. Hae sunt urbes sitae in Pallena, Phlegra prius appellata.*

— Ἔσχε δὲ ἡ πόλις μαντεῖον Ἄμμωνος] MSS. μαντεῖον Ἀπόλλωνος. quomodo ante Xylandrum etiam fuit editum. Hic autem reposuit Ἄμμωνος pro Ἀπόλλωνος, idque multis probat in annotationibus ad Plutarchi Lysandrum; quem, capta in Thracia *Aphyti*, Ammonis cultum incolis praecepisse iuxta nocturnum visum, auctor est Plutarchus pag. 444. Vide etiam Iamblichum de Mysteriis Aegyptiorum cap. III.

— Ὁ πολίτης, Ἀφυταῖος] Apud Heraclidem, de Politiis, occurrit Ἀφυταίων.

— Θουκυδίδης α, ἐξ Ἀφύτιος ὁρμώμενος] Lib. I. pag. 41. ubi Scholiastes.

Ἀχαϊτα, παρὰ τὸ Ἀχαιὸς κύριον. Τὸ ἐθνικὸν, Ἀχαιός] Et foemininum Ἀχαιάς, apud Apollonium lib. I. v. 284. ubi Alcimeda:

*Νῦν γε μὲν ἡ τοπάροιθεν Ἀχαιϊάδεσσιν ἀγητή.*
*Nunc vero quae olim eram admirabilis matronis Graeciae.*

— Καὶ τόποι διάφοροι] Apud Scholiasten Apollonii occurrit hoc nomine urbs Cretae, ad lib. IV. v. 175. Ἀχαία ἐστὶ τῆς Κρήτης πόλις, ἐν ᾗ γίνονται Ἀχαϊνέαι λεγόμεναι ἔλαφοι, αἳ καὶ Σπαθιναῖαι καλοῦνται.

Ἀχαιμενία, ἡ Περσικὴ μοῖρα, ἀπὸ Ἀχαιμένους υἱοῦ Αἰγίου] Hinc Gratius in Cyneget. v. 315.

*Sic et Achaemonio cecidisti, Lydia, Cyro.*

Hinc Ἀχαιμενίδαι enumerantur inter Persicas gentes apud Herodotum lib. I. cap. 125. ἐν τοῖσι καὶ Ἀχαιμενίδαι εἰσὶ φῦτρη, ἔνθεν οἱ βασιλέες οἱ Περσέϊδαι γεγόνασι. in quibus et Achaemenidarum tribus, unde reges Persarum sunt oriundi. et lib. IV. cap. 143. ὀνειδίζει Ἀριάσπης ἀνὴρ Ἀχαιμενίδης.

Ἀχάρνα, Ἄστυ τῆς Οἰνηΐδος φυλῆς] Corrige igitur ex hoc loco Pindari Scholiasten, apud quem Nem. Od. X. pag. 343, οἱ γὰρ Ἀχαρνεῖς τῆς Οἰνοπίδος φυλῆς εἰσιν. perperam, pro Οἰνηΐδος.

Ἀχερδοῦς, δῆμος τῆς Ἱπποθοωντίδος φυλῆς. ὁ δημότης, Ἀχερδούσιος] Hinc domo erat Thucydides, non historicus, sed poëta, cuius meminit Marcellinus in vita Thucydidis.

Ἀχελῷος, ποταμὸς Ἀκαρνανίας] Aliis scribitur, Ἀχελῶος.

— Ἐκαλεῖτο δὲ Θόας ὁ ποταμός] Strabonis verba hic auctor respexit, qui lib. X. pag. 450. Ἐκαλεῖτο δὲ Θόας ὁ Ἀχελῶος πρότερον. Achelous quondam Thoas fuit appellatus. 61 a

— Τὸ ἐθνικὸν Ἀχελῳός] Dionysio in Perieg. v. 433. Ἀχελῴϊος, pro Ἀχελῷος, ut ibi Eustathius vult. Sic et Virg. lib. I. Georgic. v. 9.

Poculaque inventis Acheloïa misceat uvis.

Ἀχέρων, Ἀχέροντος] Tzetzes ad Lycophronem pag. 78. Ἀχερουσία δὲ λίμνη ἐστὶν Ἡρακλείας τοῦ πόντου, ὡς καὶ ποταμὸς Ἀχέρων, ὃς νῦν καλεῖται Σωνάντης, etc. et sic alibi.

— Λέγεται καὶ Ἀχερόντειος] Et Ἀχερωνίδες ὄχθαι apud Scholiasten Nicandri pag. 52. ἐτέρας Ἀχερουσίδος ὅρμος, apud Apollonium lib. II. v. 730. et Ἀχεροσιὰς, apud auctorem Carm. Sibyllin. pag. 212.

—— ὅθι οἱ πέλε κύματα μακρὰ
Λίμνης αἰνάου Ἀχέρουσιάδος βαθυκόλπου.

Ἀχίλλειος δρόμος, νῆσος κατὰ τὴν Ταυρικήν] Straboni peninsula dicitur lib. VII. pag. 307. εἴθ' ὁ Ἀχίλλειος δρόμος ἀλιτενὴς χερρόνησος. deinde est Achillius Dromus peninsula in mare porrecta. sic etiam aliis.

— Ἔστι καὶ πόλις ἐν τῷ Σιγείῳ] Herodotus lib. V. cap. 204. meminit Achillei et Sigei, ut oppidorum vicinorum. Apud Scylacem in Troade corrupte legitur Ἀγχιαλεῖον, pro Ἀχίλλειον. Strabo ad Sigeum ponit Achillis ἱερὸν καὶ μνῆμα lib. XIII. pag. 596. et pag. 600. Achilleum pagum dicit exiguum. Ἀχίλλειον δ' ἐστὶν ὁ τόπος, ἐν ᾧ τὸ Ἀχιλλέως μνῆμα, κατοικία μικρά. Videsis Salmasium ad Solinum pag. 869.

— Τὸ ἐθνικὸν Ἀχιλλειώτης καὶ Ἀχιλλείτης] Hinc Ἀχιλλεῖτις χώρα apud Diogenem Laërtium in vita Pittaci. et in Collect.

Olympiadum, Olymp. xxiii. *Περὶ τῆς Ἀχιλλίωδος χώρας καλουμένων Ἀθηναίων καὶ Μιτυληναίων.* scribendum *Ἀχιλλείωδος.* Nam totus iste locus verbotenus ex Diogene Laërtio desumptus est.

*Ἄψυνθος, πόλις Θρᾴκης*] In hac urbe parabatur οἶνος *Ἀψινθίτης*, de quo Dioscorides lib. III. cap. 26. *Κατασκευάζεται δὲ ἐξ αὐτοῦ καὶ οἶνος ὁ λεγόμενος Ἀψινθίτης μάλιστα περὶ τὴν Προποντίδα καὶ Θρᾴκην, ᾧ πρὸς τὰ προειρημένα χρῶνται ἐν ἀσυρεξίᾳ. Vinum denique ex eo paratur, quod Absynthiten vocant, praesertimque in Propontide et Thracia, quo ad male dicta utuntur, si febris abest.* *Ἀψινθίους* Thraciae populos esse etiam docet Tzetzes ad Lycophronem pag. 73.

— *Περὶ οὗ Βῶλος ὁ Δημοκρήτειος*] Xylander pro *Βῶλος ὁ Δημοκρήτειος* legit, uti ex indice eius apparet, *Βῶλος* admodum infeliciter. Nam et Suidae auctor hic *Βῶλος Δημοκρήτειος* dicitur, et Scholiastae Nicandri, in *Βυζάντιος*, qui tamen corruptus est v. *Χιτώνη*, ubi legitur *Βῶλος ὁ Δημο-*
61 *κρίτειος ἐν τῷ περὶ συμπαθῶν καὶ ἀντιπαθῶν* pro *Βῶλος*. Denique MSS. hic a vulgata lectione non abeunt.

— *Τὰ πρόβατα τὰ ἐν τῷ Πόντῳ, τὸ ἀψίνθιον νεμόμενα, οὐκ ἔχει χολήν*] Aelianus refert ex Alexandro Myndio oves in Ponto pinguescere ex amarissimo *absynthio* lib. VI. Hist. Anim. cap. 27. et Dioscorides idem testatur de Cappadociae ovibus lib. III. cap. 27. Quod vero addit noster, *oves absynthio vescentes bile carere*, testatur pariter ex Theophrasto Apollonius Histor. Mirab. cap. XXXI. *Θεόφραστος ἐν τῷ περὶ Φυτῶν τὰ πρόβατα φησὶν καὶ ἐν τῷ Πόντῳ τὸ ἀψίνθιον νεμόμενα οὐκ ἔχει χολήν. Theophrastus De stirpibus, oves in Ponto absynthio vescentes, ait, bile carere.*

*Ἀψυρτίδες, νῆσοι πρὸς τῷ Ἀδρίᾳ*] *Συρτίδες* pro *Ἀψυρτίδες* corrupte apud Tzetzem legitur ad Lycophronem pag. 36.

— *Ἔστι καὶ τόπος ἐν τῷ Εὐξείνῳ πόντῳ Ἄψαρος*]. Ex Marciani Periplo.

— *Καὶ πολ* δὲ νῆσον Ἄψυρτον ἱστορεῖ*]. MSS. *καὶ πόλιν νῆσον A. i. Lego, καὶ πόλιν καὶ νῆσον Ἄψυρτον ἱστορεῖ. Artemidorus* scilicet.

*Ἄωρος, πόλις Κρήτης, ἐπὶ Ἀώρας νύμφης*] Vide infra v. *Ἐλευθέραι*, ubi corrupte *Σάωρος* et *Σαώρης νύμφης* legitur.

— *Μετωνομάσθη δ' Ἐλευθέρα*] Sic Dio urbem hanc appellat principio lib. XXXVI. pag. 8. infra numero plurium *Ἐλευθεραὶ* dicitur.

## B.

*Βαβαὶ, πόλις Λιβύης. Μαρκιανός*] Legend. *Βάβα*, ut Ptolemaeus lib. IV. cap. 1. unde *Marcianus* hauserat. vel potius *Βάββα*, ut infra v. *Ῥάβα* legitur, atque ita constanter habent Plinii codices lib. v. cap. 1. *Altera Augusti colonia est Babba, Iulia Campestris appellata.*

*Βαβύλῃ, ποὶ • ἐν Ὀδρύσαις γ.*] MS. legit: *Βαβύλη πόλις ἐν Ὀδρύσαις.* sine lacuna: sed est contra ordinem literarum. Polybio *Βαβύλα* in Hispania ponitur.

*Βάβρας, πολίχνιον Αἰολίδος ἐγγὺς Χίου.*

— *Ἐν ἀστιγεῖ βιβλίῳ*] Salmasius, *ἐν ἀρινεῖ β.*

*Βαβυλὼν, Περσικὴ πόλις, μητρόπολις, Σελευκία καλουμένη*] Imaro distinctae erant urbes *Seleucia* ad Tigridis et Euphratis confluentes sita, nunc *Bagded* vocata, et *Babylon*, quae solo aequata ante aliquot saecula. Vide Scaligerum ad Eusebium pag. 150. et Petrum Texeram in Itinerario.

— *Βαβυλῶνος ἀνδρὸς κτίσμα παλαίτατον σοφωτάτου παιδὸς Μήδου*] MS. aliter et alio ordine: *Κτίσμα Βαβυλῶνος ἀνδρὸς σοφοῦ παιδὸς Μήδου σοφωτάτου.*

— *Ὡς Ἐρρίνιος*] MSS. *Ἐρίνιος.* et *Errenius*, sive potius *Herrenius* alibi citatur non semel.

*Βαγαδαονία, μοῖρα Καππαδοκίας, νοτιωτάτη.*

— *Τὸ ἐθνικὸν Βαγαδάονες*] *ΒΑΓΗΔΑΟΝΙΩΝ* duo nummi visuntur apud Goltzium. 62 a

— *Ὡς Κατάονες, τῆς Κατανίας*] MSS. explent lacunam, quam Xylander post haec verba notare neglexit, adduntque: *Καὶ ὄρος Βαγίστανον, τὸ ἐθνικὸν Βαγιστανός.* et in MS. recentiori: *Βαγίστανα.*

*Βάδιζα, πόλις τῆς Βριττανίας. Πολ • τρισκαιδεκάτῳ*] Salmasius legit *Πολύβιος.*

*Βαία, ὄρος Κεφαλληνίας, ἀπὸ Βαίου, κυβερνήτου Ὀδυσσέως*] Tzetzes ad Lycophronem pag. 118. *ὁ Βαῖος· οὗτος κυβερνήτης ἦν Ὀδυσσέως, ὃς τελευτήσας ἐτάφη περὶ Σικελίαν. ἀφ' οὗ φησὶ πληθῆναι Βαιὰς τὰς νήσους καὶ πόλεις καὶ τὸν Βαιοῦ λιμένα παρὰ τὴν κατ' Ἰταλίαν ἄορνιν.*

*Βαιταῤῥοῦς, κώμη μεγάλη τρίτης Παλαιστίνης. οἱ κατοικοῦντες, Βαιταῤῥηνοί. ἔστι καὶ πόλις Κελτική.*

*Βαιταῤῥία, ἧς ὁ πολίτης Βαιταῤῥίνης*] Male *Βαιταῤῥία* separatum est a praecedentibus, cum quibus iterum deleta *στιγμῇ τελείᾳ* coniungendum: *ἔστι καὶ πόλις Κελτικὴ Βαιταῤῥία*, quod vidit etiam Cl. Salmasius. Misit ad me numnum illustrissimus Claud.

Fabricius Peireskius, in vico quodam, cui nomen Muro Veteri, *Murveil*, Galliae Narbonensis prope *Beterrensem* civitatem, vulgo *Besiers*, anno MDCXXIX. repertum, in quo legitur, *BHTHPPATΩN*. Unde veterem veramque huius urbis scriptionem perspicimus, quae nunc passim corrupta est apud Geographos. Straboni lib. IV. pag. 182. dicitur *Βίτερα*, sed in MSS. *Βίτερα*, quod olim fuit *Βάτερα*. Ptolemaeo *Βαιτίραι*. Stephano *Βαιτάδδα*. sed huic nummo recte, *BHTHPPA*. Sic Notitia vetus Galliarum, *Beterrensium civitas*. sic Plinius lib. XIV. cap. 6. *Beterrarum intra Gallias consistit auctoritas*. loquitur de vinis, quae apud *Beterras* proveniebant. Tabulae Peutingerorum *Beteris*, a recto, *Beterae*. Antonini Itinerarium *Beterrae*. et sic habent omnes Codd. MSS. apud Plinium teste Surita, et MSS. Codd. Pomponii Melae, quos ego contuli.

*Βαίσαμψα*, πόλις ἐν τῷ Ἀραβικῷ κόλπῳ] *Bethsames* dicitur in Sacris literis.

*Βακκαῖον*, Ἰσπανίας ἔθνος] Puto legendum, *Βακκαῖοι*, ut Suidas, aliique. *Vaccaeis* Latinis.

*Βάκτρα*, πόλις.

— *Καὶ Βακτρία*] Ita Ctesiae dicitur in Excerptis.

*Βάκουροι*, καὶ Βακυριανοὶ, ἔθνος πρὸς Πάρθοις καὶ Μήδοις] Ex ordine literarum, et sequenti voce *Βακυριανοὶ* patet legendum *Βάκυροι*. sed haud dubie iidem, qui *Bactri* et *Bactriani*. Error procul dubio auctori natus est ex similitudine formae duarum literarum, *T* et *T*.

62 b *Βάκχου νῆσος*, καὶ Ἀντιβάκκου] Ἀντιβάκχου.

*Βαλανέαι*, πόλις Φοινίκης, ἡ νῦν Λευκός] Fuit civitas Episcopalis. Episcopii illius Euphrasionis meminit S. Astianus, Apolog. pro Fuga. Et in Chalced. Concil. Act. 1. occurrit Timotheus *Βαλανέων*. ubi versio Latina male habet, *Balaneorum*, quam Syriae Secundae civitatem vocat.

— Ὁ πολίτης, Βαλανεώτης] Recte. Unde et in Goltzii nummo, *BAΛΛANEΩTΩN*, legitur.

*Βάλβουρα*, οὐδετέρως, πόλις Λυκίας] Vide infra v. *Βουβών*.

— Τὸ ἐθνικὸν Βαλβουρεύς] Philippus *Βαλβουρέων* Episcopus occurrit in Concilio Chalcedonensi.

*Βάλδος*, πόλις Φοινίκης.

— Τολοδός] Lege distincte τὸ λοδός.

*Βάλις*, πόλις Λιβύης πρὸς τῇ Κυρήνῃ, ἀπό τινος Βάλεως, οὗ καὶ ἱερὸν ἔχει] Hic est *Baal*, seu *Belus* Phoenicum, qui Punica lingua *Bal* dicebatur. De quo consule Ioannem Seldenum Syntagm. II. cap. 1. de Diis Syris.

*Βάλιον, πόλις Μακεδονίας*] *Βαλοῖον* Galeno, Gentile apud Hippocratem *Βάλιος*.

*Βανανρίδες, Τυρρηνικαὶ νῆσοι*] An non dicere debuit, *Βαλιαρίδες Balearides*. vide infra v. *Γυμνησίαι*. Certe facilis lapsus, *ΒΑΛΙΑ* in *ΒΑΝΑ*.

*Βαρβαλισσὸς, Φρούριον τῆς ἕω τετειχισμένον*] Ptolemaeo et Notitiae dicitur *Βαρβαρισσός*. In Euphratensi provincia ponitur apud Procopium lib. II. de Aedific. Iustin. sed per simplex σ. *Βαρβαλισός*.

— *Τὸ ἐθνικὸν Βαρβαλισσηνός*] Apud Occonem, et ex eo apud Tristanum Tom I. pag. 94. adducitur Augusti nummus, in quo hoc gentile miserę est universum in, *ΒΙΡΡΑΝΑΤΗΝΩΝ*. unde Tristanus facit, *ΒΙΡΘΑΜΑΤΗΝΩΝ*. sed in nummo fuit, *ΒΑΡΒΑΛΙΣΣΗΝΩΝ*.

*Βάρβαρος, οὐκ ἐπὶ ἔθνους, ἀλλ' ἐπὶ φωνῆς ἐλαμβάνετο.*

— *Ὡς Ὅμηρος τοὺς Κᾶρας βαρβαροφώνους*] *Καλεῖ*, aut simile quid desideratur.

— *Ἔστι καὶ χώρα*] Forte: *ἔστι δὲ χώρα*.

— *Παρὰ τὸν Ἀράβιον κόλπον Βαρβαρία*] Salmasius ad Solinum pag. 798. *Barbariam* ad sinum Arabicum negat fuisse sitam, sed extra illum ponit post Troglodytas, Avalitas et Mossulos, sinus Arabici accolas. Verum non modo noster aliter, sed et Arrianus Princip. Peripli maris Erythraei, vide infra v. *Ῥάπται*.

*Βάργασα, πόλις Καρίας.*

— *Λάμος ὁ Ὀμφάλης καὶ Ἡρακλέους*] Vide Ctesiae Excerpta.

— *Τὸ ἐθνικὸν, Βαργασηνός*] In nummo.... apud Franc. Gotifredum circum figuram equestrem, *ΕΠΙΑΤΡ. C.... ΟΝΟC ΒΑΡΓΑCΗΝΩΝ*.

*Βάργυλα, οὐδετέρως, πόλις Καρίας*] Apud Strabonem 63
lib. XIV. pag. 658. vocatur etiam *Βαργυλία*. sed legendum *Βαρ-* a.
*γύλια*· ita enim Strabo lib. XIII. pag. 611. *μέχρι Μύνδου καὶ Βαργυλίων*, et sic Polybius in Excerptis lib. XVII. pag. 769. Locus fuit maritimus.

— *Ἔστι δὲ πλησίον Ἰάσου*] Forte, *Ἰάσσου*. vel, *Ἰασσοῦ*. Nam sic infra h. v.

— *Ὠνομάσθησαν δὲ ἀπὸ Βαργύλου*] Salmasius legit, *ὠνομάσθη δέ*. recte.

— *Καὶ ἡ θάλασσα Βαργυλικὸς κόλπος*] *Βαργυλιακὸς κόλπος* dicitur Constantino Porphyrogennetae lib. I. de Thematibus, cap. 14. *καταλήγει δὲ πρὸς μῆκος ὡς δυσμὰς ἕως αὐτῆς Μηλίτου τῆς πόλεως καὶ τῆς Ἰασσοῦ καὶ τοῦ Βαργυλιακοῦ κόλπου. Desinit*

*autem* (thema Cybyrraeotarum) *in longitudine occasum versus, ad ipsam usque urbem Melitum et Iassum et ad sinum Bargyliacum.* Melae *sinus* hic *Iasius* vocatur et urbs in illo *Bargylos* lib. I. cap. 16.

— Ἐξ αὐτοῦ ὁ πολίτης Βαργυλιάτης] Et Βαργυλιήτης Themistio Ep. xx. et supra v. Αἴγινα. Apud Anonymum Collectorem Olympiadum, Olymp. cxxxvii. Μινεσθεὺς Βαρκυλίτης stadium vicit, ubi legendum existimo Βαργυλιήτης. Apud Grutorum pag. 660. Inscript. 8.

ΕΡΜΙΑΙ
ΒΑΡΓΥΛΙΗΤΗΙ
Λ. ΑΤΕΙΛΙΟϹ
ΚΑΙ. ϹΕΙΛΙΑΝΟϹ
ΦΙΛΩΙ ΚΑΙ
ΤΡΟΦΙΜΩΙ.

Apud Ciceronem lib. XIII. Familiar. Ep. 56. *Bargyletae* vocantur. Suspicor etiam Βαργυληνὸς gentile fuisse. Nam Concilio Constantinopolitano sub Flaviano subscripsit Ioannes Episcopus τῆς Βαρκαληνῶν πόλεως, ἐπαρχίας Καρίας. ubi Βαργυληνῶν corrigendum censeo: ut et paullo ante in eiusdem Concilii Actis. In Actis autem Chalcedonensis, quod paullo post habitum est, Ἑρκανῶν dicitur: quod Latina versio reddit *Parthenopolitanus*, mendose, pro *Parthicopolitanus*. Nam Ioannes Episcopus *Parthicopolis*, Macedoniae Primae, Concilio Chalcedonensi interfuit. Sed ille Graecae subscriptioni sub Flaviano non respondet: neque *Parthicopolis* ad Cariam pertinet. Plinius lib. v. cap. 29. *Macedones Hyrcanos* ponit circa Smyrnam: et *Parthenias* oppidum circa Clazomenem. Denique a *Bargyla*, *Bargyletico campos* dixit Plinius dicto paullo ante loco.

Βαρήνη, πόλις Μηδίας, ἐγγὺς Ἀγβατάνων] Ad verbum haec leguntur in Excerptis Ctesiae: nisi quod isthic hodie Ἐκβατάνων legatur, male. Nam noster supra v. Ἀγβάτανα Ctesiam per *A* urbis nomen semper scripsisse auctor est.

63 Βαρήτιον, χωρίον πρὸς τῷ Ἀδρίᾳ] *Valetium* Pomp. Me-
b lae dicitur lib. II. cap. 4.

— Ὡς Βρεντεσῖνος] Βρεντησῖνος infra h. v.

Βάρις, πόλις] Hesychius: Βάρις· πλοῖον, ἢ τεῖχος, ἢ στοά, ἢ πύργος. et Suidas: Βάρεις· πλοῖα, τεῖχη, στοαὶ, αὐλαὶ, πύργοι, σφαῖραι.

Βαρκάνιοι, ἔθνος τοῖς Ἑρκανοῖς ὅμορον] Meminit horum Ctesias in Excerptis.

Βάρκη, πόλις Λιβύης, ἥ τις καὶ Πτολεμαΐς.

— Καὶ Βάρκαιον τὸν Λίβυν, φασὶ Βάρκαιον ἔθνος] Locus

corruptus. MSS. K. B. v. Α φ. Βάρκαιον ἔθνος. et eodem modo editio prior: ut illud ἔθνος sit e Xylandri correctione, in qua sensum desidero. Sequentia enim non cohaerent. Quid si legamus: καὶ Βάρκαιον ὄχον. et Barcaeum currum. Cum quo optime conveniunt sequentia: οἱ τὰς ἱπποτροφίας παρὰ Ποσειδῶνος, ἡνιοχεῖν δὲ παρὰ Ἀθηνᾶς ἔμαθον. qui a Neptuno equorum alendorum rationem, a Minerva aurigandi artem didicerunt. Hesychius: Βαρκαίοις ὄχοις· Λιβυκοῖς, οὗτοι γὰρ ἐσπούδαζον περὶ ἱπποτροφίαν. φασὶ δὲ αὐτοὺς καὶ πρώτους ἅρμα ζεῦξαι διδαχθέντας ὑπὸ Ποσειδῶνος· τὸ δὲ ἡνιοχεῖν ὑπὸ Ἀθηνᾶς, ὡς Μνασέας ἐν τοῖς περὶ Λιβύης. Sophocles in Electra pag. 114. μέτωπα συμπαίουσι Βαρκαίοις ὄχοις· Frontes collidunt Barcaeis curribus. ubi Scholiastes: Βαρκαίοις· τοῖς Λιβυκοῖς. Βάρκη γὰρ πόλις Λιβύης, ἡ νῦν Πτολεμαΐς καλουμένη. Vide Ioannem Meursium de Sophoclis Tragoediis v. Αἰχμαλώτιδες.

Βαρύγαζα, ἐμπόριον Γεδρωσίας] Immo Indiae, ut patet ex Arriani Περίπλῳ. Puto eamdem civitatem esse, quae Straboni Βαργόση dicitur: uti pariter putavit Ortelius. Unde domo fuit Zarmanochagas Philosophus, qui se vivum Athenis combussit, secundum patriam Indorum consuetudinem. Vide Strabonem lib. 15. pag. 720.

— Βαριγαζηνοί] Βαρυγαζηνοί.

Βασανίσαι, ἔθνος Θρᾴκιον ἀπὸ τῆς ὁ Βασανίσης εὐθείας. Τινὰ δὲ τῶν βιβλίων Βανίσαι ἔχουσι τρισυλλάβως] Forte pro Βανίσαι legendum, Βασάναι. ut et Suidae visum. unde Βασανῖτις χώρα apud Suidam.

Βαστάρναι, ἔθνος ὑπὲρ τὸν Ἴστρον οἰκοῦν] Apud Appianum principio Illyricorum Βαστέρναι vocantur, Straboni Βαστάρναι dicuntur Germanici generis lib. VII. pag. 306. aliis vero Gallici. Sed res eodem redit. Galli enim et Germani permixti antiquitus. Vide, quae de Βαστάρναι origine notavit Henricus Valesius ad Excerpta Appiani apud Porphyrogennetam pag. 70.

*Δαυλὶς, πόλις Φωκίδος, ἐν ᾗ τὰ κατὰ Πρόκνην καὶ Φιλομήλην*] Emendandus Scholiastes Graecus Epigrammatum lib. I. pag. 22. in Fabula Terei, apud quem perperam *Διωλίδος* legitur pro *Δαυλίδος*. Corrupta itidem haec vox apud Dicaearchum.

— Ὅμηρος· Δαυλίδα καὶ Πανοπῆα] Finis versus 520. Iliad. B.

— Οἱ δ' ὕστερον Δαυλῖ φασι] Salmasius pro Δαυλῖ, quod est in MSS. vult Δαυλίαν, quomodo vocatur Thucydidi lib. II. pag. 118. Ὁ μὲν ἐν Δαυλίᾳ τῆς Φωκίδος νῦν καλουμένης γῆς ὁ Τηρεὺς ᾤκει τότε ὑπὸ Θρᾳκῶν οἰκουμένης. *Tereus Dauliam, eius terrae, quae nunc Phocis vocatur, incoluit, tunc a Thracibus habitatam.* et Cononi Narrat. XXXI. apud Photium, pag. 440. Τηρεὺς βασιλεὺς Θρᾳκῶν, τῶν περὶ Δαυλίαν καὶ τὴν ἄλλην Φωκίδα ἄγεται Πρόκνην γυναῖκα τοῦ Πανδίονος βασιλεύοντος Ἀθηνῶν. *Tereus Thracum rex, eorum, qui ad Dauliam caeteramque Phocida pertinent, uxorem duxit Procnen, Pandionis Athenarum regis filiam.* Quod confirmat Pausanias lib. I. pag. 77. Ἐβασίλευσε δὲ ὁ Τηρεὺς, ὡς μὲν λέγουσιν οἱ Μεγαρεῖς, περὶ τὰς πηγὰς τὰς καλουμένας τῆς Μεγαρίδος. ὡς δὲ ἐγώ τε δοκῶ, καὶ τεκμήρια ἐς τόδε λείπεται, Δαυλίδος ἦρχε τῆς ὑπὲρ Χαιρωνείας. *Regnavit autem Tereus, ut Megarenses dicunt, circa Pegas, quae Megaridis appellantur: uti vero ego existimo atque indicant, quae adhuc exstant eius regni vestigia, Daulide supra Chaeroneam.* sic enim reddendum fuit Πηγάς, non *fontes*, ut facit interpres, qui non animadvertit oppidi nomen esse. Plutarchus Δαύλειαν vocat lib. de Orac. defectu pag. 437. quomodo olim Eustathius hic legit: sic enim ad Homeri Iliad. B. pag. 274. commentatur: Οἱ δὲ ὕστερον, Δαύλειαν αὐτὴν φασι προπαροξυτόνως, καὶ διὰ διφθόγγου, 93
ὡς ὁ τὰ ἐθνικὰ γράψας λέγει. Παυσανίας δέ φησιν ἐν ἰῶτα. διὸ b
πολίτης αὐτῆς Δαυλιεὺς καὶ Δαύλιος καὶ Δαυλίδιος. Sed noster Strabonem expressit, qui lib. IX. pag. 423. Ὅμηρος μὲν οὖν Δαυλίδα εἶπεν, οἱ δ' ὕστερον, Δαυλίαν. *Porro quam Homerus Daulidem vocat, posteriores Dauliam dixerunt.*

— Διὸ λέγεται καὶ Δαυλὶς] Eustathius d. l. Δαυλία.

— Ὁ πολίτης Δαυλιεύς· Δαυλιεῦσι δὲ ἱερὸν Ἀθηνᾶς, καὶ ἄγαλμα ἀρχαῖον] Verba sunt Pausaniae lib. X. pag. 616.

— Ἀπὸ δὲ τοῦ Δαυλὶς, τὸ ἐθνικὸν Δαυλίδος] Lege: Δαυλίδιος. sic Eustathius d. l. vide supra v. Αὐλὶς et infra v. Ψωφίς.

Δαύνιον, πόλις Ἰταλίας. Λυκόφρων· Ὑπὲρ Λατίνους, Δαυνίους τ' ᾠσισμένην] Ὠικισμένην. Lycophron pag. 186.

— Καὶ Δαυνικὴ κατὰ συγκοπὴν, ἀπὸ τοῦ Δαυνῖται] Salmasius legit, Δαυνῖται. Verissima emendatio. Nam sic Lycophron pag. 165.

*Τοῖς δ' ἀκτέριστον σῆμα Δαυνῖται νεκρῶν*
*Στήσουσι.*
*Ipsisque carens exsequiis Daunitae monumentum*
*Statuent.*

— Ἔστι καὶ Δαύνιον τεῖχος Θρᾴκης] Scylax pag. 135. Δαμινὸν τεῖχος corrupte; et puto Δαύνιον esse Nicetae, Cedreni aliorumque.

Δαύσαρα, πόλις περὶ Ἔδεσσαν] Corruptum urbis nomen apud Procopium lib. II. de Aedif. Iustiniani pag. 21. ubi Δανσάρων pro Δαυσάρων editur.

— Ἀναρηνός] Αὐαρηνός.

Δάφνη, προάστειον ἐπισημότατον τῆς ἕω Ἀντιοχείας μητροπόλεως] Legendum, τῆς ἑῴας Ἀντιοχείας. Et sic legit quondam Eustathius, ad Dionysium pag. 118. Ὁ δὲ τὰ ἐθνικὰ γράψας προάστειον ἐπισημότατον τῆς ἑῴας Ἀντιοχείας τὴν Δάφνην ταύτην εἰπὼν, λέγει καὶ ἄλλην εἶναι Δάφνην χωρίον Λυκίας.

— Τὸ ἐθνικὸν, Δαφνίτης] Legendum, Δαφνήτης, vide regulam v. Σίδη.

— Καὶ Δαφνητικὸν, κτητικόν] Et Δαφνικόν. Unde *Daphnici mores* in Epistola Marci Antonini apud Iulium Capitolinum in Avidio Cassio, pro *corruptis*.

— Ἔστι καὶ λιμὴν Δάφνη, φαινομένη ἐπὶ τῷ στόματι τοῦ Πόντου ἐν δεξιᾷ ἀναπλέοντι] Lege: Ἔστι καὶ λιμὴν Δάφνη μαινομένη, et sic iam olim legit Petrus Gyllius, quando vertit: *Daphne Insana portus est iuxta os Ponti, in dextro littore constitutus navigantibus ad pontum.* Lectionem confirmat Arrianus in Periplo Ponti Euxini sub finem: Ἐκ δὲ Κυανέων ἐπὶ τὸ ἱερὸν τοῦ Διὸς τοῦ Οὐρίου ἵνα περ τὸ στόμα τοῦ ποντου στάδιοι τεσσαράκοντα ἐνθένδε εἰς λιμένα Δάφνης τῆς μαινομένης καλουμένης στάδιοι τεσσαράκοντα. *A Cyaneis ad Fanum Iovis Urii, ubi os Ponti, quadraginta stadia. Inde ad portum Daphnae, quae Insana*
94 *dicitur, quadraginta stadia.* Apollonius Rhodius lib. II. v. 166.
a Δάφνην νεάτην vocat. ad quem locum videnda quae ex Andraeda Tenedio et Apollodoro adferuntur a Scholiaste. Ptolemaeus Hephaestion apud Photium pag. 477. appellat Ῥοδοδάφνην. Sed vise de hoc loco Petrum Gyllium lib. II. de Bosporo Thracio cap. 21. et imprimis lib. III. cap. 6.

Δαφνοῦς, Φωκικὴ πόλις, ἀρσενικῶς λεγομένη.

— Ἔστι καὶ Δαφνούσιον πρὸς τῷ Ῥηγίῳ, πλησίον τῆς Θρᾳκῶν γῆς] Nicephorus P. CP. Brev. Hist. pag. 211. Δαφνουσίαν vocat castellum, ut ipse ait, munitissimum ad Pontum, haud procul ab ostio Bospori Thracii. quod perperam *Danupsia* vertitur in Hist. Misc. lib. XXII. cap. 35. *Regii* autem istius prope Constantinopolin meminit quoque Hieronymus.

Δαχαρηνοὶ, ἔθνος Ἀραβίας] Horum mentio infra v Δουσαρή.

— Σημαίνει δὲ τὸ Δαχαρηνοὶ ἀρσενικῶς] Scribe, ἀρσενι-

*κοί*. Eustathius ad Dionys. pag. 122. *Ὁ δὲ τῶν ἐθνικῶν ἀναγραφεὺς λέγει, ὅτι καὶ Δαχαρηνοὶ τὸ τοιοῦτον ἔθνος ἐκλήθη, ὅ ἐστιν ἀρσενικοί*. et sic voluit etiam Cl. Salmasius. Io. Seldenus Syntagm. II. de Diis Syris cap. 4. legit *ἀρσενικούς*.

*Δεσιλοὶ, ἔθνος Θρᾳκικόν*] Hoc nomen corruptum ex ordine literarum apparet. Forte legendum, *Δεξιλοί*.

*Δειπνιὰς, κώμη Θεσσαλίας*.

— *Δειπνιὰς ἔνθέν μιν δεδείχαται*] MSS. *δειδείχαται*. an, *ἔνθέν μιν δὲ δεδείχαται*.

*Δεκέλεια, δῆμος τῆς Ἱπποθοωντίδος Φυλῆς, ἀπὸ τοῦ ἡγησαμένου τοῖς Διοσκούροις εἰς Ἀφίδνας*] MSS. *ἀπὸ Δεκέλου τοῦ ἡγησαμένου*, etc. quod V. CL. Ioannes Meursius iam olim hic inserendum censuit. Nam ab hoc *Decelo* sunt *Decelenses* dicti. *Deceli* Historiam vide apud Herodotum lib. IX. cap. 72.

— *Ὁ δημότης, Δεκελειεύς*] Apud Lysiam Orat. XXII. scribuntur *Δεκελεῖς* aliquoties.

— *Τὰ γὰρ ἀπὸ ὀξυτόνων εἰς α, ῆ εἰς η γιγνόμενα, διὰ τοῦ ηθεν ῆ αθεν προπερισπᾶται*] Apud Herodotum d. l. commemoratur *Σωφάνης ὁ Εὐτυχίδεω, ἐκ δήμου Δεκελῆθεν. Sophanes Eutychidis e populo Decelensi.* Huc etiam pertinet *Δεκελικὸς*, quod legitur apud Strabonem lib. IX. pag. 396. Plutarchum Apophthegm. Reg. Lysiam dicta Orat. Apud Athenaeum lib. II. pag. 62. bis legitur, *Δεκελεικὸν ὄξος*. sed *Δεκελικὸν* scribendum ostendit natura versus,

*Ὄξους Δεκελικοῦ, δι' ἀγορᾶς μέσης ἄγεις*.

*Δεκίητον, πόλις Ἰταλίας*] *Deciatum* Melae lib. II. cap. 5. in finibus Provinciae.

*Δελματία, Ἰταλίας χώρα*] Videtur legendum *Ἰλλυρίας χώρα*. nisi truncatus sit locus, et olim fuerit: *Δελματία μεταξὺ* 94
*Ἰλλυρίας καὶ Ἰταλίας χώρα*. De Orthographia vocis, vide quae b
notata supra v. *Δάλμιον*.

*Δέλτα, πόλις πρὸς τῇ Συρίᾳ, καὶ νῆσος Αἰγύπτου, ὡς Ἔφορος, κατ' Αἰγυπτίους καλουμένη Πτίμυρις, ἀπὸ τῆς τοῦ σχήματος ὁμοιότητος*] Forte leg. *Πύραμις*, nisi sequentia tantum ad *Delta* referre velis.

*Δελφοὶ, πόλις ἐπὶ τοῦ Παρνασσοῦ*.

— *Ἔργον Ἀγαμήδους καὶ Τροφωνίου*] Homerus Hymno in Apollinem:

*Λάϊνον οὐδὸν ἔθηκε Τροφώνιος ἠδ' Ἀγαμήδης*
*Υἱέες Ἐργίνου*.
*Lapideum limen posuerunt Trophonius et Agamedes*
*Filii Ergini*.

Cicero I. Tuscul. Quaest. cap. 47. *Simili precatione Trophonius*

*et Agamedes usi dicuntur: qui cum Apollini Delphis templum aedificassent: venerantes Deum, petierunt mercedem non parvam quidem operis et laboris sui, nihil certi, sed quod esset optimum homini; quibus Apollo se id daturum ostendit, post eius diei tertium: qui ut illuxit, mortui sunt reperti.*

— Ἐκλήθησαν δὲ Δελφοὶ, ὅτι Ἀπόλλων συνέπλευσε δελφῖνι εἰκασθείς] Plenius haec cognosce ex Tzetze ad Lycophronem pag. 43. et Homero, Hymno in Apollinem, in quo Apollo Δελφίνιος, et ara eius Δέλφειος dicitur:

Ὡς ἐμοὶ εὔχεσθαι Δελφινίῳ· αὐτὰρ ὁ βωμὸς
Αὐτὸς Δέλφειος.
*Sic me precamini Delphinium: sed ara*
*Ipsa Delphia.*

Sed de *Apolline Delphinio* mox plura. Inde autem est, quod *Delphini* innatans *Apollo* repraesentetur in nummis: qui videantur apud Goltzium.

Δελφίνιον, φρούριον Χίων, ὡς Θουκυδίδης ὀγδόῃ· τὸ ἐθνικὸν Δελφίνιος] Meminit huius et alius adhuc *Delphinii* Harpocratio. Δελφίνιον χωρίον ἐν Χίῳ, ὡς Θουκυδίδης ἐν τῇ ὀγδόῃ· ἕτερον δ' ἐστὶν Δελφίνιον Ἀθήνησι ἱερὸν Ἀπόλλωνος, ἔνθα ἦν καὶ τὸ ἐν Δελφινίῳ δικαστήριον. Δημοσθένης, ἐν τῷ πρὸς Βοιωτόν. De posteriori Etymologus v. Ἐπὶ Δελφινίῳ. Δικαστήριον Ἀθήνησιν, ἐπὶ τῶν ὁμολογούντων φόνους δεδρακέναι· οἱ δέ φασιν, ὅτι Κρητῶν χειμαζομένων, εἰκασθεὶς Δελφῖνι ὁ Ἀπόλλων ἔσωσεν αὐτοὺς εἰς τὴν Ἀττικὴν κομίσας. ἀνθ' ὧν Ἀπόλλωνι Δελφινίῳ ἱδρύθη ἱερόν· ὕστερον δὲ δικαστήριον γενέσθαι τῶν φονικῶν· ἐν ᾧ καὶ Θησέα κεκρίσθαι ὑπὲρ τῶν φόνων τῶν περὶ Σκείρωνα καὶ Σίνιν. Apollinis Δελφινίου meminit d. l. Homerus. Lycophron pag. 42.

Δελφινίου παρ' ἄντρα κερδῴου θεοῦ.
*Iuxta Delphini lucrosi antrum Dei.*

licet Tzetzes derivet a *Delphis*. Strabo lib. IV. pag. 179. τοῦ Δελφινίου *Apollinis* fanum etiam Massiliae in arce fuisse dicit. Δελφινίου *Apollinis* meminit epigramma hoc ineditum Rhiani, in Bibliotheca Eminentiss. Card. Barberini.

95 a Παῖς Ἀσκληπιάδεο καλῷ καλὸν εἵσατο Φοίβῳ
Γοργὸς ἀφ' ἱμερτᾶς τοῦτο γέρας κεφαλᾶς.
Φοῖβε σὺ δ' ἵλαος Δελφίνιε κοῦρον ἀέξοις
Εὔμοιρον λευκὴν ἄχρις ἐφ' ἡλικίην.

Δελθάνιοι, πόλις μία τῶν περιμαχήτων Μεσσηνίων, καὶ Λακεδαιμονίων] Ordo literarum postularet, ut scriberetur proxime, Δελχάνιοι. praecessit enim Δελφίνιον. sed tales nusquam inveniuntur. Quare nullus dubito, quin Stephanus scripserit,

*Δενθάλιοι.* idque ex Tacito, qui lib. IV. Ann. cap. 13. ubi veterem Lacedaemoniorum Messeniorumque controversiam super iure templi Dianae Limenetidis commemorat sub Tiberio renovatam: *Messenii veterem inter Herculis posteros divisionem Peloponnesi protulere, suoque regi Dentheliatem agrum, in quo id delubrum* (Dianae Limenetidis) *cessisse: monimentaque eius rei sculpta saxis et aere prisco manere.* Quae ipsissima illa lis est, quam hoc loco Stephanus fuisse dicit inter Messenios et Lacedaemonios super urbe *Denthaliis.* Templum enim illud, cum celebratioris esset numinis, haudquaquam verisimile sine urbe fuisse, immo urbem ab hoc templo sumpsisse originem admodum probabile videtur. Cum autem ager circa hanc urbem *Dentheliates* sit dictus, quid clarius, quam urbem ipsam dictam *Δενθαλίους* vel *Δενθηλίους.* Et ne Tacitum potius ex Stephano, quam ex Tacito Stephanum emendandum censeam, ordo literarum facit, qui τὸ *Δελθάνιοι* clamat esse corruptum. Pro *Μεσσηνίων* autem καὶ *Λακεδαιμονίων*, lego: *Μεσσηνίοις καὶ Λακεδαιμονίοις*, et verto: *Denthalii, urbs una earum, de quibus pugnatum inter Messenios et Lacedaemonios.* Sic Eustathius ad Homeri Iliad. B. pag. 285. ἣν δέ φασι περιμάχητος *Ἀθηναίοις καὶ Μεγαρεῦσι ἡ Σαλαμίν.* et infra v. *Φία* restituendum: *Φία, πόλις τῶν περιμαχήτων Μεσσηνίοις καὶ Λάκωσιν.* vulgo corrupte legitur τοῖς περὶ μάχην.

*Δεξαμεναὶ, μέρος τῆς Ἀμβρακίας, ἀπὸ Δεξαμένου τοῦ Μεσόλου παιδὸς, καὶ Ἀμβρακίας ἧς θυγατρὸς Φόρβαντος, τοῦ Ἡλίου*] Suidas v. *Φορβαντεῖον*, *Phorbantem* dicit Neptuni filium. Hyginus lib. II. Astronomic. cap. 14. *dicitur Phorbas Triopae filius ex Hyocla Myrmidonis filia natus.*

*Δεξάροι, ἔθνος Χαόνων, τοῖς Ἐγχελέαις προσεχεῖς.*

— *Ἄμηρον ὄρος*] Leg. *Ἄμυρον ὄρος.* vide supra v. *Ἄμυρος.*

*Δέῤῥα, τόπος Λακωνικῆς.*

— *Καὶ τοὺς δημότας Δειρατιώτας*] An non scribendum *Δειραδιώτας.* Certe paullo ante v. *Δειράδες*, scribitur *Δειραδιώτης.*

*Δέρβη, φρούριον Ἰσαυρίας, καὶ λιμήν. ὁ κατοικῶν, Δερβήτης*] Supra v. *Ἄβαι*, scribitur *Δερβίτης.*

— *Λέγεται δ' ἴσως καὶ Δέρφεια*] Lege, *Δέρβεια.* Hoc enim in aliis fit sexcentis.

— *Καπίτων δὲ Δέρβην φησί*] Is. Casaubonus legit, *Δέλβην.* 95

*Δελβίκκαι, ἔθνος πλησίον τῶν Τρκανῶν*] Scribe per κ b simplex, *Δελβίκαι*, uti patet ex sequentibus, in quibus *Apollonium* dicit per duplex κκ scribere. Nec dubito, quin ita scribendum sit apud Aelianum lib. IV. Var. Hist. cap. 1. ubi in vulgatis legitur *Βερβίκκαι*

— *Ἀπολλώνιος δὲ δὶς τὸ κκ γράφει*] Ita facit et Ptolemaeus,

apud quem lib. VI. Geogr. cap. 10. καὶ κατέχουσι αὐτῆς τὰ μὲν πρὸς τῷ Ὀξῳ ποταμῷ Δερβίκκαι. *Tenent autem regionem, quae penes Oxum est, Derbiccae.*

— Κτησίας δὲ Δερβίους αὐτούς φησιν, ἢ Τερβισσούς] Hodie tamen in Excerptis Persicis Ctesiae apud Photium pag. 109. appellantur Δέρβικες aliquoties, et sic vocantur pariter apud Strabonem lib. IX. pag. 520. ubi de *Derbicibus* idem narrat, quod Aelianus d. l. de *Derbiccis*; nimirum illos iugulare solitos, qui septuagesimum aetatis annum excessissent. Puto hos Δερκεβίους appellari a Dionysio in Perieg. v. 738.

Δερκέβιοι δ' ἑτέρωθεν ἐφ' ὕδασι Κασπίοισι.
*Dercebii autem ex altera parte ad undas Caspias.*

Nisi scripserit Δερβέκιοι. Nec alios existimo Δυρβαίους, qui describuntur infra. ubi cum adducatur *Ctesiae* auctoritas ex lib. X. Persicorum, inducor ut hic pro Δερβίους scribendum existimem Δυρβίους, vel Δυρβαίους. pro Τερβισσούς vero Δερέβους, quod legitur in Cod. Palat. apud Ptolemaeum, aut Δεριβικούς.

Δέρεα, πόλις Ἀρκαδίας] Anne eadem, quae Δέραι, ad quas pugnatum inter Spartanos et Messenios anno primo post horum defectionem scribit Pausanias lib. IV. pag 244.

— Τὸ ἐθνικὸν Δερεεύς, ὡς Ἡραιεύς· Ἀρκαδίας γὰρ ἀμφότεροι] MSS. rectius: ἀμφότερα.

Δήλιον, πολίχνιον Βοιωτίας ἐν Τανάγρᾳ, καὶ ἱερὸν Ἀπόλλωνος] Harpocratio v. Ἐπὶ Δηλίῳ μάχῃ. Δήλιον χωρίον ἐστὶ τῆς Βοιωτίας. ἐνταῦθα Ἀθηναῖοι μαχόμενοι ἐνικήθησαν ὑπὸ Βοιωτῶν. *Delium locus est Boeotiae, ubi Athenienses praelio victi sunt a Boeotis.* quae descripta verbotenus exstant etiam apud Etymologum. Meminit Plutarchus lib. de Genio Socratis pag. 581. Ἐν τῇ διώξει περὶ Δήλιον. *In fuga apud Delium.* Diogenes Laërtius in Vita Socratis: Ξενοφῶντα ἀφ' ἵππου πεσόντα ἐν τῇ κατὰ Δήλιον μάχῃ διέσωσεν ὑπολαβών. *Xenophontem ex equo labentem* (Socrates) *in ea pugna, quae ad Delium commissa est, exceptum servavit.* Templum autem hic fuisse Diodorus testatur in Excerptis apud Constant. Porphyrogennetam pag. 297. Τὸ Δήλιον ἱερὸν ἦν, οὐ μακρὰν ἀπέχον τῆς Χαλκίδος. *Templum est non longe a Chalcide, quod Delium appellatur.* Nomen autem huius loci
96 corruptum est apud Theodoretum in Therapeut. Serm. XII. pag.
a 169. ubi de Socrate: ἐν Ποτιδαίᾳ καὶ ἐν Δήλῳ, legendum ἐν Δηλίῳ. Similiter vox haec restituenda Proclo est in Timaeum lib. I. pag. 20. Item Aeliano lib. III. Var. Hist. cap 17. Fuit et Naxiorum castellum hoc nomine, ut testatur Plutarchus de Virtut. Mulier. pag. 254.

Δῆλος, νῆσος μία τῶν Κυκλάδων.

— *Δῆλον ἐκυκλώσαντο, καὶ οὔνομα Κυκλάδες εἰσίν*] Versus e Periegesi Dionysii 526.

— *Ἢ παρὰ τὰς γονὰς, ἢ μαντείας*] Duo ultima vocabula *ἢ μαντείας*, rectius hoc loco expungerentur, quippe quae mox suo loco referentur; nec agnoscit Eustathius, qui sua hinc deprompsit.

— *Ἐκαλεῖτο δὲ Κύνθος ἀπὸ Κύνθου, τοῦ Ὠκεανοῦ*] *Delos* non *Κύνθος* appellata est, sed *Κυνθία*. Plinius lib. IV. cap. 12. *Ipsaque longe clarissima, Cycladum media, templo Apollinis et mercatu celebrata, Delos: quae diu fluctuata, ut proditur, sola motum terrae non sensit ad M. Varronis aetatem. Mutianus prodidit bis concussam. Hanc Aristoteles ita appellatam prodidit, quoniam repente apparuerit enata. Aeglosthenes Cynthiam, alii Ortygiam, Asteriam, Lagiam, Chlamydiam, Cynethum, Pyrpilen, igne ibi primum reperto. Cingitur quinque millibus passuum, assurgit Cyntho monte.* Dicta autem est *Cynthia*, non a fabuloso, nescio quo, heroë *Cyntho*, ut vult noster, sed a *Cyntho* huius insulae monte. Unde Plinius, *assurgit Cyntho monte.* et Homerus Hymno in Apollinem:

*Ἄλλοτε μέν τ' ἐπὶ Κύνθου ἔβησας παιπαλόεντος.*
*Interdum quidem Cynthum ascendisti saxis asperum.*

— *Καὶ Ἀστερία*] Plinius d. l. Callimachus Hymno in Delum v. 37.

—— *οὔνομα δ' ἦν σοι*
*Ἀστερίη τὸ παλαιόν.*
—— *nomen tibi erat*
*Ab antiquo Asteria.*

Scholiastes Apollonii ad lib. I. v. 308. *Δῆλος, μία τῶν Κυκλάδων νήσων ἱερὰ Ἀπόλλωνος, ἡ πρὶν μὲν Δῆλος, ὕστερον δὲ Ἀστερία, διὰ τὸ σχῆμα. πάλιν δὲ Ὀρτυγία ἀπὸ τῆς ἀδελφῆς τῆς Λητοῦς.* Hesychius, *Ἀστερίη, ἡ Κρήτη καὶ ἡ Δῆλος οὕτως ἐκαλοῦντο.*

— *Καὶ Πελασγία*] Hoc nomen neque pro sincero retinendum, neque pro corrupto reiiciendum pronuntiare ausim. Certe Plinius d. l. *Lagiam* dictam fuisse auctor est, non *Pelasgiam*. Quod ne cui corruptum videatur, prohibet Solinus, qui iam olim sic in Plinio legit cap. XI. *Eadem est Ortygia, quae clarissima in Cycladum numero multifarie traditur: nunc Asteria a cultura Apollinis: nunc a venatibus Lagia vel Cynetho: Pyrpile etiam, quoniam et ignitabula ibi et ignis inventa sunt.* Rursus multis locis *Pelasgiae* nomen haesisse, ex *Pelasgorum* erroribus, negari 96 nullo modo potest. b

— *Κεκλῆσθαι δὲ αὐτὴν καὶ Σκυθιάδα, Νικάνωρ φησὶν*]

Unde, quaeso, hoc nomen insulae haesit? an quod Apollo Cynthius idem fuerit creditus, qui Apollo Hyperboreus, *Scythicum* numen? Caeterum praeter nomina, quae et a nostro et a Plinio enumerantur, *Delus* adhuc alia habuit; ut *Ἀγαθούσης*. Hesychius, *Ἀγάθουσα, ἡ Δῆλος ἐκαλεῖτο πρότερον*. ut *Ὀρτυγίας*, de quo Scholiastes Apollonii loco paullo ante adducto: et ad lib. I. v. 419.

— *Ἐξ αὐτοῦ Δήλιος, καὶ Δηλία, καὶ Δηλιὰς, καὶ Δηλίτης*] Et *Δηλιάτης*, apud Pyrrh. Ligor. extat pulcherrimus nummus M. Aurelii Augusti et Commodi Caesaris cum duobus Copiae cornubus; in cuius aversa templum monti impositum cum inscriptione, *ΜΑΝΤΕΙΟΝ ΔΗΛΙΑΤΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ*. Item alius Antonini Pii, in quo circum caput ipsius imperatoris, *ΑΝΤΩΝ. ΡΟΜΤΛΟΥ. ΒΑϹΙΛΕΩϹ*. inversa lupa lactans Romulum et Remum, et subtus lyra Apollinis cum inscriptione, *ΚΟΙΝΟΝ ΔΗΛΙΑΤΩΝ*. Item duo alii, unus M. Antonini circum lyram, alter L. Veri circum tripodem, habent, *ΔΗΛΙΑΤΩΝ*. Ab hac insula denominati etiam *Δηλιασταὶ*, Theori isti, qui ab Atheniensibus quotannis mittebantur in insulam *Delum*, ut Apollinis Parasiti essent. Hesychius, *Δηλιασταὶ, οἱ εἰς Δῆλον πεμπόμενοι θεωροί*. Sed vide, quae de his notata Samueli Petito ad Leg. Atticas pag. 91. et aliis.

*Δημητριὰς, πόλις Θεσσαλίας, ἀπὸ Δημητρίου βασιλεύσαντος, καὶ τὰς ὑπὸ τὸ Πήλιον κειμένας πόλεις κατέσκαψε*] Puto rescribendum *βασιλέως, ὃς καὶ τὰς ὑπὸ τὸ Πήλιον*, etc. aut saltem pro *καὶ* leg. *ὅς*, sensu hoc flagitante, idemque Cl. Salmasio visum.

— *Κεῖται δὲ πρὸς Παγασητικῷ κόλπῳ ἐν μέσῳ Εὐβοίας καὶ Φωκίδος*] Hic locus tanto errori involutus est, ut nesciam a quibus committi potuerit. Certe non Stephanus, non Mutilator eius dicere potuerunt *Demetriadem* in Euboea aut Phocide sitam, a quibus toto coelo dissitam nemo Graeculus nesciebat. Reponendum igitur: *ἐν μέσῳ Νηλίας, καὶ Παγαζῶν*. Strabo lib. IX. pag. 436. *Ἔκτισε δὲ Δημήτριος ὁ Πολιορκητὴς ἐπώνυμον ἑαυτοῦ τὴν Δημητριάδα μεταξὺ Νηλίας καὶ Παγαζῶν ἐπὶ θαλάσσῃ. Demetrius Poliorceta condidit et a se denominavit Demetriadem ad mare inter Neliam et Pagasos.*

— *Γ, Περσίδος, πρὸς Ἀρβήλῳ*] Aliam *Demetriadem* recenset Isidorus Characenus in Arachosia.

— *Τὸ ἐθνικὸν Δημητριεύς*] Sic duo nummi habent apud Goltzium.

97 a *Δημήτριον, τόπος περὶ Θεσσαλίαν, περὶ τὸ Κροκωτὸν πεδίον*] Scylaci ad sinum Pagaseticum in Achaeis enumerantur civitates Alitropes, Larissa, Melitaea, *Demetrium*, Thebae. Strabo

lib. IX. pag. 435. campum, ad quem sita haec urbs, non Κροκωτὸν, sed Κρόκιον vocat: Θηβῶν δ' ἐν τῇ μεσογαίᾳ τὸ Κρόκιον πέδιον πρὸς τῷ καταλήγοντι τῆς Ὄθρυος. *Ad Thebas in mediterraneis est Crocius campus ad fines Othryis montis.* Non tamen propterea hic quidquam immutandum censeo.

Δημόνησος, περὶ Χαλκηδόνα νῆσος, ἀπὸ Δημονήσου τινός] Aliter Hesychius v. Δημοννήσιος, qui non unam, sed duas communi hoc nomine insulas dictas vult apud Byzantium, sed plurali numero, quarum altera nomine peculiari *Chalcitis*, altera *Pityusa* sit appellata. Δύο, inquit, εἰσὶ πρὸς τῷ Βυζαντίῳ νῆσοι· κοινῇ μὲν Δημόννησοι λεγόμεναι, ἰδίᾳ δὲ διαλλάττουσαι, ἡ μὲν Χαλκῖτις, ἡ δὲ Πιτυοῦσα. Corrigendus autem hic primo Iulius Pollux, qui lib. v. cap. 5. Ὥσπερ καὶ τὰς Χαονίδας καὶ Μολοττίδας ἀπογόνους φασὶ κυνὸς, ὃν Ἥφαιστος ἐκ χαλκοῦ Μονησίου χαλκευσάμενος ψυχὴν ἐνθεὶς δῶρον ἔδωκε Διΐ. quod vertunt: *Quemadmodum et Chaonides Molossicosque eius canis posteros esse ait* (Nicander Colophonius) *quem Vulcanus e Monesio aere fabricatum, anima indita, Iovi dono dedit.* quid, quaeso, *aes Monesium*? lege, ἐκ χαλκοῦ Δημονησίου. *ex Demonesio aere.* Dicitur autem haec Δημόνησος a nostro sita circa *Chalcedonem* et sic in situ ab Hesychio non abit, qui Δημονήσους ponit circa Byzantium. *Chalcedon* enim ex adverso Byzantii ad eundem Bosporum Thracium fuit posita. Emendandus ergo Aristotelis liber de Mirab. Auscultat. in quo vulgo perperam editur: Δημόνησος, ἡ Καρχηδονίων νῆσος, ἀπὸ Δημονήσου τοῦ πρώτου ἐργασαμένου τὴν ἐπωνυμίαν εἴληφεν. pro Χαλκηδονίων. *Demonesus Chalcedonensium insula a Demoneso primo cultore nomen traxit.* Emendandus itidem Antigonus Carystius Mirab. Narrat. cap. CXLVI. Sed haec monita iam V. CL. Cl. Salmasio.

— Ἔχει δ' ὁ τόπος κυανοῦ μέταλλον, καὶ χρυσοκόλλου· καὶ χρυσίον εὑρίσκεται τίμιον· ὀφθαλμῶν τε φάρμακόν ἐστιν] Locum hunc totum descripsit noster ex Aristotelis dicto libro, sed non satis fideliter, ut solet. Apud illum sic extat, statim post verba modo adducta: ἔχει δὲ ὁ τόπος κυανοῦν τὸ μέταλλον καὶ χρυσοκόλλην· ταύτης δ' ἡ καλλίστη πρὸς χρυσίον εὑρίσκει τιμήν. καὶ γὰρ φάρμακον ὀφθαλμῶν ἐστιν. *Profert autem locus caeruleum metallum et chrysocollam: e qua, praestantissima auro contra vaenit. Est enim et oculorum medicamentum.* Sed Stephanus male intellexit verba, ἡ καλλίστη πρὸς χρυσίον εὑρίσκει τιμήν. *praestantissima chrysocolla auro contra venditur.* reddidit enim καὶ χρυσίον εὑρίσκεται τίμιον. *quin et aurum ibi invenitur pretio-* 97
*sum.* quasi Aristoteles dixisset κάλλιστον χρυσίον *optimum aurum* b
in *Demoneso* provenire. Nam pro χρησίον, quod est in vulgata,

procul dubio scripsit χρυσίον. Nec MSS. a culpa liberant Stephanum, quippe qui nihil mutant, praeterquam in principio, ubi habent κυανοῦ μέταλλα καὶ χρυσόκολλα. Sed vide Cl. Salmasium in Exercit. ad Solin. pag. 195.

*Δῆμος, παρ' Ἀθηναίοις, ἡ κώμη καὶ ἡ τοῦ πλήθους συλλογή.*

— *Οὐ μὲν ἔοικε δῆμον ἐόντα*] Apud Homerum legitur paullo aliter Iliad. *M.* v. 213.

—— *ἐπεὶ οὐδὲ μὲν οὐδὲ ἔοικεν*
*Δῆμον ἐόντα παρὲξ ἀγορεύεμεν.*
—— *quandoquidem ne decet quidem*
*Civem existentem aliter dicere.*

— *Δήμῳ ἐνὶ Τρώων*] Locus itidem ex Homeri Odyss. *N.* v. 266. sed est initium versus.

— *Εὐνήν τ' αἰδομένην πόσιος δήμοιό τε φήμην*] Homerus Odyss. *Π.* v. 75. sed ibi legitur,

*Εὐνήν τ' αἰδομένη πόσιος δήμοιό τε φῆμιν.*
*Lectum venerans mariti, populique famam.*

— *Καὶ τὸ Ἑλλήνων πλῆθος ἔξω τῆς ἰδίας χώρας, θεὸς δ' ὡς τίετο δήμῳ*] Hanc τοῦ *Δῆμος* significationem non probat locus Poëtae, quem adducit ex Iliad. *N.* v. 218.

—— *θεὸς δ' ὡς τίετο δήμῳ.*
—— *et tamquam Deus honorabatur a populo.*

sermo enim ibi de Thoante, quem dicit Homerus inter suos et domi summo honore fuisse, non foris.

— *Καὶ τόπος ἐν Ἰθάκῃ, ὃς καὶ Κροκύλειον*] Hic quoque nimis inepte Epitomator contextum mutilavit: quasi *Δῆμος* nomen esset proprium. Explicaverat haud dubie Stephanus Homeri locum ex Odyss. Θ. v. 555.

*Εἰπὲ δέ μοι γαῖάν τε τεὴν δῆμόν τε πόλιν τε.*
*Dic etiam mihi terramque tuam populumque urbemque.*

Videlicet *Δῆμον* ibi significare *μέρος ἢ τμῆμα ὀνομαστὸν τῆς πατρίδος*, ut ait Eustathius ad illum locum pag. 1610. quales partes ipse infra v. *Κροκύλειον* quatuor in *Ithaca* fuisse docet. Id Epitomator ineptissime ad unam partem solam restrinxit.

— *Καὶ τὸ παν* *] Cl. Salmasius explet, *καὶ τὸ πᾶν πλῆθος.*

— *Ὡς ἐν Ἱππεῦσι*] Legendum *Σφηξί.* (Extat enim sequens senarium,

*Τὸν δῆμον ἡμῶν βούλεται διϊστάνειν.*
*Populum nobis vult dividere.*

apud Aristophanem in Vespis non longe a principio.) Aut Stephani *μνημονικὸν ἁμάρτημα* dicendum.

— *Δύμιος*] *Δήμιος.*

— Ἐκ τοῦ ἐπιθετικοῦ τοῦ] Salmasius putat haec aperte mendosa, et legendum, ἐκ τοῦ θετικοῦ. sed nihil mutandum.

— Δημοτικός] Hinc Δημοτικὰ ἱερὰ apud Hesychium v. Δημοτελῆ. 98 a

— Καὶ σύνθετα, Δημηλάτης] Multa alia ex hac voce composita colligi possunt ex Hesychio et aliis.

— Αἰσχύλος ἱκέτευσιν.

Ἄτιμον εἶναι ξὺν φυγῇ δημηλάτου] Scribe: Ἱκέτισιν. Ἱκέτιδες enim, Latine *Supplices*, Fabula inscripta. Sed ibi hodie legitur v. 622.

Ἄτιμον εἶναι ξὺν φυγῇ δημηλάτῳ.

non δημηλάτου, ut apud nostrum. Sed et Stephanus contra mentem hoc exemplum adducit: posuit enim inter composita a δῆμος, δημηλάτης. Aut an ibi scribendum δημήλατος, et in versu Aeschyli mutato tantum accentu, δημήλατον. sicque ex Stephano Aeschylus corrigendus? Certe eo inclinor. Nam verbalia in ατης ab ἐλαύνω ferme activam significationem habent, ut Αἰγελάτης, Βοηλάτης, Ὀνηλάτης contra in ατος, passivam, ut Ἀγήλατος, Θεήλατος. Iuxta quam analogiam δημηλάτης non est ὁ ἀπὸ τοῦ δήμου ἐλαθεὶς, *a populo pulsus*, ut exponit noster, sed δημήλατος. δημηλάτης vero ὁ τὸν δῆμον ἐλάσας, *populum pellens*, quod non convenit. Deinde paullo convenientius δημήλατον apud Aeschylum construetur cum Ἄτιμον, quam δημηλάτῳ cum φυγῇ. Legamus igitur apud illum:

Ἄτιμον εἶναι ξὺν φυγῇ δημήλατον.

*Infamem fore cum exilio a populo pulsum.*

Δηρὰ, γῆς Ἰβηρίας] Lege: γῇ Ἰβηρίας. aut an ΠΙΙC in MS. fuit, pro πόλις? Sed ἧς et οἰκήτορες postulant γῇ vel χώρα.

— Ἧς ὁ Σικανὸς ποταμός] Inde *Sicani* et *Sicania*.

Δηρουσαῖοι, ἔθνος Περσικόν. Ἡρόδοτος α΄. Πέρσαι δ' οἱ μὲν Πανθιάδαι, οἱ δὲ Δηρουσαῖοι, οἱ δὲ Καρμάνιοι] Apud Herodotum lib. I. cap. 125. legitur, Δηρουσιαῖοι. et deinde, verba, quae hic adducuntur, hoc modo: Ἄλλοι δὲ Πέρσαι εἰσὶ, οἵδε Πανθήλαιοι, Δηρουσιαῖοι, Γερμάνιοι. *Alii Persae sunt, Panthelaei, Derusiaei, Germanii.*

Δία, πόλις Θεσσαλίας, Αἰακοῦ κτίσμα] Enumerat hic auctor novem cognomines urbes *Dias*, quatuor vero insulas. Urbibus addenda *Dia*, Arabiae provinciae civitas, quam sub Metropoli Bostra commemorat Hierocles in Notitia MS. Ad eam referendus nummus Caracallae, apud Tristanum Tom. II. pag. 220. in quo circum templum, in quo Venus sub figura lapidis visitur, ΚΟΙΝ. ΔΕΙΗΝΩΝ legitur, et recte Tristanus eum ad Arabiam pertinere iudicat.

— β, Θρᾴκης, κατὰ τὸν Ἄθω] Haec ab Herodoto lib. VII. Δῖον dicitur, ut et nostro, infra v. h.

— δ, Νῆσος καὶ πόλις Πελοποννήσου, περὶ τὸ Σκύλλαιον] Scribe, Σκύλλαιον, ut infra h. v.

98 — ζ, Σκυθίας, περὶ τῷ Φάσιδι] Sed hujus *Diae Scythicae*
b nullus, quod sciam, meminit. Unde coepi cogitare, an non pro *Δία* noster legerit *Δία*, deceptus scilicet similitudine literarum. Fateor *Trollea*, Phrygiae urbem, *Diam* primitus dictam tradere Etymologum v. Εὔδωνος, sed haec longe a Colchide.

— β, ἡ πρὸς Μιλήτῳ] Ex Scholiaste Theocriti legendum, ἡ πρὸς Μήλῳ. qui postquam *Naxum* dixisset *Diam* appellari, subiicit pag. 28. πολλαὶ δὲ καὶ ἕτεραί εἰσι νῆσοι Δίαι καλούμεναι· ἥ τε πρὸ τῆς Κρήτης, ἐν ᾗ οὐκ εἰκὸς μόνῃ συμβῆναι τὰ περὶ τὴν Ἀριάδνην, ἡ μετονομασθεῖσα Νάξος· καὶ ἡ περὶ Μῆλον, καὶ ἡ περὶ Ἀμοργόν, καὶ ἡ τῆς Κέω Χερρόνησος, καὶ ἡ Πελοποννήσου.

— γ, ἡ πρὸς Σαρμοσσῷ] Lege: ἡ πρὸς Ἀμοργῷ· ex adducto paullo ante Scholiastis loco.

— δ, κατὰ Κνωσσὸν Κρήτης] Sed Cretae oppidum *Diam* appellatum non *Dia*. Plinius lib. IV. cap. 12. Ptolemaeus lib. III. Geogr. cap. 17. Δῖον ἄκρον appellat. unde apparet maritimam urbem fuisse, non mediterraneam, ut existimavit ex Plinio perperam Abrahamus Ortelius. Ptolemaeum enim confirmat oraculi versus apud Eusebium lib. V. de Praeparat. Euang. cap. 31.

*Φαιστοῦ καὶ Τάῤῥας ναέται Δίου τε πολύῤῥου.*
*Phaesti et Tarrhae incolae Diique undosi.*

Διαβήτη, νῆσος δυσμικωτέρα Σαρδοῦς καὶ Κύρνου. Ἐθνικὸν τὸ αὐτό] Gentile dicit idem, cum praecedente scilicet Διαβηταῖος, a Διαβῆται. Ita Salmasius.

Διαδόχου, πόλις Περσική.

— Τὸ ἐθνικὸν τῆς χώρας Διαδοχηνός] Deest forte τόπῳ, ut alibi.

Διάκρεια, φυλὴ τῆς Ἀττικῆς, ἣν ᾤκει Πάλλας, ὁ Πανδίονος υἱός] Scribe, Διάκρια. Suidas v. παράλων, narrans Pandiona Atticam in quatuor partes distributam reliquisse totidem filiis: Αἰγεῖ μὲν τὴν παρὰ τῷ ἄστει μέχρι Πυθίου· Πάλλαντι (in editione Aldi Πάλαντι) δὲ τὴν παραλίαν· Λύκῳ δὲ τὴν διακρίαν· Νίσῳ δὲ τὴν Μεγαρίδα. *Aegeo quidem suburbana, usque ad Pythium, Pallanti vero maritimam oram, Lyco montanam, Niso Megaricam agrum.* Apud Etymologum et Hesychium scribitur Διακρία. Διάκρια autem haec eadem, quae Ἠπεράκρια Herodoto et Dionysio Halicarnassensi, de quo infra v. Πάραλος. Lycophron Διακρίων meminit pag. 67. ubi Tzetzes: Διάκρια δὲ ὄρη Εὐβοίας.

Δίδυμα, οὐδετέρως, τόπος καὶ μαντεῖον Μιλήτου] Curtius lib. VII. cap. 5. *Perventum erat in parvulum oppidum, Branchidae vetus incolae erant. Milesio quondam ipsum Xerxis, quum e Graecia rediret, transierant, quia templum, quod Didymeon appellatur, in gratiam Xerxis violaverant.*

— Εἰσὶ καὶ πρῆναι. Εἰσὶ καὶ τῆς Θεσσαλίας] Pro καὶ τῆς Θεσσαλίας, puto legendum δὲ καὶ Θ. vel addendum ὄρη. Nam 99
Δίδυμα ὄρη in *Thessalia* memorat Strabo ex Hesiodo lib. XIV. a
pag. 647.

Διδύμη, μία τῶν Αἰόλου νήσων.

— Ἔστι καὶ κώμη Κιλικίας Διδυμαῖον, ὀξυτόνως] Hoc aperte falsum; est enim προπεριισπωμένως. Lege igitur cum Cl. Salmasio, Διδυμαὶ, ὀξυτόνως. licet Διδύμη appelletur Straboni lib. XIV. pag. 665. Cuius locus in exemplaribus vulgatis male sanus est; sic enim legitur: τῶν δὲ περιγενομένων ἀνθρώπων ἐν ταῖς μάχαις τοὺς μὲν καταγαγόντος εἰς Σόλους, ἣν ἐκεῖνος Πομπηϊούπολιν ὠνόμασε· τοὺς δ' εἰς Διδυμένην (lege Διδύμην) λειπανδρήσασαν, ἣν νυνὶ Ῥωμαίων ἀποικία νέμεται. *De hominibus, qui cladi superfuerunt, alios transtulit* (Pompeius) *Solos, quae nunc Pompeiopolis dicitur, alios Didymam, quae tum incolis egens, nunc Romanorum frequentatur colonia.* Is. Casaubonus legit ibi Δύμην, quae Achaiae urbs fuit, et a Pompeio tum etiam incolas accepit ex piratis ab eo devictis, ut Strabo testatur lib. VIII. et Plutarchus in Pompeio. Nihilominus nostram lectionem veram existimo.

Δίδυμον τεῖχος, πόλις Καρίας] Haec urbs appellata etiam Δίδυμα numero plurium. Unde Eustathius Episcopus Πιναρῶν καὶ Διδύμων, apud Epiphanium in Panar. Haer. LXXIII. cap. 26. et Δίδυμα τείχη apud Polybium lib. V. pag. 420. Ptolemaeus vero corrigendus, apud quem lib. V. Geogr. cap. 3. Σίδυμα legitur pro Δίδυμα.

Διζηρὸς, πόλις Ἰλλυρίδος] Lege: Διζηρὸς, ποταμὸς Ἰ. Certe pro fluvio manifeste a Lycophrone ponitur, nec aliter a Tzetze, quando ad istum Lycophronis locum ita commentatur pag. 161. Διζηρὸς ποταμὸς πλησίον Πολλῶν πόλεως τῆς ὑπὸ Κόλχων κτισθείσης. et errorem hunc ostendit participium sequens ὀνομασθεὶς, quod masculino genere ad τὸ πόλις referri non potest, ad ποταμὸς potest.

Δίκαια, πόλις Θρᾴκης] Scylaci etiam Δίκαια dicitur, Harpocrationi Δικαιόπολις.

— Ἐν δὲ τῷ τύπῳ Δικαῖος καὶ Δικαιεύς] Lege: εἰ δὲ τῷ τύπῳ. et sic etiam Salmasius.

Δικαιάρχεια, πόλις Ἰταλίας] Inter Epigrammata Graeca

non edita, quae extant in Bibliotheca Eminentissimi Cardinalis Barberini, legitur hoc sequens:

*Ἀνυφίλου Βυζαντίου εἰς τὴν ἐν Δικαιαρχείᾳ θάλασσαν, καὶ εἰς τὰ ἐκεῖ ξ. πάρια καὶ τοὺς λιμένας.*

*Εἰπὲ, Δικαιάρχεια, τί σοι τόσον εἶς ἅλα χεῦμα*
*Βίβληται μέσσου γενόμενον πελάγους;*
*Κυκλώπων τάδε χεῖρες ἐνιδρύσαντο θαλάσσῃ*
*Τείχεα μέχρι πόσου γαῖα βιαξόμενα.*
*Κόσμου νηίτην δέχομαι στόλον· εἶσι δὲ Ῥώμην*
99 *Ἔγγυθεν ἐπ' αὐτῆς μέτρον ἔχω λιμένα.*

b —*Ἔστι δὲ καὶ Δικαιαρχείτης*] Polybius lib. III. *Δικαιαρχῖται.* *Δίκτη, ὄρος Κρήτης. Καλλίμαχος, ε **] Lacunam hanc in suo codice ita expleverat Thomas Aldobrandinus: *Καλλίμαχος εἰς Ἄρτεμιν·*

—— *ὅθεν μετέπειτα Κύδωνες*
*Νύμφαν μὲν Δίκτυνναν, ὄρος δ', ὅθεν ἥλατο νύμφη,*
*Δικταῖον καλέουσιν.*

Atque hunc celebrem Callimachi locum hic fuisse a Stephano adscriptum, ut montis etymon Poëtae ipsius verbis indicaret, nullus equidem dubito. Praesertim, cum Strabo lib. x. pag. 479. hunc Callimachi locum perstringat. Sed Mutilatoris vel librarii potius, e cuius exemplari superstites Stephani codices fluxerunt, festinatione factum existimo, ut hoc opus tot lacunis lacerum atque mulcum hodie habeamus. Istum enim, quoties in locum aliquem aut Homeri, aut Apollonii, aut alterius notum sibi incideret, animadverto, spatio vacuo relicto, omittere fere locum consuevisse, apposita duntaxat prima illius voce, et saepius litera tantum prima, quarum indicio postea per otium ex ipsis auctoribus loca sibi omissa suppleret. Ita hic tantum primam loci posuit literam ε *. quoniam Callimachi locus, in quo Nympha Britomartis, violentum Minois amorem fugiens, ex hoc monte in mare se praecipitasse et cum forte in piscatorum retia delapsa esset, servata fuisse dicitur, unde nymphae *Dictynnae* et montis *Dictaei* nomen, iuxta Callimachum, fluxit, quoniam, inquam, Callimachi iste locus, quem adscripturus postea erat, cum ista litera incipit. est autem sequens, ex Hymno in Dianam v. 196.

—— *ἔνθορεν εἰς ἁλιήων*
*Δίκτυα, τὰ σφ' ἐσάωσεν. ὅθεν μετέπειτα Κύδωνες*
*Νύμφαν μὲν Δίκτυνναν, ὄρος δ', ὅθεν ἥλατο νύμφη,*
*Δικταῖον καλέουσιν.*

—— *insiluit in piscatorum*
L *Retia, quae illam servarunt. Unde postea Cydones*

*Nympham quidem Dictynnam, montem vero, unde nympha desiluit,*
*Dictaeum appellant.*

Cl. Salmasius ex illo, ε *. putabat scriptum fuisse ab auctore, Ἑκάλη. quod opus Callimachi alibi saepius adducitur. Sed nostra veriora existimo.

*Δινδρύμη, πόλις Μακεδονίας. Τὸ ἐθνικὸν, Δινδρυμαῖος*] Apud Goltzium, *ΔΙΝΔΡΥΜΑΙΩΝ.*

*Δίνδυμα, ὄρη τῆς Τρωάδος, ἀφ' ὧν Δινδυμήνη ἡ Ῥέα*] Utroque numero dicitur hic mons *Δίνδυμον* et *Δίνδυμα*. Apollonius Rhodius lib. I. v. 985.

*Ἠοῖ δ' εἰσάνεβαν μέγα Δίνδυμον.* 100
*Mane celsum adscenderunt Dindymum.*

ubi vide Scholia antiqua. Apud Nicandri Scholiasten princip. Alexipharm. pag. 51. male igitur *Δίδυμον* pro *Δίνδυμον*. Male etiam *Δόκρινον* pro *Δόβρινον* apud ipsum Nicandrum, tralatitio Manuscriptorum Codicum errore, κ et β saepissime confundentium. Est autem *Δίνδυμον* mons Cyzico urbi de proximo imminens, teste Strabone lib. XII. pag. 575. in quo templum *τῆς Δινδυμήνης μητρὸς τῶν Θεῶν*, ab Argonautis conditum ibidem ait, unde Cyziceni Deorum Matrem leone vectam in nummo elegantissimo Severi Imperatoris exhibent, quem in Thesauris Ducalibus memini me vidisse Florentiae.

— *Ὁ τοπίτης, Δινδυμηναῖος*] Puto legendum *Δινδυμαῖος*, ut a *Δίδυμα*, *Διδυμαῖος*.

— *Καὶ Δινδυμία*] Apollonius Rhodius lib. I. v. 1125.

*Μητέρα Δινδυμίην πολυπότνιαν ἐγκαλέοντες.*
*Matrem Dindymiam venerandam invocantes.*

*Διόμεια, οὐδετέρως, δῆμος τῆς Αἰγηΐδος φυλῆς*] Plutarcho de Exsilio pag. 601. *Διώμις* dicitur: *ἄρα οὖν ξένοι καὶ ἀπόλιδές εἰσιν Ἀθηναίων οἱ μεταστάντες ἐκ Μελίτης εἰς Διωμίδα; ergone tibi peregrini atque extorres videbuntur Athenienses, qui ex Melita in Diomidem commigraverunt?* Videtur autem scribendum per ο *Διομίδα*.

— *Ἡράκλῆς γὰρ ἐπιξενωθεὶς παρὰ Κολύττῳ, ἠράσθη Διόμου τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ*] Infra v. *Κυνόσαργες* scribitur *Διώμου* per ω: sed Hesychius, Suidas, Eustathius, Etymologus scribunt per ο.

*Διομήδεια, πόλις Δαυνίων, κτίσμα Διομήδους.*

— *Καὶ νῆσος ἡ Διομήδεια, ἐν ᾗ οἱ ἐρωδιοὶ χειροήθεις προσπετόμενοι*] Similia his occurrunt apud Aristotelem lib. de Mirab. Auscultat. et Strabonem lib. VI. pag. 284.

— *Ἔστι καὶ Διομήδεια πλησίον ἀργυρι* *] Exple, *Ἀργυρίπ-*

πας. *Argyrippa* enim a *Diomede* in *Daunii* condita. vide supra v. Ἀργυρίππα. et sic Salmasius.

*Δῖον, πόλις Εὐβοίας, περὶ τὸ Κήναιον*] Vide Eustathium ad locum Homeri subiectum, qui extat Iliad. B. v. 538.

— *Παυσανίας δὲ Διασταί φησι*] Apud *Pausaniam* hodie appellantur *Διᾶται* lib. IX. pag. 587. sed infra v. *Πιάσται* bis appellantur, *Διέσται*.

— *γ, Θρᾴκης πρὸς τῷ Ἄθῳ*] MSS. *γέσης*. Sed vulgata vera est. Herodotus lib. VII. cap. 22. *Αἱ δὲ ἐκτὸς Σάνης ἔσω δὲ τοῦ Ἄθω οἰκημέναι, τὰς τότε ὁ Πέρσης νησιώτιδας ἀντὶ ἠπειρωτίδων ὥρμητο ποιέειν, εἰσὶ αἵδε, Δῖον, Ὀλόφυξος, Ἀκρόθοον, Θυσσος, Κλεωναί. Quae autem extra Sanam et intra Athon sitae sunt urbes, eas tunc Persa ex continentibus insulas facere aggressus est: quae sunt hae, Dion, Olophyxus, Acrothoon, Thyssus, Cleonae.* et Thucydides lib. IV. pag. 325.

— *ζ, κοίλης Συρίας, κτίσμα Ἀλεξάνδρου, ἡ καὶ Πέλλα*] MSS. delent illud *ἡ*. male.

— *Ὡς δηλοῖ τὸ ἐπίγραμμα*] Similia epigrammata de fontibus extant apud Sotionem et Vitruvium lib. VIII. Architect. cap 3.

— *Νᾶμα τὸ Διηνὸν, γλυκερὸν ποτὸν, ἡνίδε πίης*] Extat hoc epigramma etiam apud Eustathium ad Homeri Iliad. B. pag. 280. sed ibi legitur, *ἦν δέγε πίης*.

— *Πρὸς ταύτην*] MS. *περὶ ταύτην*.

— *Διάδες, Ἀθῆναι καλούμεναι*] Sic melius hic quam supra, ubi a conditore *Diante* Athenas *Διάδας* cognominatas censet. Scaliger ad Eusebium pag. 29. a *Dio*, Euboeae promontorio, cui urbs cognominis adiacebat, sic dictas docet.

*Διονύσου πόλις, ἐν τῷ Πόντῳ*] Ad hanc urbem refero nummum Neronis apud Franc. Gotifredum, in cuius aversa parte ara cum inscriptione, *ΔΙΟΝΥΣΟΥ ΚΤΙΣΤΟΥ*. Sed Nicaeensium nummi eundem quoque conditorem suum faciunt, uti videre est apud Tristanum Tom. I. pag. 744. et 745.

— *Δονυσιακοῦ*] *Διονυσιακοῦ*.

— *Εἰσὶ δὲ καὶ Κρουνοὶ, χωρίον πρὸς δύσιν τῆς ἐχούσης τὸν βασιλέα πόλεως*] MSS. *τοὺς βασιλείας πόλεως*. et Constantinopolin intelligunt, quam posteriores semper vocant, *τὴν βασιλεύουσαν πόλιν*.

— *Τὸ ἐθνικὸν, Διονυσοπολίτης*] Nummus apud R. P. Iacobum Sirmondum, *ΔΙΟΝΥΣΟΠΟΛΕΙΤΩΝ*. Et sic pariter unus apud Goltzium: alter vero, *ΔΙΟΝΥΠΟΛΙΤΩΝ*. Sunt autem Alexandri Imperatoris. Duo tales extant etiam apud Pyrrhum Ligorium, in Antiquitatibus.

*Διὸς ἱερὸν, πολίχνιον Ἰωνίας*.

— Ὡς Φιλῶν ἐν πρώτῃ Ὀλυμπιάδι] MSS. Ὀλυμπιάδος. Lege, ἐν πρώτῃ Ὀλυμπιάδων. ut alibi citare solet.

Διοσκουρεᾶς, μία τῶν ἐν Λιβύῃ λευκῶν νήσων.

— Ἔστι καὶ ἑτέρα περὶ τὸν Πόντον, ἥτις Σεβαστόπολις καλεῖται] Dioscuriae, quae in Ponto, non insula fuit; sed civitas. vide supra v. Ἀλα.

Διοσκούρων, κώμη Λιβύης, ἐν ᾗ τὸν Πάριν ἐπιδιώξαντες, ἥρπασαν τὴν Ἑλένην· ἣν ᾤκησαν] MSS. auctius: ἥρπασαν τὴν Ἑλένην οἱ Διόσκουροι ᾤκισαν. Hinc Salmasius legit, ἣν ᾤκισαν. Puto olim scriptum: καὶ ἐνῴκησαν.

— Ἐκ δύο ἓν παραγωστόν] Lege: παραγωγόν. sic loquitur infra v. Παρθένου ἱερόν.

Διὸς πόλις, ἡ μεγάλη πόλις τῆς Αἰγυπτιδος Θηβαΐδος] Pro Thebaïdem non urbem, sed Provinciam sive Praefecturam totam intelligit: ut hinc probari nequeat, Stephanum diversam statuere Diospolin a Thebis Aegyptiis.

— Ἡ λεγομένη Ἑκατόμπολις] MSS. Ἑκατόμπυλος. quomodo 101
procul dubio scribendum, ut ex Eustathio ad Dionysium pag. 36. a
et sequentibus apud nostrum apparet.

— Κτίσμα Ὀσίριδος καὶ Ἴσιδος] Diodorus lib. I. pag. 9. Κτίσαι δέ φασι τοὺς περὶ τὸν Ὄσιριν πόλιν ἐν τῇ Θηβαΐδι τῇ κατ' Αἴγυπτον Ἑκατόμπυλον, ἣν ἐκείνους μὲν ἐπώνυμον ποιῆσαι τῆς μητρὸς, τοὺς δὲ μεταγενεστέρους αὐτὴν ὀνομάζειν Διὸς πόλιν, ἐνίους δὲ Θήβας. Conditam porro ab Osiride ferunt urbem in Thebaïde Aegypti centum portarum, quam matris cognomento insignivit, sed a posteris Diospolin et Thebas nominari.

— Πρὶν δὲ ὑπὸ Περσῶν ἀφανισθῆναι φησι Κάτων, ὅτι μυρίας τρισχιλίας κώμας εἶχε καὶ τριάκοντα, ἀνθρώπων δὲ μυριάδας ἑπτακοσίας] Latine haec sonant: Priusquam a Persis destrueretur Cato refert habuisse ter decies millia et triginta pagos, hominum septuagies centena millia. Suspectus tantus hominum numerus in una urbe. Certe Iosephus lib. II. de Bello Iud. cap. 16. auctor est in tota Aegypto ab Aethiopibus et India Alexandriam usque fuisse tantum, πεντήκοντα πρὸς τὰς ἑπτακοσίας μυριάδας ἀνθρώπων. quinquaginta super septingentos hominum myriades. quomodo igitur septingentae myriades una in urbe?

— Ἀρουρῶν δὲ τόπον μεμετρημένον τρισχιλίων καὶ ἑπτακοσίων] Subintelligendum ex antecedenti supputatione, μυριάδων.

— Μηδ' εἰ σφόδρα λέγοιντο] Salmasius legit, θέλοιντο.

— ζ, Παλαιστίνης] Lyddo ante dicta. Theodoretus lib. I. Hist. Eccles. cap. 5.

— Ὁ πολίτης, Διοπολίτης] Sic in nummo Hadriani circum figuram equestrem, ΔΙΟΠΟΛΙΤΩΝ.

*Δίπαια, πόλις Ἀρκαδίας. Τὸ ἐθνικὸν Διπαιεύς, ἀλλὰ καὶ ἡ πόλις οὕτω*] Ergo urbs et *Δίπαια* et *Διπαιεύς* dicta, quemadmodum *Ἀτάρνα* et *Ἀταρνεύς*. vide supra v. *Ἀτάρνα*. et infra v. *Ὀδυσσεῖς*.

*Δίρφυς, ὄρος Εὐβοίας, ὡς Εὐφορίων*] Lycophroni appellatur *Διρφωσσὸς* pag. 67.

*Καὶ πάντα Διρφωσσοῖο καὶ Διακρίων*
*Γωλειά.*
*Et omnes Dirphossi et Diacriorum*
*Gurgites.*

Ad quem locum Isaacus Tzetzes: *Τρύχατα καὶ Νέδων, καὶ Διρφωσσὸς ὄρη Εὐβοίας εἰσί. τὸν δὲ Διρφωσσὸν ὁ Εὐφορίων Δίρφυν καλεῖ.*

*Δίρφυν ἀνὰ τραχεῖαν ὑπ' Εὐβοίᾳ κεκάνιστο.*

et sic appellatur etiam Simonidi in veteri Epigrammate, quod legitur lib. III. Antholog. pag. 298.

*Δίρφυος ἐδμήθημεν ὑπὸ πτυχί.*

Ad quod vide Vincentio Obsopoeo notata.

*Δόβηρος, πόλις Παιονίας*] Meminit huius loci vetus Epigramma,

101 b *Ἀδαίου εἰς Πευκίστην ταῦρον τὸν καλούμενον ζόμβρον λογχεύσαντα.*

*Ταύρῳ φρικαλέον κάπος ἐκβαίνοντι Δοβήρου*
*Πευκίστης ἵππῳ κάρνερος ἠντίασεν.*
*Ἀλλ' ὁ μὲν ὡρμήθη πρειῶν ἅτε. τοῦ δ' ἀπαλοῖο*
*Παιονίδα λόγχην ἦκε διὰ κροτάφων·*
*Συλήσας κεφαλῆ δὲ διπλοῦν κέρας αἰὲν ἐκείνῳ*
*Ζωροπατῶν ἐχθροῦ κόμπον μὴ θανάτου.*

Pyrrhus Ligorius Coloniam Romanam factam scribit a Claudio Imperatore, in eiusque rei argumentum nummum adfert, in cuius aversa Duumviri sulcum ducentes cum inscriptione, COLONIA. CLAUDIA. DOBEROS.

— *Οἱ πολῖται, Δόβηρες*] Sic dicuntur Herodoto lib. v. cap. 16. et VII, 113. vide supra v. *Ἀστραία*.

*Δοίαντες, πεδίον Φρυγίας. Ἄκμονα γὰρ καὶ Δοίαντά φασιν ἀδελφούς*] MSS. *Δοίαντος πεδίον Φ.* et sic quoque habent supra v. *Ἀκμονία*, ut ibi notavimus. Apollonius Rhodius lib. II. v. 373.

*Ἔνθα δὲ Δοίαντος πεδίον.*
*Tum vero campus Docantis.*

ad quem locum Scholiastes: *Δοίας καὶ Ἄκμων* (sic lege, non *Ἄλκμων*) *ἀδελφοί. τίνος δὲ πατρὸς, οὐ φέρεται, ὡς φησι Φερεκύδης. πλησίον δέ φησι τοῦ Δοίαντος πεδίου εἶναι τρεῖς πόλις, ἥν-*

θα κατίχουν αἱ Ἀμαζόνες, Ἀνκαστία, Θεμισκύρα καὶ Χαλυβία. Et idem Apollonius eodem lib. v. 990. πεδίον Δοιάντιον appellat: ubi Scholiastes: Δοιάντιον, πεδίον Θερμώδοντος, ἀπὸ Δοιάντος οὕτω κληθέν. Inde Themiscyra Δοιαντὶς Orpheo dicta, Argon. v. 767.

*Μακρὰ Θεμισκύρης Δοιαντίδος ἄψεα κεῖται.*
*Longa Themiscyrae Doeantidis membra iacent.*

Sic enim ibi rescribendum existimo: vulgo perperam editur Βοιαντίδος.

— Καὶ Ἀκμώνιον] Scribe, Ἀκμόνιον. vide supra v. Ἀκμονία.

Δοκίμειον, πόλις Φρυγίας, ὡς Εὐδαίμων. Τὸ ἐθνικὸν Δοκιμεὺς κατὰ τέχνην] Sic in nummo egregio M. Aurelii in Thesauris S. M. Ducis circum Cybelem cum tympano leone vectam ΜΑΚΕΔΟΝΩΝ. et subtus, ΔΟΚΙΜΕΩΝ. nam Acamas collectam Macedonum manum in haec loca habitatum deduxit; ut dicitur infra v. Σύνναδα. Sic in alio Neronis in iisdem Thesauris expressa visitur Dea Phrygia, stans inter duos leones, circum cuius caput, ΔΟΚΙΜΕΩΝ. Et sic Pyrrhus Ligorius pariter in Antiquitatibus, ex nummo Traiani refert: in quo signum Felicitatis, dextera caduceum praeferens, sinistra cornu copiae et temonem, supra scriptum, ΕΥΔΑΙΜΟΝΙΑC. a latere, sub caduceo, ΔΟΚΙΜΕΩΝ.

— Κατὰ δὲ τὴν συνήθειαν Δοκιμηνός] Occurrit hoc gentile in Subscript. Concil. Chalc. pag. 96. Dixerunt et Δοκιμίτης et 102
Δοκιμαῖος. infra v. Σύνναδα. et apud Strabonem lib. XII. pag. a
577.

— Ἀφ' οὗ μάρμαρα οὕτω φασί] Hinc *Sinnadicus* et *Docimites* lapis, de quo vise Cl. Salmasium in Exercit. Plinian. pag. 559.

Δολίονες, οἱ τὴν Κύζικον οἰκοῦντες] Hinc *Cyzicus* Δολιονία dicitur Apollonio Rhodio lib. II. v. 767.

*Ὅσσα τε Κύζικον ἀμφὶ Δολιονίην ἐτέλεσσαν.*
*Et quae patrassent circa Cyzicum Dolioniam.*

— Καὶ θηλυκῶς Δολονία] Lege: Δολιονία. Sic Apollonius d. l. et lib. I. v. 1070.

*Αἰνότατον δὴ κεῖνο Δολιονίῃσι γυναιξὶν*
*Ἀνδράσι τ' ἐκ Διὸς ἦμαρ ἐπήλυθεν.*
*Gravissimus quidem ille et Dolionibus mulieribus*
*Et viris a Iove venit dies.*

Et Apollonii Scholiastes pag. 46. Ἀρτακία κρήνη περὶ Κυζικόν, ἧς Ἀλκαῖος μέμνηται καὶ Καλλίμαχος, ὅτι τῆς Δολιονίας ἐστίν.

Venit et hinc aliud foemininum *Δολιονὶς*, quod legitur infra v. *Σκύρμος*.

*Δολιχὴ, νῆσος πρὸς τῇ Λυκίᾳ.*

— *Δολιχαῖος Ζεύς*] In veteribus Inscriptionibus frequens est IUPITER DOLICHENUS, non item *Δολιχαῖος*; quem ad Lyciorum insulam pertinere, *Dolichenum* ad Commagenem existimo. De *Dolicheni Iovis* cognomento infeliciter hariolatur Iustus Rycquius de Capitolio cap. XX. uti ex hoc Stephani loco colligere est. Apud Pyrrhum Ligorium in Antiquitatibus, sub Iove tauro insidenti legitur:

IOVI. OPTIMO. MAX. DOLICHENO
L. FABIRIUS. L. L. PHILOTIMUS. V. S. L. M.

sub Iunone insidente cervae:

IUNONI. ASSYRIAE. REG. DOLICHENAE.

De hoc *Iove Dolicheno* intelligendus Lucianus de Dea Syria pag. 1070. *Ἄμφω δὲ χρύσεοί τέ εἰσι, καὶ ἄμφω ἕζονται. ἀλλὰ τὴν μὲν Ἥρην λέοντες φορέουσι, ὁ δὲ ταύροισι ἐφέζεται, καὶ δῆτα τὸ μὲν τοῦ Διὸς ἄγαλμα ἐς Δία πάντα ὁρῇ καὶ κεφαλὴν καὶ ὄμματα καὶ ἕδρην. Ambo autem aurei sunt, ambo sedent, sed Iunonem leones portant, Iupiter tauris insidet. Atque adeo et Iovis quidem simulacrum per omnia Iovi assimilatum est et capite et oculis et sedendi habitu.* Nam *Doliche* Hierapoli vicina. In alia Inscript. in Quirinali:

IOVI. OPTIMO. MAXIMO. DOLICHENO. UBI. FERRUM. NASCITUR. C. SEMPRONIUS. RECTUS. CENT.
7. FRUMENTARIUS. D. D.

*Δόλογκοι, ἔθνος Θρᾴκης, ἀπὸ Δολόγκου, τοῦ ἀδελφοῦ Βιθύνου*] Tzetzes ad Lycophronem pag. 93. *Δόλογκοι δὲ ἔθνος Θρᾳκικὸν ἀπὸ Δολόγκου τοῦ Κρόνου καὶ Θρᾴκης παιδός.* Constantinus Porphyrogenneta de Themat. lib. II. Themat. I. *ἡ δὲ Θρᾴκη ὀνομασίαν μὲν εἶχεν ἀπὸ Θρᾳκὸς βασιλέως τοῦ πάλαι ἐν αὐ-*
102 *τοῖς τελευτήσαντος· ἢ ἀπὸ νύμφης Τιτανίδος, ἀφ' ἧς καὶ Κρό-*
b *νου * Δόλογκοι ὀνομάζονται. Thracia vero appellationem hanc nacta est a rege Thrace, qui olim illic e vivis excesserat: aut a nympha Titanide, ex qua et Saturno* Dolonchus natus est, unde *Dolonchi nominantur.*

*Δόλοπες, ἔθνος Θεσσαλῶν.*

— *Δολοπηΐς*] Sic Apollonius lib. I. v. 68.

*Κτιμένην Δολοπηΐδα ναιετάασκεν.*
*Ctimenam Dolopeïda habitabant.*

Vide infra v. *Κτιμένη*. Inde et *τύμβος Δολοπήϊος* apud eundem d. libro v. 585.

*Δομετιούπολις, Ἰσαυρίας πόλις*] *Domitiani Coloniam*

fecit Pyrrhus Ligorius, qui nummum sibi visum refert Domitiani Imp. in cuius aversa circum colonum arantem, COL. DOMIT. AUG. DOMITIOΠOL. Fides sit penes ipsum. Explicat autem: *Colonia Domitia Augusta Domitiopolis.*

*Δονουσία, νῆσος μικρὰ Ῥόδου*] Apud Eustath. ad Dionysium pag. 77. haec vox capite truncata legitur; *Νουσία* videlicet, pro *Δονουσία*, quomodo est in codice MS. et hic apud nostrum, cuius verba diligenter, ut solet, transcripsit Eustathius. *Donysa* Virgilio, cum alibi, tum in Ciri:

—— *viridemque allapsa Donysam,*
*Aegylamque simul, sementiferamque Seriphum.*

ita enim secundo versu legendum, non *Aeginam*, quam insulam iamdudum transierat, uti iam supra monuimus.

— *Τοῦ πατρὸς Μίνῳ*] Pro *Μίνωος*. nam sic etiam declinaverunt, docente Eustathio ad Odyss. *P.* pag. 1830.

*Δορίειον, Φρυγίας πόλις*] Huius quoque civitatis nummum sub Hadriano Imp. cusum Pyrrhus Ligorius in Antiquitatibus profert, in quo circum templum Cybeles cum tympano et crotalis scriptum, *ΔΟΡΙΑΙΩΝ*. Sed hoc gentile nummum mihi suspectum facit.

— *Τὸ ἐθνικὸν Δοριειεύς, ὡς Γορδιεύς*] Legendum, *Δοριεύς*, aut exemplum appositum non quadrat. Vide quae notata supra v. *Δαρεῖον*.

*Δόριεσκος, πόλις Θρᾴκης, καὶ πεδίον*] Deprompta haec sunt ex Herodoti lib. VII. cap. 59. *Ὁ δὲ Δόριεσκός ἐστι τῆς Θρηΐκης αἰγιαλός τε καὶ πεδίον μέγα· διὰ δὲ αὐτοῦ ῥέει ποταμὸς μέγας Ἕβρος, ἐν τῷ τεῖχός τε ἐδέδμητο βασιλήϊον, τοῦτο τὸ δὴ Δόριεσκος κέκληται, καὶ Περσέων φρουρὴ ἐν αὐτῷ κατεστήκεε ὑπὸ Δαρείου ἐξ ἐκείνου τοῦ χρόνου ἐπεί τε ἐπὶ Σκύθας ἐστρατεύετο. Est autem Doriscus Thraciae littus pariter et campus ingens, quem grande flumen Hebrus interfluit, in hoc exstructum est castellum regium, Doriscus dictum, in quo Persarum erat praesidium, a Dario iam inde impositum, quum Scythis inferebat bellum.* quo loco *τεῖχος* male redditur in versionibus Latinis *murus*. Dicit enim 103
postea in hoc *τείχεϊ* praesidium fuisse collocatum, ergo non fuit a
simplex murus. Sic *Ὄλπαι* apud Thucydidem lib. III. dicuntur *τεῖχος ἐπὶ λόφου ἰσχυρὸν πρὸς τῇ θαλάσσῃ. validum mari imminens castellum.*

— *Ὡς Δορμίσκιος*] Lege, *Βορμίσκιος*. vide supra h. v.

*Δορυλάειον, πόλις Φρυγίας*] Pyrrhus Ligorius M. Aurelii Antonini Imp. exhibet nummum, in quo circum Cybelem turritam cum tympano et crotalis inter duos leones sedentem legitur, *ΔΟΡΥΛΑΕΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ*.

— Ὁ καὶ Δορύλαιόν Δημοσθένης φησί] Sic etiam apud Eustathium ad Dionysium pag. 108. et apud Strabonem lib. XII. p. 576. Δορύλαιον vel Δορυλάϊον. Infra vero v. Κάδοι, et v. Θέρμα, legitur Δορίλαον.

Δόλιχνον, μία τῶν Ἐχινάδων νήσων, ἡ καὶ Δόλιχα καλουμένη; καὶ Ὀξεῖαι] Apud Eustathium ad Iliad. B. pag. 305. scribitur Δολίχα et Ὀξεῖα, numero singulari. Rectius.

— Ἀπὸ Δουλιχίου] Eustathius d. l. Δολιχίου.

— Καὶ Δουλιχεῖς ἐλέγοντο, καὶ οὗ ἐν τῷ Δουλιχίῳ Ἔπειοι] Legendum et distinguendum ex MS. καὶ Δουλιχίς. ἐλέγοντο καὶ οἱ ἐν τῷ Δουλιχίῳ Ἔπειοι. Nam Δουλιχεῖς pluralis est a Δουλιχεύς, vel Δουλιχιεύς, quod praecessit: ut inanis ταυτολογία vulgatae lectioni insit.

Δούλων πόλις, πόλις Λιβύης] Hesychius h. v. mendose distinguitur in vulgatis codicibus. Quod caussam errandi praebuit Abrah. Ortelio, Dulopolin vicum affirmanti in Marica, Hesychio; cum is scripserit: Δούλων πόλις, Εὔπυλις ἐν Μαρικᾷ· κώμην γὰρ λέγει Δουλῶν πόλιν· ἔστι δὲ ἐν Κρήτῃ καὶ Λιβύῃ. Marica enim Eupolidis Fabula fuit, quam citat et noster supra v. Γάδειρα. infra v. Θεσσαλία.

— Φασὶ καὶ κατὰ Κρήτην Δουλόπολιν εἶναι] Hesychius d. l. ἐν Κρήτῃ· et sic etiam Sosicrates in Creticis, apud Suidam h. v.

— Εἶτα Σάκας ἀφικνῆ, καὶ Σιδονίους, καὶ Ἐρεμβούς] Lego: Εἶτα Σάβας, etc. Σάβας autem pro Σαβαίους Dionysius in Perieg. v. 959.

*Μιννᾶιοί τε Σάβαι τε καὶ ἀγχίγυοι Κλεταβηνοί.*
*Minnaeique Sabaeque et vicini Cletabeni.*

nam eodem loco Ἐρεμβοὶ statim etiam nominantur v. 963.

*Λυπρὸν ὀρεσκῴων παραφαίνεται οὖδας Ἐρεμβῶν.*
*Sterile monticolarum apparet solum Eremborum.*

— Ἔς τε πόλιν ἀνδρῶν νεοπλουτοπονήρων] Hic omissa est vox δούλων· quae post vocem πόλιν inserenda iterum. Sic saepius vox nota omissa est.

— Ὡς φησιν Ὀλυμπιανός] Fuit Episcopus Byzantii, quem citat Cl. Salmasius.

Δούμαθα, πόλις Ἀραβίας· ὁ πολίτης Δουμαθηνός] Porphyrio dicuntur Δουμάθιοι lib. II. de Abstinent. Animal. cap. 56.
103 b Δουμάθιοι δὲ τῆς Ἀραβίας κατ' ἔτος ἕκαστον ἔθυον παῖδα. *Dumathii Arabiae populi puerum quotannis mactabant.* Δουμαθηνοὶ tamen etiam dicti. Siquidem Pyrrhus Ligorius Philippi Imp. promit nummum, in quo circum serpentem in spinas convolutum capite radiato legitur, ΔΟΥΜΑΘΗΝΩΝ.

*Δοῦρα, πόλις Μεσοποταμίας*] Loci huius, vel campi circa, mentio in S. L. apud Danielem cap. III. v. 1. ubi Graeca editio LXX. *καὶ ἔστησεν αὐτὴν ἐν πεδίῳ Δουρᾷ ἐν χώρᾳ Βαβυλῶνος.* quod vulgatus interpres reddit: *Et statuit eam in campo Dura provinciae Babylonis.* Isidoro Characeno *Dura Nicanoris*, a Graecis vero *Europus* appellata dicitur: *Ἔνθεν Δοῦρα Νικάνορος πόλις, κτίσμα Μακεδόνων, ὑπὸ δὲ Ἑλλήνων Εὔρωπος καλεῖται.* Apud Ammianum Marcellinum lib. XXIV. pag. 263. *Dora* legitur, corrupte; uti iam monuit Henricus Valesius: in aliis locis *Dura*, recte. Zosimo lib. III. pariter *Δοῦρα*, ut nostro.

— *Τὸ ἐθνικὸν Δουρηνός*] Pyrrhus Ligorius Traiani nummum exhibet, in quo circum Victoriam tropaeum dedicantem legitur, *ΔΟΥΡΗΝΩΝ.*

*Δραβησκος, Θράκης χωρίον*] Collectio Geogr. MS. Vat. *Δράβησκος Ἠδωνῶν πόλις ἐν Θρᾴκῃ.*

*Δράγγαι, ἔθνος Περσικῆς*] Notissima gens, quam Arrianus lib. III. de Exped. Alex. pag. 73. cum *Δραγγοῖς* coniungit, quos alibi reperiri non puto. Immo existimo *Δραγγοὺς* illos non esse alios, quam *Ἀραχώτους*, quamvis hosce Arrianus postea seorsum commemoret. Errorem ipsi Arriano natum puto ex ambiguitate et similitudine literarum *Α* et *Δ*. *Γ* et *Τ*. qualia passim observavi ad Scylacem et ipsum Stephanum. *Ζαραγγαίους* quoque eiusdem Arriani non alios crediderim, quam *Drangas*, et hunc quoque eius errorem ex *διττογραφίᾳ* ortum censeo. Quam opinionem meam vel maxime confirmat, quod lib. VI. pag. 142. *Ζαράγγους* eosdem vocet vel *Ζαράγγας*. Nam apud Isidorum Characenum promiscue *Δράγγαι* et *Ζαράγγαι* scribitur. Caeterum Iustinus lib. XLI. cap. 6. *Drangas* etiam *Drangaritanos* vocat, si vulgatis codicibus fides habenda, in quibus legitur: *Bactriani autem per varia bella iactati non regnum tantum, verum etiam libertatem amiserunt: siquidem Sogdianorum et Drangitanorum, Indorumque bellis fatigati, ad postremum ab invalidioribus Parthis, velut exsangues, oppressi sunt.* Sed nulli, locorum utcumque perito, dubium esse poterit, quin pro *Drangitanorum*, qui nusquam occurrunt, legendum sit *Drangarum*, *Ariorum*, distinctis vocibus. Illi enim Bactrianorum vicini fuerunt.

*Δραγμός, πόλις Κρήτης.* 104

— *Τὸ ἐθνικὸν Δράγμος*] MSS. *Δράγμιος*. Recte. a

*Δράκονον, ὄρος νήσου τῆς Ἰκαρίας λεγομένης, καὶ πόλις*] Apud Strabonem lib. XIV. pag. 639. *Δράκανον*. apud Hesychium corrupte: *Δρακάνιον, ὄρος Καρίας* pro *Ἰκαρίας*. Unde hoc quoque loco *Δράκανον* legendum existimo. Confirmat hoc Euphorionis *ἀνέκδοτον* Epigramma.

Εἰς ναυηγὸν ἐν τῷ Ἰκαρίῳ πελάγει ναυαγήσαντα·
Οὐχ' ὁ τραχὺς σε λεθαῖος ἐπ' ὀστέα κεῖνα καλύπτει,
Οὐδ' ἡ Κνάντιον γράμμα λαβοῦσα πέτρη·
Ἀλλὰ τὰ μὲν δολιχῆς τε καὶ αἰπεινῆς Δρακάνοιο
Ἰκάριον ῥήσσει κῦμα περὶ προκάλαις.
Ἀντὶ δ' ἐγὼ ξενίης πολυμήδεος ἡ πενιὴ χθὼν
Ὠγκάθην Δρυόπων δίψασιν ἐν βοτάναις.

*Δρεπάνη, ἡ Φαιακία*] Sic appellatur etiam infra vv. *Σχερία* et *Φαίαξ*. Eustathius ad Dionysium pag. 70: *Δρέπανον* appellat. *δύο δὲ Κέρκυραι· ἥ τε Φαιακὶς πρὸς τῷ Ἰωνίῳ κόλπῳ, περὶ ἧς καὶ τῷ Διονυσίῳ νῦν ὁ λόγος, ἡ καὶ Φαιακία καλουμένη, καὶ Σχερία, καὶ Δρέπανον, καὶ Ἄργος. καὶ αὕτη μὲν μία. ἑτέρα δὲ Κέρκυρα ἐντὸς τοῦ Ἰωνίου διὰ τοῦ ο μάλιστα λεγομένη Κόρκυρα, ἡ καὶ Μέλαινα καλουμένη.* Latini tamen alteram illam etiam *Corcyram* appellaverunt. *Δρέπανον* etiam appellat Tzetzes ad Lycophronem pag. 123. ubi appellationis caussam simul subiicit: *Ἄρπην· τὴν Φαιακίαν νῆσον τὴν Κέρκυραν, ἐν ᾗ ἦν κεχωσμένον τὸ δρέπανον, ἐν ᾧ Ζεὺς Κρόνον ἐξέτεμεν, ἢ ὅτι ἐκεῖ ἔκειτο τὸ δρέπανον, ὃ Δημήτηρ ἔλαβε παρ' Ἡφαίστου τέμνειν τοὺς στάχυς· καὶ οὕτω μὲν ἡ Κέρκυρα Δρέπανον λέγεται.* Eadem apud eundem leguntur pag. 141.

— *Ὡς Χειριεύς*] Lege: *ὡς Σχεριεύς*. Vide infra vv. *Σχερία* et *Φαίαξ*.

— *Ἔστι καὶ Δρεπάνη Βιθυνίας, πρὸς τῷ Ἀσυακηνῷ κόλπῳ*] Et haec Bithyniae *Drepanum* Ammiano Marcellino dicitur lib. XXVI. pag. 324. quam suo tempore *Heliopolin* dictam testatur. Quod confirmat Chronici Alexandrini Auctor pag. 662. *Δρέπανον ἐπικτίσας ὁ βασιλεὺς Κωνσταντῖνος ἐν Βιθυνίᾳ εἰς τιμὴν τοῦ ἁγίου μάρτυρος Λουκιανοῦ, ὁμώνυμον τῇ μητρὶ αὐτοῦ Ἑλενούπολιν κέκληκεν. Constantinus, instaurata Drepani urbe in Bithynia in honorem S. Luciani Martyris, illam a matre sua Helenopolin nuncupavit.*

*Δρεσία, πόλις Φρυγίας.*

— *Βουδίαν*] Legendum: *Βουδείαν*. vide supra h. v.

*Δρυλαὶ, συνοικία τῆς Ποντικῆς Τραπεζοῦντος οὐ πόρρω*] Scribendum: *Δρίλλαι* aut *Δρίλλαι*. populus non longe a *Trapezunte*. Xenophon lib. v. de Expeditione Cyri pag. 845. qui locus hic adducitur: *ἐξάγει εἰς Δρίλλας τοῦ ἥμισυ τοῦ στρατεύματος. educit in Drilas dimidiam copiarum partem.* de Xenophonte. Arrianus Periplo Ponti Euxini pag. 7. *Τραπεζουντίοις μὲν καθάπερ*
104 b *καὶ Ξενοφῶν λέγει Κόλχοι ὅμοροι. καὶ οὓς λέγει τοὺς μαχιμωτάτους καὶ ἐχθροτάτους εἶναι τοῖς Τραπεζουντίοις, ἐκεῖνος μὲν Δρίλλας ὀνομάζει· ἡμοὶ δὲ δοκοῦσι οἱ Σάννοι οὗτοι εἶναι. Trapezuntiis qui-*

*lem, ut Xenophon quoque inquit, finitimi sunt Colchi, nec non, ros idem bellicosissimos ipsisque Trapezuntiis infestissimos esse licit, Drillae, sic enim ab eo nominantur, mihi autem videntur esse Sanni.*

*Δρογγίλον, χωρίον Θετταλίας*] Harpocratio *Drongilum* ion *Thessaliae* sed Thraciae locum facit h. v. et v. *Μάστειρα*, ibi ex Demosthenis Philippica VIII. haec adducuntur: *Τῶν μὲν ἐν Θρᾴκῃ κακῶν, τί γὰρ ἂν ἄλλο τις εἴποι, Δρογγίλον καὶ Καβύλην καὶ Μάστειραν.* Quae Demosthenis verba hinc corrigenda sunt apud Suid. v. *Μάστειρα*. ubi minus sincere; *τίς γὰρ ἂν ἄλλος εἴποι.* pro, *τί γὰρ ἂν ἄλλο τις εἴποι.* et *Καμβύλην* pro *Καβύλην* legitur. *Καβύλη* autem eidem Harpocrationi *χωρίον ἐστὶ τῆς Θρᾴκης.* et nostro infra, *πόλις Θρᾴκης οὐ πόρρω τῆς τῶν Ἀστῶν χώρας.* Denique ipse Demosthenes oratione de Chersoneso pag. 81. *Drongilum* in Thracia locat: *οὐ γὰρ οὕτω γ' εὐήθης ἐστὶν ὑμῶν οὐδείς, ὥστε ὑπολαμβάνειν τὸν Φίλιππον τῶν μὲν ἐν Θρᾴκῃ κακῶν (τί γὰρ ἄλλο τις ἂν εἴποι Δρογγίλον, καὶ Καβύλην, καὶ Μάστειραν, αἃ νῦν ἐξαιρεῖ, καὶ κατασκευάζεται) τούτων μὲν ἐπιθυμεῖν. Neque enim quisquam vestrum ita simplex est, ut Philippum, existimet mala illa in Thracia (nam quo alio nomine appelles Drongilum, et Cabylen, et ea, quae nunc expugnat, sibique subiicit?) cupere.* et sic pariter ipsius Scholiastes Graecus pag. 1160. *Δρογγίλον καὶ Καβύλην· χωρία Θρᾳκικὰ εὐτελῆ περὶ τὸν Στρυμόνα καὶ τὴν Ἀμφίπολιν. Loca Thracica vilia, ad Strymonem et Amphipolim.* Ex quibus certo apparet, hoc loco pro *Θετταλίας*, reponendum esse, *Θρᾴκης*.

— *Θεόπομπος Φιλιππικῶν θ'*] Apud Harpocrationem v. *Μάστειρα*, et Suidam v. eodem, citatur, non *Theopompi nona*, sed Demosthenis octava Philippica. et v. *Δρογγίλον*, Demosthenes Philippicis apud Harpocrationem.

*Δρυΐδαι, ἔθνος Γαλατικὸν, Φιλόσοφον· Διογένης Δαέρτος ἐν φιλοσόφῳ ἱστορίᾳ*] MSS. *ὡς Διογένης Δαέρτιος ἐ. φ. ι.* locus autem est apud Diogenem in prooemio lib. I.

*Δρυμία, πόλις Φωκίδος· Παυσανίας ἱ. Δήμητρος δὲ θεσμοφόρου Δρυμίοις ἱερὸν ἐστιν ἀρχαῖον*] Harpocrationi dicitur *Δρυμός, πόλις μεταξὺ Βοιωτίας καὶ τῆς Ἀττικῆς. Drymus urbs inter Boeotiam et Atticam.* Ex loco autem Aristotelis, quem subiungit, videtur duplicem facere, aliam *Atticae*, aliam *Boeotiae*. Herodotus lib. VIII. cap. 33. *Δρύμον* vocat et *Phocidi* attribuit, noster. Pausaniae lib. X. ter *Δρυμαία* dicitur, incolae vero 105
*Δρυμαῖοι*. Verum ex sequentibus apparet, Stephanum, sive Epi- a
matorem eius *Δρυμία* et *Δρύμια* legisse, et alterum pro femi-
nino, alterum pro plurali neutro accepisse: satis inepte. Nam

apud Pausaniam urbs ipsa, ut iam dictum, vocatur *Δρυμαία*; et in loco hic adducto lib. x. pag. 677. legitur: *Δρυμαίοις*, non *Δρυμίοις*.

*Δρυόπη, πόλις περὶ τὴν Ἑρμίονα.*

— *Οἱ δὲ περὶ τὴν Οἴτην Δρύοπες, ἀπὸ Δρυόπης τῆς Εὐρυπύλου θυγατρός*] Scholiastes Graecus Apollonii Rh. ad lib. I. v. 1218. *Δρύοπες, ἔθνος περὶ τὸν Παρνασσὸν ἄδικον, ὃ κατεπολέμησεν Ἡρακλῆς καὶ μετέστησεν εἰς Πελοπόννησον· ὠνομάσθησαν ἀπὸ Δρύοπος τοῦ Λυκάονος καὶ Δίας τῆς Λυκαονείας.* Suidas v. *Ἐρύμανθος* ponit *περὶ τὴν Πυθῶνα.* Tzetzes ad Lycophronem pag. 83. *Ὁ δὲ Δρύοψ υἱὸς Ἀπάλλωνος καὶ Δίας τῆς Λυκάονος· ταύτῃ γὰρ συνελθὼν Ἀπόλλων ἔγκυον ἐποίησεν· ἣ τεκοῦσα τὸ βρέφος, ἔκρυψε δρυὸς στελέχει, ὅθεν καὶ Δρύοψ ἐκλήθη. καὶ ἐξ αὐτοῦ Δρύοπες, οἱ περὶ Παρνασσόν, ὡς φησιν Ἥλιος· Δίου Θειοδάμαντος, ὃν ἐν Δρυόπεσσιν ἔπεφνε.* Rursus aliter narrat Antoninus Liberalis Metamorph. cap. XXXII. nimirum *Dryopen* filiam Dryopis, qui Sperchii fluvii et Polydorae filius, ex Apolline peperisse filium Amphissum, qui Amphissam oppidum ad *Oetam* condidit.

— *Ἔστι καὶ Δρυοπία τῶν Δρυόπων, περὶ Τραχῖνα*] Est una eademque cum superiore. Nam *Τραχὶς* sita erat sub *Oeta*, ut ipse infra h. v. et Apollonii Scholiastes pag. 59.

— *Λέγεται καὶ Δρυοπίς*] Herodoto lib. I. cap. 56. Antonino Liberali Metam. cap. IV. et XXXII.

*Δρῦς, πόλις Θρᾴκης*] Harpocratio etiam Epiri civitatem hoc nomine commemorat.

— *Πτωκωστῶν*] *Τόπος τῶν.*

— *Ἔστι καὶ κώμη Λυκίας ἐπὶ τῷ Ἀρῷ ποταμῷ*] De hoc loco nihil certi pronunciare possum, cum nulla eius apud alios extet mentio: tum vero fluvii nomen corruptum vel potius mutilum est, quod solum coniecturae ansam praebere poterat. Nescio tamen, an non rectius *Λυδίας* pro *Λυκίας* legeretur, et pro *Ἀρῷ*, *Μαιάνδρῳ*. Nam ex Plutarcho Quaest. Graec. pag. 296. apparet *Δρῦν* fuisse locum inter Prienen et Miletum, ubi Prienenses insigni clade affecti. Unde ipsis proverbium natum: *ὁ παρὰ Δρυῖ σκότος.* Cl. Salmas. ex lacuna, quae in MSS. conspicitur ante *τὸ Ἀρῷ*, putabat legendum *Πιναρῷ*. Sed *Pinarus* Ciliciae fluvius fuit iuxta Solos. Neque ulla *Δρυὸς* mentio in Cilicia usquam. Quare coniecturae nostrae nondum me poenitet. Viderint tamen docti, si quid probabilius possint exsculpere.

*Δυμᾶν, φῦλον Δωριέων· ἦσαν δὲ τρεῖς· Ὑλλεῖς, καὶ Παμφυλοι, καὶ Δυμᾶνες*] De his tribubus videnda Herodoti narratio lib. v. cap. 68. et noster infra suis locis.

— *Καὶ προσετέθη ἡ Τρινθία*] Quartam hanc tribum Herodotus d. l. *Αἰγιαλέας* vocat, ab Aegialo Adrasti filio. 105 b

— *Αἴγιμος γὰρ ἦν τῶν περὶ τὴν Οἴτην Δωριέων βασιλεύς. Ἔσχε δὲ δύο παῖδας, Πάμφυλον καὶ Δυμᾶνα*] Scholiastae Graeco Pindari ad Pyth. Od. I. pag. 195. dicitur *Αἰγίμιος*, et sic ipsi Pindaro Pyth. Od. v. non *Αἴγιμος*. Dicto autem Scholiastae loco etiam tertius enumeratur filius *Δῶρος*, et secundi nomen mendose scribitur. *Πάμφυλος*, inquit, *καὶ Δήμας καὶ Δῶρος υἱοὶ Αἰγιμίου. ἀφ' ὧν Παμφυλὶς καὶ Δυμανὶς φυλαὶ ἐν Λακεδαίμονι.* Corrige *Δύμας* vel *Δυμάν*. Sincerius idem pag. 275. *Δῆλον δὲ ὅτι καὶ οἱ Αἰγιμίου παῖδες Δύμας καὶ Πάμφυλος συγκατῆλθον τοῖς Ἡρακλείδαις.*

— *Καὶ τὸν τοῦ Ἡρακλέους Ὕλλαν ἐποιήσατο τρίτον*] Legendum: *Ὕλλον. Hylas* enim puer Herculis, *Hyllus* vero dictus filius.

— *Καὶ Δύμαινα*] Supra v. *Ἁλικαρνασσὸς* scribitur *Δύμανα*. Inde *Δυμανάται* apud Herodotum lib. v. cap. 68.

*Δύμη, πόλις Ἀχαΐας*] Meminit Polybius lib. IV. pag. 345.

— *Ὁ πολίτης, Δυμαῖος*] Extat apud Polybium d. l. et in veteri Epigrammate Persis in Antholog. Graec. Epigr. p. 312. ex emendatione Vincentii Opsopoei.

— *Ἀντίμαχος δὲ Καυκωνίδα ταύτην φησὶν*] Extat hic *Antimachi* ex Thebaide locus apud Tzetzen in Lycophr. pag. 99. sed hinc corrigendus:

*Ὡς ἐπαπειλήτην ὥσπερ Καυκωνίδα Δύμην*
*Ἐπραθέτην παίδεσσιν Ἐπειῶν ἀρχεύοντος.*

Vulgo male editur, *Κακωνίδα*.

*Δυῤῥάχιον, πόλις Ἰλλυρικὴ, Ἐπίδαμνος κληθεῖσα, ἀπὸ Ἐπιδάμνου· τούτου θυγάτηρ Μέλισσα, ἧς καὶ τοῦ Ποσειδῶνος Δυῤῥάχιος*] Constantinus Porphyrogenneta lib. II. de Themat. cap. 9. *Δυῤῥάχιον ἥ ποτε Ἐπίδαμνος. Dyrrachium olim Epidamnus.* Collectio nominum Geograph. MS. Vat. *Δυῤῥάχιον, πόλις καλουμένη πρότερον Ἐπίδαμνος· ὠνομάσθη δὲ Δυῤῥάχιον ὅτι κατὰ τὸν τόπον προεχούσης ἄκρας γεωλόφον τὸ κῦμα προσπίπτον καὶ σχιζόμενον ῥαχίαν ποιεῖ μεγάλην. ὅθεν διὰ τὴν ῥαχίαν καὶ τὸ δύσορμον οὕτως ὠνομάσθη.*

— σο * *ἀφ' ἧς τόπος Μελισσώνιος, ἔνθα Ποσειδῶν αὐτῇ συνῆλθεν*] Si illud, σο, deleatur, locus videtur integer. Constantinus dicto loco: *ὑφ' οἷς ἐστι τόπος ἐν Ἐπιδάμνῳ Μελισσώνιος, ἔνθα Ποσειδῶν αὐτῇ συνῆλθε.* puto, *ἀφ' ἧς*, ut hic. *a qua est locus in Epidamno Melissonius dictus, ubi Neptunus cum Melissa rem habuerat.* In MSS. deest nihil.

— *Ἀλέξανδρος δ' ἐν Εὐρώπῃ, Δυῤῥάχιον αὐτὴν καλεῖ μετὰ*

τοῦ σ] Eustathius ad Dionysium pag. 56. hinc arcessit nominis originem: *Δυῤῥάχιον δηλοῦν ἐκ τῆς τοιαύτης κλήσεως τὴν τοῦ*
106 *τόπου τραχύτητα. Δυσράχιον γάρ ἐστι, ὅ ἐστι δυσέξοχον. Dyrra-*
a *chium ipso nomine loci asperitatem denotat, quasi Dysrachium, hoc est, insuperabile.*

— *Ἐῤῥένιος Φίλων*] *Ἐρέννιος*. infra v. *Κύρτος*. et Suidas v. *Ἐρέννιος*.

*Δωδώνη, πόλις τῆς Μολοσσίδος ἐν Ἠπείρῳ*] Sic ex nostro refert Eustathius ad Homeri Iliad. *B*. pag. 335.

— *Μεθ' ἣν Δωδωναῖος Ζεύς. καὶ, Δωδώνης μεδέων δυσχειμέρου*] Locus est apud Homerum Iliad. *Π*, v. 233. hoc modo:

*Ζεῦ ἄνα, Δωδωναῖε, Πελασγικὲ, τηλόθι ναίων,*
*Δωδώνης μεδέων δυσχειμέρου.*
*Iupiter Rex, Dodonaee, Pelasgice, procul habitans,*
*Dodonam curans gelidam.*

— *Καὶ Θετταλικὴν, κακῶς*] De *Thessalica* tamen *Dodona* videtur accipiendus auctor Carmin. Sibyllin. lib. III. pag. 227.

*Τὸ τρίτον αὖ Πλούτωνα Ῥέη τέκε δῖα γυναικῶν,*
*Δωδώνην παριοῦσα, ὅθεν ῥέεν ὑγρὰ κέλευθα*
*Εὐρώτου ποταμοῖο.*
*Tertio iterum Plutonem peperit inter foeminas praestantissima Rhea*
*Dodonam praeteriens, unde decurrunt humidae viae*
*Eurotae fluvii.*

Nam in sequentibus Eurotam Peneo commistum ad mare deferri ait.

— *Πόλιν γὰρ εἶναι Βωδώνων*] Lege: *Βωδώνην*. Vid. supra h. v.

— *Ἡ ἀπὸ Δῶνος ποταμοῦ*] Scribendum: *Δώδωνος*, ut Eustathius ad Dionysium pag. 62. et Homerum Iliad. *B*. pag. 335.

— *Λέγεται δὲ καὶ Δωδών*] Sic appellatur a Sophocle in Trachiniis v. 169.

*Ὡς τὴν παλαιὰν φηγὸν αὐδῆσαί ποτε*
*Δωδῶνι δισσῶν ἐκ πελειάδων ἔφη.*
*Sic antiquam fagum respondisse olim*
*In Dodone geminis columbis oracula reddentibus.*

ubi vide Scholiasten Graecum de hoc oraculo disserentem.

— *Ἔστι δὲ καὶ παροιμία, Δωδωναῖον χαλκεῖον*] De hac paoemia, vide quae ex Pausania et Aristotele notata Eustathio ad d. Ξ. pag. 1760.

*Δωνεττῖνοι, ἔθνος Μολοσσικόν*] Legendum per *T* simplex, *Δωνετῖνοι*. uti ex allato Rhiani versu patet.

*Δῶρα, νῆσος ἐν τῷ Περσικῷ κόλπῳ.*

— *Ὡς Ἀραξηνός*] Occurrit infra v. *Κυρταῖα*.

*Δώριον, πόλις μία τῶν τριῶν. Ὅμηρος· Καὶ Πτελεόν, καὶ Ἕλος, καὶ Δώριον*] Homerus Iliad. *B.* v. 594.

— *Δοσίθεος ἐν αὐτῇ τῇ πόλει φησὶν ὑπὸ Θαμύρᾳ εὑρεθῆναι ἣν Δώριον ἁρμονίαν*] Lege: *ὑπὸ Θαμύριδος*, quomodo hic nondam legit Eustathius ad Iliad. *B.* pag. 297. Immo ipse Homerus, loco a Stephano adducto pergens:

—— *καὶ Δώριον, ἔνθα τε Μοῦσαι*
*Ἀντόμεναι Θάμυριν τὸν Θρήϊκα παῦσαν ἀοιδῆς.*
—— *et Dorium, ubi Musae* 106
*Occurrentes Thamyrin Threïcium spoliarunt cantu.* b

Quare Plato corrigendus lib. x. de Republ. pag. 620. ubi perperam *Θαμύρου* editur pro *Θαμύριδος*.

*Δῶρος, πόλις Φοινίκης.*

— *Τὸ ἐθνικὸν Δωρίτης*] Et femininum *Δωρῖτις*. Unde *Δωρίτιδος* Veneris templum apud Cnidios fuisse vetustissimum refert Pausanias princ. Oper. pag. 2. quae sic cognominata a Doriensibus, qui peninsulam illam incolebant.

*Δώτιον, πόλις Θεσσαλίας, ὅπου μετῴκησαν οἱ Κνίδιοι, ὧν χώρα Κνιδία, ἀπὸ Δωτίας τῆς Ἐλάτου κληθεῖσα*] Isaacus Tzetzes ad Lycophronem pag. 73. *Δώτιον ἀκρωτήριον Ὀλύμπου, συνάπτον τοῖς Λειβήθροις.* Cnidios autem huc commigrasse et regionem adiacentem Cnidiam propterea fuisse dictam, uti hic tradit noster, hausta ex male intellecto Callimachi Hymno in Cererem v. 24.

*Οὔπω τὰν Κνιδίαν, ἔτι Δώτιον ἱρὸν ἔναιον.*
*Nondum Cnidiam, sed adhuc Dotium incolebant sacrum.*

Ubi Scholiastes antiquus *Κνιδίαν* explicat pariter *χώραν Θεσσαλίας*. Verum Cl. Salmasius Notis ad Inscript. Herodis Attici pag. 8. docet errare hos Grammaticos, et *τὰν Κνιδίαν* Callimacho pro *τὰν Κνίδον* poni, nec Cnidios in Thessaliam, verum Thessalos, relicta urbe Dotio, in insulam Cnidum profectos, duce Triopa, ibique condidisse urbem Triopion. Quibus adiiciendus Diodori Siculi locus e libro v. Biblioth. pag. 229. *Μετὰ δὲ ταῦτα Τριόπαν ἕνα τῶν Ἡλίου καὶ Ῥόδου παίδων φεύγοντα τὸν Τενάγου τοῦ ἀδελφοῦ φόνον εἰς τὴν Χερρόνησον ἀφικέσθαι· ἐνταῦθα δὲ καθαρθέντα τοῦ φόνου ὑπὸ Μελισσέως τοῦ βασιλέως εἰς τὴν Θετταλίαν πλεῦσαι ἐπὶ συμμαχίαν τοῖς Δευκαλίωνος παισὶ, καὶ συνεκαλεῖν ἐκ τῆς Θετταλίας τοὺς Πελασγοὺς καὶ μερίσασθαι τὸ καλούμενον Δώτιον πεδίον. ἐνταῦθα δὲ τὸ τέμενος τῆς Δήμητρος ἐκκόψαντα, τῇ μὲν ὕλῃ καταχρήσασθαι πρὸς βασιλείων κατασκευήν. δι' ἣν αἰτίαν ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων μισηθέντα φυγεῖν ἐκ Θετταλίας, καὶ καταπλεῦσαι μετὰ τῶν συμπλευσάντων εἰς τὴν Κνιδίαν· ἐν ᾗ κτίσαι τὸ καλούμενον ἀπ' αὐτοῦ Τριόπιον. Post haec Triopas Soli-*

*Rhodique filiorum unus ob fratris Tenagi caedem exsul in Chersonesum profugit. Et ab rege Melisseo expiatus ad opem ferendam Deucalionis liberis in Thessaliam discessit, et, Pelasgis communi auxilio eiectis, agrum, quem Dotion vocant, cum illis partitus est. Illic sacro Cereris nemore exciso ad regiae structuram abusus, odium populi incurrit: et profugus e Thessalia, cum adiuncto hominum agmine in Cnidiam pervenit; ubi Triopium, a nomine suo appellatum, condidit.*

## E.

107 a *Ἑβραῖοι, οὕτως Ἰουδαῖοι, ἀπὸ Ἀβράβωνος, ὥς φησι Χάραξ*] V. CL. Ioannes Seldenus in Prolegomenis de Diis Syris cap. 2. postquam disseruisset de origine nominis *Hebraeus*, propositis duabus sententiis, quarum una derivat illud ab Ebero, altera ab Abrahami cognomine, quo עבר *Ebri*, id est, *περάτης* est dictus, quasi *Transeuphratensis*, addit in ultimam se propendere quidem, assensum nihilominus cohibere, quoniam non liquet, utrum Heberum an Abrahamum Charax intellexerit, dum Ebraeos *ἀπὸ Ἀβράβωνος* dictos vult. Si haec dubia Characis auctoritas intercedat, quominus hoc certo sciamus, rem habemus confectam. Neque enim ullus dubito, quin hic pro *Ἀβράβωνος* scribendum sit *Ἀβράμωνος*, uti facile mihi largientur, qui sciunt quam exiguo discrimine *β* et *μ* in Stephani manuscriptis sint picta, unde infiniti errores profecti sunt. Idem autem quod Charax, ex Alexandro et Artapano tradit Eusebius lib. IX. de Praeparat. Euang. pag. 245.

*Ἐγγάδα, κώμη μεγάλη, πλησίον Σοδόμων Ἀραβίας.*

— *Ὡς Ζωαρηνός*] Scribe, *Ζοαρηνός*.

*Ἐγέστα, πόλις Σικελίας, ἔνθα θερμὰ ὕδατα, ὡς Φίλων· ἀπὸ Ἐγέστου τοῦ Τρωός*] Nomen huius urbis diversimode a veteribus scribitur, *Ἀκέστα, Αἰγέστα, Ἐγέστα, Σαγέστα, Σεγέστα*. De quo videndus Salmasius in Exercitat. ad Solin. pag. 111.

— *Τὸ ἐθνικὸν Ἐγεσταῖος*] Supra v. *Ἀγάθυρσα*. In nummis antiquis Siciliae apud Philippum Parutam, *Ἐγεσταίων* et *Σεγεσταίων*. et in quinque *Σαγεσταίων*. in uno *Ἐγεσταίων* legitur.

*Ἐγχελεῖς, ἔθνος Ἰλλύριον.*

— *Ἡ ἀπὸ τοῦ Ἐγχέλεως*] *Ἐγχέλεα* Illyrii filium commemorat Appianus princ. Illyricorum.

*Ἔδδανα, πόλις πρὸς τῷ Εὐφράτῃ, κατοίκια Φοινίκων, ἀπὸ Ἐδδανοῦ ἡγεμόνος· τὸ ἐθνικὸν Ἐδεβησσεὺς καὶ Ἐδεβήσσιος*] Hic duo loca incuria librarii in unum conflata, uti clare ex gentilibus conspicitur. MSS. autem ab hoc errore sunt liberi, in qui-

bus egregie legitur, Ἔδδανα, πόλις πρὸς Εὐφράτῃ, κατοικία Φοινίκων, ἀπὸ Ἐδδανοῦ ἡγεμόνος· τὸ ἐθνικὸν Ἐδδαδηνός.

Ἐδεβησσὸς, πόλις Λυκίας, ὡς Καπίτων Ἰσαυρικῶν ἀ. τὸ ἐθνικὸν Ἐδεβησσεὺς καὶ Ἐδεβήσσιος.

Ἔδεσσα, πόλις Συρίας, διὰ τὴν τῶν ὑδάτων ῥύμην οὕτω κληθεῖσα] Apud Franc. Gotifr. in tribus nummis M. Aur. Antonini Caracallae circum caput turritum legitur, *AT. AN. ΕΔΕCCA.* quod interpretor, *Aurelia Antonina Edessa.* Huc refero nummum 107
eiusdem Caracallae apud Goltzium, in quo, *ΚΟΛΩΝ. ΜΑΡ.* b
*ΕΔΕCC.* nam in literis intermediis *ΜΑΡ. M.* Aurelii nomen latitare non dubito. Tristanus nummum exhibet Gordiani, Tom. II. pag. 510. in cuius aversa circum Victoriam sedentem, *ΕΔΕΣΣΑΙΩΝ.* Apud Occonem pag. 420. in Alexandri Severi nummo, *ΚΩΛ. ΕΔΕCCHNΩN.* licet Occo hanc inscriptionem non intellexerit; uti nec Tristanus aliam, in nummo eiusdem Alexandri Severi Tom. II. pag. 405. in quo perperam legit, *ΜΗΤΡΟΠ. ΔΕCCHNΩN* omisso *E* et ad, nescio quam, *Dessam,* superioris Aegypti refert: cum certum sit, *ΕΔΕCCHNΩN* in nummo sculptum fuisse. Erat autem Metropolis Oshroënae, ut ex Notitia Hieroclis aliorumque constat.

— Ἀπὸ τῆς ἐν Μακεδόνι] Lege: Ἀπὸ τῆς ἐν Μακεδονίᾳ.

— Κατὰ μὲν τοὺς ἐγχωρίους Ἐδεσσηνός· παρὰ δὲ τοῖς πλείοσι τῶν ἀρχαίων Ἐδεσσαῖος.] In Thesauris Serenissimi Magni Ducis extat Alexandri Severi nummus, in quo circum mulierem turritam monti insidentem legitur, *ΜΗ. ΚΟ. ΕΔΕCCHNΩN.* hoc est, *Metropolis Colonia Edessenorum.* In iisdem servatur et Tiberii, in cuius aversa circum caput Augusti, *ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΘΕΟΣ ΕΔΕΣΣΑΙΩΝ.* Apud Illustrem equitem Cassianum de Puteo habetur Caracallae, quondam ab Aenea Vico depictus, in quo circum mulierem sedentem, capite turrito, manumque super aram protendentem, *ΜΑΚ. ΑΤΡ. ΕΔΕΣΣ. Edesius* lapis apud Isidorum lib. XVI. cap. 1. huc etiam referendus videtur.

Ἐδουμαῖοι, ἔθνος Ἀράβιον, ὡς Σούνιος ἐν Ἀραβικῶν τετάρτῳ] Infra quoque v. *Κάρνανα* hic auctor vocatur Σούνιος. Sed utrobique eodem modo peccatum ab imperitis librariis, qui abbreviaturas Graecas aut non animadverterunt, aut reddere non potuerunt. Cum enim scriptum esset, ὡς ο̅υ̅νιος, id est, ὡς οὐράνιος, falsum hoc auctoris nomen nobis commenti sunt. ο̅υ̅νος pro οὐρανὸς passim scribi omnes norunt, qui unquam aut MS. codices inspexere, aut veteres editiones Graecas. Ad eundem modum ο̅υ̅νιος pro οὐράνιος.

Ἕδρα, ἡ καθέδρα· οὕτω λέγονται ἕδραι βουλῆς, Ἀφ' οὗ

*Ἑδρίνης ὁ οἰκέτης*] Lego: *ὁ ἱκέτης*, uti etiam voluit Cl. Salmasius. Auctor Etymologici Magni: *Ἕδρίται οἱ ἱκέται* (ita et ibi lege, non *οἰκέται*) *ἀπὸ τοῦ καταφεύγειν εἰς τὴν Ἑστίαν.*

*Εἰδομενὴ, πόλις Μακεδονίας· Θουκυδίδης Β*] Thucydides lib. II. non longe a fine Sitalcen vi cepisse *Εἰδομένην* com-
108 memorat, primam urbem, postquam ex Dobero cum exercitu
a Thracum in Macedoniam movit. *Εἰδομένη* igitur, non *Εἰδομενὴ*, ut hic. Occurrit et *Ἰδομένη* his terve, et *Ἰδομεναὶ* semel apud eundem lib. III. sed de alio loco. Unde castigandus infra Stephani error *Ἰδομενὰς* facientis pariter Macedoniae urbem. Nam Thucydides *Ἰδομένην*, vel *Ἰδομενὰς*, non urbem facit, nec in Macedonia ponit, sed duos dicit editos colles in Amphilochorum regione inter Ambraciam et Olpas, quod castellum erat inter Amphilochiam et Acarnaniam: *ἐστὸν δὲ*, inquit, *δύω λόφω ἡ Ἰδομενὴ ὑψηλώ. Sunt autem Idomene duo excelsi tumuli.* et sic noster infra h. v. ex eodem Thucydidis loco. Locus hic ingenti Ambraciotarum clade insignis, quam historicus dicto loco luculenter exponit. Ptolemaeus igitur corrigendus est lib. III. Geogr. cap. 13. apud quem inter Emathiae urbes enumerantur *Ἰδομένη* et *Γορδηνία*, quae a Thucydide *Εἰδομένη* et *Γορτυνία*.

*Εἰλειθυίας, πόλις Αἰγυπτιακή*] Meminit eius Diodorus et Eusebius lib. III. de Praepar. Euang. cap. 3.

*Εἴνατος, πόλις Κρήτης*] Hesychius: *Εἴνατον, τόπος Λυκίας καὶ Κρήτης.*

— *Τινὲς δὲ ὄρος, καὶ ποταμὸν, ἐν ᾧ τιμᾶσθαι τὴν Εἰλείθυιαν Εἰνατινήν*] Legendum: *Εἰνατίην*. uti patet ex Callimachi versu apud Etymologum v. *Εἰναντία*, quod is dicit Ilithyiae epitheton. *Καλλίμαχος*, inquit, *Εἰνατίην ὁμόδελφον ἐπ' ὠδίνεσσιν ἰδοῦσα. Εἴρηται οἷον Κρητική. Εἴνατος γὰρ τόπος Κρήτης· ἔνθα ἐτιμᾶτο ἡ Εἰλείθυια.*

*Ἑκαδήμεια, ἢ Ἀκαδήμεια, ἀπὸ Ἀκαδήμου· καὶ Ἀθήνησι τόπος ὁ Κεραμικός*] Hesychius: *Ἀκαδημία, λουτρὸν ἢ πόλις· λέγεται δὲ καὶ γυμνάσιον Ἀθήνησι ἀπὸ Ἀκαδήμου ἀναθέντος, καὶ τόπος, καλεῖται γὰρ οὕτως ὁ Κεραμεικός.* Diogeni in Platone, Harpocrationi, aliis *Ἀκαδημία*.

— *Οἱ δ' ὅτι Ἔχεμος ὁ Ἀρκὰς συστρατεύσας τοῖς Διοσκούροις ὑποχείριον ἔσχε τὴν Ἀττικήν*] Ioannes Meursius emendat *Ἐκέδημος*, invitis codicibus scriptis, et contra scopum Stephani, qui hic aliam *τοῦ Ἀκαδήμεια* originem nobis proponit, quasi illa non ab *Ecademo* sed *Echemo* Arcade habeat nomen. Quae opinio fuit Dicaearchi, uti testatur Plutarchus in Theseo pag. 15. *Ὁ δὲ Δικαίαρχος, Ἐχέμου, φησὶ, καὶ Μαράθου συστρατευσάντων τότε τοῖς Τυνδαρίδαις, ἐξ Ἀρκαδίας, ἀφ' οὗ μὲν Ἐχεδημίαν*

(puto Ἐχεμηδίαν) προσαγορευθῆναι τὴν νῦν Ἀκαδημίαν, ἀφ' οὗ δὲ Μαραθῶνα τὸν δῆμον, ἐπιδόντος ἑαυτὸν ἑκουσίως κατά τι λόγιον, σφαγιάσασθαι πρὸ τῆς παρατάξεως. *Dicaearchus vero tradit, quum Echemus et Marathus Tyndaridas ex Arcadia essent ad bellum illud sequuti, nomen ab illo quaesisse Echedemiam, quae nunc appellatur Academia: ab hoc castellum Marathonem, quod ultro se ex quodam oraculo obtulisset ante aciem immolandum.*

— Ὁ δημότης, Ἀκαδημαϊκὸς, τροπῇ καὶ τοῦ τελευταίου ε εἰς η] MSS. τροπῇ τοῦ χ εἰς κ, καὶ τοῦ τελευταίου εἰς δη. 108 b

Ἑκατήσια, οὕτως ἡ Ἰδριὰς πόλις ἐκαλεῖτο Καρίας.

— Οἱ Κᾶρες τὴν Θεὸν Λαγινίτην ἐκάλεσαν] An non potius Λαγιδίτην.

Ἑκατόννησοι, οὕτω περὶ τὴν Λέσβον νησία κ. ὡς Στράβων περὶ τὸν Ἕκατον τὴν Ἀπόλλωνα, etc.] Locus hic totus consarcinatus est ex Strabone lib. XIII. pag. 618. legendum autem παρὰ τὸν Ἕκατον τὸν Ἀπόλλωνα. uti quoque Is. Casaubono et Cl. Salmasio visum.

Ἑκατόμπυλος, πόλις Παρθίας] Fuit et alia cognominis in Libya, de qua Diodorus in Excerptis apud Constant. Porphyrog. pag. 272. et Polybius lib. I. pag. 73.

Ἐκβάτανα, ἡ μεγάλη μερὶς τῆς Μηδίας] Lege: ἡ μεγάλη μητρόπολις τ. Μ. error ex abbreviatura natus.

— Ὡς Ταβιηνός] Lege cum MSS. Ταβηνός.

Ἐλαία, πόλις τῆς Ἀσίας, Αἰολική] Hic Stephani locus adscriptus est in codice manu exarato Dionysii Perieg. quem in Bibliotheca Regia vidi Parisiis, ad v. 910. haustus autem ex Strabone lib. XIII. pag. 615. et pag. 622. adducitque Eustathius ad Odysseae Ψ. pag. 1944.

— Κιδαινὶς] Καὶ Δαναΐς.

— Ἔστι καὶ ἑτέρα Ἰταλίας, διὰ τοῦ ε ψιλοῦ Ἔλεα, ἐξ ἧς Ἐλεάται] Codex Regius: Ἐλεῖται. Per αι scribit Nicandri Scholiastes pag. 31.

— Τῆς δὲ προτέρας Ἐλαιῖται] Idem MS. Reg. Ἐλαῖται. puto Ἐλαϊται. Unde *Duris* Ἐλαΐτης infra v. Ἔφεσος. et Ἐλαϊτις regio, et Ἐλαΐτης sinus, apud Strabonem lib. XIII. pag. 615. uti legunt ibi MSS. vel ut paullo post habetur apud eundem Ἐλαϊτικὸς, quod iam olim agnovit Eustathius Homeri interpres ad Odysseae Ψ. dicto paullo ante loco. et in nummo Commodi circum Deam Isidem, ΕΛΑΙΤΩΝ, apud Franc. Gotifredum, atque ita a Pausania lib. V. aliisque vocantur. Atque ad hos *Elaïtas* non dubito quin pertineat Decii Iunioris Imperatoris nummus apud Tristanum Tom. II. pag. 651. in quo ille legit, ΕΠΙ ΔΟΡΤΛΑΟΥ CΑΛΕΙΤΩΝ. *Sub Dorylao Saleitorum.* eumque ad

*Σάλην*, nescio quod, Hyrcaniae oppidum refert. Sed in nummo procul dubio fuit *ΕΛΑΕΙΤΩΝ*, uti colligo, ex oleae arbore supra aram, in qua Imperator sacrificat, protensa, quae ad civitatis nomen referenda. Nam nos recte hoc inde colligere ostendit nummus *Elaïtarum* plane insignis in Gazis S. M. Ducis a me conspectus, in cuius una parte caput *Menesthei* conditoris cum arbore oleae et inscriptione, *ΜΕΝΕΣΘΕΥΣ. ΚΤΙΣΤΗΣ*, de quo Strabo lib. XIII. pag. 622. in aversa circum Aesculapium, 109 *ΕΠΙ. ΣΕΠ. ΣΑΛΩΝΙΟΥ. ΝΕ. ΕΛΑΙΤΩΝ.* In iisdem Gazis a in nummo Hostiliani circum Prudentiam, *ΕΛΑΕΙΤΩΝ.* Caeterum *Ἐλαιάτις* quoque Thesprotiae regiuncula est, teste Thucydide lib. I. pag. 32. in qua *Ephyren* oppidum et *Chimerium* portum collocat.

— *Ἔστι καὶ πόλις Φοινίκης, Ἐλαία*] *Ἐλαῖς* Dionysio Perieg. v. 910.

*Οἵ τ' Ἰόπην καὶ Γάζαν, Ἐλαΐδα τ' ἐνναίουσι.*

*Qui Iopen et Gazam Elaïdemque incolunt.*

*Ἐλαιεύς, δῆμος τῆς Ἱπποθοωντίδος φυλῆς*] Auctori Etymologici *Ἐλεεῖς.*

*Ἐλαιοῦς, πόλις ἐν Ἑλλησπόντῳ*] Sic Harpocratio et Marcianus Heracleota; Tzetzes tamen ad Lycophronem, Arrianus lib. I. de Exped. Alex. pag. 12. bis terve *Ἐλεοῦς.* et sic ipse Herodotus lib. VII. cap. 21. *ἐν γὰρ Ἐλεοῦντι τῆς Χερσονήσου ὥρμεον τριήρεες. Ad Eleuntem Chersonesi triremes habebant stationem.*

*Ἐλαιοῦσσα, νῆσος Κιλικίας*] Sic Strabo lib. XII. pag. 535. et 537. Oppiano et Etymologo *Ἐλεοῦσα.*

— *Μετὰ τὴν Ἤπειρον*] An non *κατὰ* legendum?

— *Ἡ νῦν Σεβαστή*] Vide infra v. *Σεβαστή.*

— *Πρὸς τῷ Κωρίκῳ*] MSS. *Κυρίκῳ.* Sed legendum *Κωρύκῳ.* Suidas: *Κώρυκος τῆς Παμφυλίας ἀκρωτήριον.* Oppianus Halieut. lib. III. v. 209.

*Ὅσσοι θ' Ἑρμείαο πόλιν ναυσίκλυτον ἄστυ*
*Κωρύκιον ναίουσι καὶ ἀμφιρύτην Ἐλεοῦσαν.*

— *Τὸ ἐθνικὸν Ἐλαιούσσιος*] In nummo veteri apud Franc. Gotifredum, in cuius una parte caput Iovis expressum est, in altera Victoria cum corona visitur, adscriptum, *ΕΛΑΙΟΥΣΣΙΩΝ ΣΙΑΓ.*

*Ἐλάτεια, πόλις μεγίστη Φωκίδος, ἀπὸ Ἐλάτου*] Meminit huius *Eleati* Phlegon Trallianus, qui eum Lapitharum regem dicit, Histor. Mirab. cap. V.

— *Τὸ ἐθνικὸν Ἐλατεύς*] Puto, *Ἐλατειεύς.* sic a Latinis *Elatiensis*, et sequens exemplum postulat.

— *Ἔστι καὶ Θεσπρωτίας*] Hoc unum est ex tribus oppidis

*Caesopiae*, quorum meminit Demosthenes oratione *de Haloneso*. Harpocratio h. v. *Τοῦ δὲ Ῥήτορος πάλιν ἐν ἑβδόμῳ Φιλιππικῶν, εἰ γνήσιος, τάδε. ἐν Κασιεπείᾳ τρεῖς πόλεις Πανδοσίαν καὶ Βουκέταν καὶ Ἐλάτειαν· ῥητέον ὅτι βέλτιον ἐν ἑνίοις γέγραπται διὰ τοῦ ρ Ἐλάτρεια.* ubi *septima Philippicarum*, quae adducitur, haec ipsa est oratio *de Haloneso*. Male autem apud Harpocrationem editur *Κασιεπείᾳ*, pro *Κασωπίᾳ* vel *Κασσωπίᾳ*. vide infra v. *Κασσώπη*. Quod vero sequitur de *Ἐλατρείᾳ* id quoque Harpocratio ex Theopompo probat, cuius locum si lubet cognoscere, ipsum Harpocrationem adi.

*Ἐλαφόνησος, μία τῶν Σποράδων νήσων*] Quae alio nomine *Προκόνησος*, uti docet Scholiastes Graecus Apollonii ad lib. II. v. 279. ab eo, quod *ἐλάφους ἢ πρόκας* magna copia ferret. Ponit autem *inter Sporades*, quod mirum, etiam infra v. *Προκόνησος*. 109

*Ἐλβέστιοι, ἔθνος Λιβύης· Φίλιστος ἤ. περὶ δὲ τοὺς Λίβυας ἐκπ * Εὐρώπης Ἐλβέστιοι, καὶ Μαστιηνοί*] Nihil certi ex farragine hac male detruncata affirmari potest. Illud certum est, *Ἐλβεστίους* non Africae, sed Europae gentem esse, quod infra vv. *Μασσία* et *Μαστιηνοὶ* liquido patet. Tum hoc quoque mihi certissimum videtur, non alios esse hos, quam qui infra *Ὀλβίσιοι* et *Ὀλβισίνιοι*, Sexto Avieno *Selbyssini* vocantur. Sed alium quoque errorem hic latere puto, videlicet Hecataeum *Selbestios* appellasse, quos Philistus vocavit *Elbestios*. Adeo ut, expleta lacuna, legam, *Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ· Σελβέστιοι καὶ Μαστιηνοί.* retracto σ a fine vocis *Εὐρώπης* ad principium vocabuli *Ἐλβέστιοι*. Citatur namque *Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ* cum alibi saepe tum infra v. *Μαστιηνοί*. Qui ibi dicuntur *ἔθνος πρὸς ταῖς Ἡρακλείαις στήλαις, gens Herculis columnis propinqua:* sic dicta procul dubio a *Μαστίᾳ* loco Carthaginiensium in Hispania, cuius mentio in veteri foedere Carthaginiensium apud Polybium lib. III. pag. 179. apud nostrum *Μασσία* corrupte legitur infra pro *Μαστία*. Si igitur *Mastieni* in Europa, ergo et *Elbestii* vel *Selbestii*. Quod erat demonstrandum.

*Ἔλγος, πόλισμα Λυκίας*] Editio Aldi, *Λυδίας*.

— *Ὥς Σιγαῖος*] Lege: *Σιγγαῖος*, ut infra v. *Σίγγος*.

*Ἐλέα, πόλις Ἰταλίας, ὡς εἴρηται· ἐκαλεῖτο δὲ Βύλη*] Philippus Cluverius lib. IV. Ital. Antiq. cap. 14. existimat Stephanum scripsisse, *ἐκαλεῖτο δὲ Τέλη*. Certe ita primitus vocata haec urbs. Herodotus lib. I. cap. 168. *Οἱ δὲ αὐτῶν ἐς τὸ Ῥήγιον καταφυγόντες ἐντεῦθεν ὁρμεώμενοι ἐκτίσαντο πόλιν γῆς τῆς Οἰνωτρίης ταύτην, ἥτις νῦν Τέλη καλέεται. Illi autem, qui hinc progressi, Rhegium confugerant, civitatem condiderunt in agro Oe-*

*notriae, quae nunc appellatur Hyela.* Strabo princip. lib. VI. *Κάμψαντι δ' ἄλλος συνεχὴς κόλπος, ἐν ᾧ πόλις, ἣν οἱ μὲν κτίσαντες Φωκαιεῖς Τέλην, οἱ δὲ Ἕλλην ἀπὸ κρήνης τινός· οἱ δὲ νῦν Ἐλέαν ὀνομάζουσιν. Inde ubi cursum flexeris alius est contiguus sinus, inque eo urbs, quam Phocaeenses cum conderent, Hyelam, alii Ellam a fonte quodam: nostro tempore Eleam appellant.* Et exstant adhuc nummi veteres, in quibus legitur, *ΤΕΛΗΤΩΝ.* Diogenes Laërtius in Zenone Eleate etiam *Τλην* dictam docet, quod propius accedit ad corruptum *Βύλη* nostri, nisi et ibi mendum sit. Locus est pag. 244. *Καὶ γὰρ οὗτος τὴν πρότερον μὲν*
110 *Τλην, ὕστερον δὲ Ἐλέαν Φωκαέων οὖσαν ἀποικίαν αὐτοῦ δὲ πατρίδα, πόλιν εὐτελῆ καὶ μόνον ἄνδρας ἀγαθοὺς τρέφειν ἐπισταμένην, ἠγάπησε μᾶλλον τῆς Ἀθηναίων μεγαλουχίας. Atque hic Eleam, Hylem anteà nominatam, Phocaeensium coloniam, patriam suam, urbem tenuem, quae viros tantummodo bonos alere sciret, magis quam Atheniensium gloriosam iactationem adamavit.*

*Ἐλέγεια, χωρίον πέραν Εὐφράτου· Ἀρριανὸς ἐν Παρθικῶν ν. τὸ ἐθνικὸν Ἐλεγεύς*] *Elegia, locus trans Euphratem.* Recte, erat enim in Armenia. Vide de hoc loco Cl. Salmasium in Exercitat. Plinian. pag. 625. legendum autem: *Ἀρριανὸς ἐν Παρθικῶν ἡ.*

*Ἐλένειος, τόπος περὶ τῷ Κανώβῳ*] Eustathius ad Dionysium pag. 9. facit insulam circa *Canobum.* Hinc *Ἐλένειον* herba, Etymologo, *βοτάνη ἡ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ γινομένη· εἴρηται ὅτι ἐκ τῶν δακρύων τῆς Ἑλένης ἀνεφύη, ὅτε ἐπὶ Κανώβῳ τῷ κυβερνήτῃ Μενέλαος ἐδάκρυσεν ὑπὸ αἱμορροΐδων ἀποθανόντι.* Unde et insulam ab *Helena* dictam constat. Gentile autem forma regionis postulat ut sit *Ἐλενίτης*, quod perperam inter sequentis insulae *Ἑλένης* gentilia recenseri videtur.

*Ἐλένη, νῆσος Ἀττικῆς· Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. Ἐκεῖ γὰρ ἀποβῆναί φασι τὴν Ἑλένην*] Sic refert Philostratus in Atticis pag. 65.

— *Ἡ Ἐλενίτης*] Videtur haec terminatio potius convenire superiori Aegypti loco. In Iure Graeco-Romano Tom. I. pag. 190. inter alios Episcopos Aegypti occurrit *Papas Ἐλευιτῶν*, quod ego libenter mutandum censerem in *Ἐλενιτῶν*, si alibi istius loci Episcopum ullum invenissem. Legitur etiam in duobus Goltzii nummis, *ΕΛΕΝΙΤΩΝ.*

*Ἐλευθεραὶ, πόλις Βοιωτίας, ἀπὸ Ἐλευθῆρος τοῦ Ἀπόλλωνος*] *Eleutherarum* Boeotiarum meminit Arrianus lib. I. de Exped. Alex. pag. 8. unde urbis situs perspicitur: dicit enim eandem portam urbis Thebarum et *Eleutheras* et in Atticam duxisse. De *Eleuthere* autem, a quo urbs denominata dicitur, Pausanias

lib. x. pag. 671. *Ἐλευθῆρα δι' Ἀπόλλωνός τε καὶ Αἰθούσσης εἶναι τοῦ Ποσειδῶνος. et Eleutherem ex Apolline et Aethusa Neptuni filia genitum dicunt.*

— *Ἔστι καὶ Κρήτης, ἀπὸ Ἐλευθῆρος ἑνὸς τῶν Κουρήτων*] Dio princ. lib. xxxvi. Cretae civitatem appellat *Ἐλευθέραν*. Et in Actis Concilii CP. sub Flaviano occurrit Euphratas, Episcopus *τῆς Ἐλευθεροπολιτῶν πόλεως ἐπαρχίας Κρήτης*. Eadem tamen urbs, quae paullo post *Ἐλευθέρνα* dicitur, quomodo etiam Hierocli in Notitia MS. Scylaci *Ἐλευθέρναι* numero plurium, quomodo etiam Plinio *Eleuthernae*.

— *Ἥτις καὶ Σάωρος ἐκαλεῖτο, ἀπὸ Σαώρης νύμφης*] Lege: *Ἄωρος*, et *Ἀώρης*. vide supra h. v. vide et infra v. *Σάτρα*.

— *Διὰ τὸ φογόντας Αἰήτην*] *φυγόντας*. 110 b

— *Ὡς Ἡράκλειος*] Cl. Salmasius legit: *Ἡραῖος*.

*Ἐλευθέριον, πολίχνιον Μυσίας. οἱ οἰκῆται Ἐλευθεριεῖς, ὡς Προύσιον Προυσιεῖς*] Extat hoc gentile etiam infra v. *Χειμέριον*. Sed *Προύσιον* non dicitur, verum *Προυσιὰς*, unde *Προυσιεύς*. Sed hoc exemplum nihil hic probat. Unde suspicor legendum: *Βουπράσιον Βουπρασιεύς*.

*Ἐλευθερὶς, πόλις Βοιωτίας.*

— *Πλησίον Κότου καὶ Ἐγκλέου*] Puto haec propria vicorum nomina esse.

*Ἐλευθέρνα, πόλις Κρήτης, ἀφ' ἑνὸς τῶν Κουρήτων*] Singulari numero dicitur etiam infra v. *Ζάτρα*, Scylaci, pluriuni, *Ἐλευθέρναι*. In praeclaro nummo argenteo Serenissimi Magni Ducis, in cuius una parte caput Iovis, vel potius Curetae barba rasa, ab altera, circum Apollinem stantem cum arcu, legitur literis inversis, *ΕΛΕΥΘΕΡΝΑΙΟΝ*.

— *Οἱ πολῖται, Ἐλευθερναῖοι*] In nummo Franc. Gotifredi circum Apollinem sedentem legitur, *ΕΛΕΥΘΕΡΝΑΙΟΝ*.

*Ἐλευσὶς, δῆμος τῆς Ἱπποθοωντίδος φυλῆς. ὁ δημότης Ἐλευσίνιος*] Virgilius lib. i. Georg. v. 163. *Eleusinus* format:

*Tardaque Eleusinae matris volventia plaustra.*

Suetonius in Claudio cap. 25. *Sacra Eleusina etiam transferre ex Attica Romam conatus est.* Ita maluerunt Latini potius quam Graecorum *Eleusinia*, de quo vide Cl. Salmasium ad Hist. Aug. pag. 202.

— *Ἔστι καὶ Δήμητρος καὶ Κόρης Ἐλευσινίας ἱερόν*] Strabo lib. ix. pag. 395. *Eleusina* dicit fuisse urbem, in qua templum *Eleusinae* Cereris fuit.

*Ἐλεύτιοι, ἔθνος τῆς Ἰαπυγίας· Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ· Παρθένιος δὲ Ἐλεφαντίδα αὐτὴν φησιν*] Hic duo iterum loca in unum

conflata esse gentilia ostendunt; quae MSS. additis aliquot vocabulis sic distinguunt.

*Ἐλεύτιοι, ἔθνος τῆς Ἰαπυγίας· Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ· τὸ ἐθνικὸν ὁμοίως.*

*Ἐλέφαντος πόλις· Παρθένιος δὲ Ἐλεφαντίδα αὐτὴν φησι,* etc. Quomodo in vulgatis restituendum est.

*Ἐλιβύργη, πόλις Ταρτησσοῦ*] Abrahamus Ortelius putat *Eliberin*, sive *Illiberrin*, ut vocatur in antiquis lapidibus, intelligendam. Ego potius *Iliturgin*, sive *Illiturgin*, hodie *Andujar el vejo*, explicaverim, quia haec Baeti fluvio apposita, quem *Tartessum* quoque antiquis dictum constat. De *Illiturgis* autem antiquitatibus videndus Rhodericus Carus doctissimo libello de Utrerae Antiquitatibus. De *Eliberri* autem vel *Illiberri* consulendus Franciscus Mendoza lib. I. de Concilio *Illiberritano* pag. 7. ubi duas huius nominis in Hispania docet fuisse urbes: unam in His-
111 pania Tarraconensi, vel potius Narbonensi Gallia sub Pyrenaeis
a in ipso Galliarum et Hispaniae confinio, quam et *Caucoliberin* dictam docet, quasi *Caucorum Illiberin* (unde adhuc hodie *Calliore*) cuius Mela, Livius aliique de veteribus meminere: alteram in Hispania Baetica, ubi celebratum Concilium *Illiberitanum*, quam *Florentiae* cognomen habuisse vetusti lapides testantur, in quibus MUNIC. FLORENTINUM ILLIBERITANUM. Haec vulgo nunc *Elvire* dicitur.

*Ἑλίκη, πόλις Πελοποννήσου· Ὅμηρος· Οἱ δέ τοι εἰς Ἑλίκην τε καὶ Αἰγάς*] Scholiastes vetus ad Theocriti Idyll. I. v. 125. *Ἑλίκας δὲ λίπε ῥίον·* commentatur hoc modo: *τοῦ ὄρους τὸ ἀκρωτήριον, παρὰ τὸ ἐπιῤῥεῖσθαι τοῖς τῶν ὑετῶν ὄμβροις, καὶ πηγῶν ὕδασιν· ἢ ὄνομα πόλεως, πρὸς τῷ ὁρίῳ τῷ Ἀχαϊκῷ, ἢ Αἰπύτου τάφου κεφαλή.* In loco autem Homeri *Helice* et *Aegae* dicuntur Neptuno sacrae: verba enim sunt Iunonis ad Neptunum Iliad. Θ. v. 204.

*Οἱ δέ τοι εἰς Ἑλίκην τε καὶ Αἰγὰς δῶρ' ἀνάγουσι*
*Πολλά τε καὶ χαρίεντα.*
*At tibi Helicen et Aegas dona adducunt*
*Et multa et elegantia.*

Unde non dubito, quin emendari debeat Poëtae Hymnus in Neptunum, in quo mendose legitur:

—— *ὅς θ' Ἑλικῶνα καὶ εὐρείας ἔχει Αἰγάς.*

pro *ὅς θ' Ἑλίκην τε κ. ε. ε. Α.*

—— *qui Helicen et latas habet Aegas.*

*Helicon* enim nihil ad Neptunum, contra *Helice* et *Aegae* illi sacrae. Nec movere debet gentile *Ἑλικώνιος*, quod ab *Helice* contra analogiam formatum est. Nam *Helicen* appellatam fuisse *He-*

*liconis*, nusquam, puto, reperies; ego saltem hactenus non reperi.

— *Ἀπὸ Ἑλίκου τοῦ Λυκάονος*] Apud Eustathium ad Homeri Iliad. B. pag. 292. locus hic descriptus extat, sed mendum in illo tollendum est: legitur enim vulgo: *ἀπὸ Ἑλίκα φασὶ καλεῖται υἱοῦ Λυκάονος.* pro *ἀπὸ Ἑλίκου.*

— *Ἡ Ἑλίκης, τῆς Ἴωνος μὲν γυναικὸς, Σελινοῦντος δὲ τοῦ Ποσειδῶνος θυγατρὸς*] Pausanias princ. lib. VII. *Ἴωνι δὲ ἐπὶ τοὺς Αἰγιαλεῖς στρατιὰν καὶ ἐπὶ Σελινοῦντα τὸν βασιλέα αὐτῶν ἀθροίζοντι ἀγγέλους ἔπεμπεν ὁ Σελινοῦς τὴν θυγατέρα Ἑλίκην, ἣ μόνη οἱ παῖς ἦν, γυναῖκα αὐτῷ διδοὺς, καὶ αὐτὸν Ἴωνα ἐπὶ τῇ ἀρχῇ παῖδα ποιούμενος. Καί πως ταῦτα τῷ Ἴωνι ἐγένετο οὐκ ἀπὸ γνώμης, καὶ τῶν Αἰγιαλέων τὴν ἀρχὴν Ἴων ἔσχεν ἀποθανόντος Σελινοῦντος· καὶ Ἑλίκην τε ἀπὸ τῆς γυναικὸς ᾤκισεν ἐν τῷ Αἰγιαλῷ πόλιν, καὶ τοὺς ἀνθρώπους ἐκάλεσεν Ἴωνας ἀφ' αὐτοῦ. At Ion cum bellum esset Aegialensibus et eorum regi Selinunti illaturus, per legatos ei Selinus unicam filiam Helicen despondit, sibique eam adoptionis iure filium fecit. Quod cum Ioni ex animi sententia evenisset, et Selinunti in imperium successit, et a se conditam urbem uxoris suae de nomine Helicen nominavit: gentem* 111 b *ipsam a se Ionas nuncupavit.* Post autem haec verba, ad quae locum Pausaniae modo adduximus, apud Stephanum ex dicto Eustathii loco videtur inserendum: *Ἔστι καὶ ἄλλη Θετταλική.*

— *Ὁ πολίτης Ἑλικώνιος, ἀπὸ κτίστου Ἑλικῶνος*] Apud Eustathium dicto loco *ἱερὸν τοῦ Ἑλικωνίου Ποσειδῶνος* *fanum Heliconii Neptuni* fuisse *Helicae* dicitur, et apud Herodotum lib. I. cap. 148. *Panionium*, locus Mycales sacer *Ποσειδῶνι Ἑλικωνίῳ* dicatus commemoratur haud dubie ab *Helice* ultimo Ionum refugio in Peloponneso, cum ab Achaeis bello victi premerentur, ut testatur idem Herodotus eod. libro cap. 145.

*Ἐλίμεια, πόλις Μακεδονίας*] Arrianus lib. I. de Exped. Alex. pag. 8. regionem circa hanc urbem appellat *Ἐλυμιῶτιν.* Rursus apud Ptolemaeum lib. III. Geogr. cap. 13. licet oppidum vocetur *Ἔλυμα*, populus *Ἐλιμιῶται* dicuntur: sic enim bis in MSS. legitur. Editi contra uno loco scribunt *Ἐλιμιώτας*, altero *Ἐλυμιώτας.*

— *Ἀλέξανδρος δ' Εὐρώπῃ Ἐλίμειόν φησι, διὰ μακροῦ τὴν μει συλλαβήν. Τὴν δ' Ἐλίου διὰ βραχέος τοῦ ι*] In ultimis verbis sensum desidero. An scripsit: *Τὴν δὲ λι οὐ διὰ βραχέος τοῦ ι.*

*Ἔλινοι, ἔθνος Θεσπρωτικὸν, Ῥιανὸς δὲ Θεσσαλικῶν*] Infra v. *Χαῦνοι* adducitur Rhiani locus, qui hic supprimitur, ex quarto Thessalicorum:

*Κεστρηνοὶ Χαῦνοί τε καὶ αὐχήεντες Ἐλινοί.*

— Καὶ Ἐλενία ἡ χώρα] Cl. Salmasius legit, Ἐλινία. Recte.

— Ἔστι καὶ Σικελίας πόλις] De urbe nescio: sed populos Siciliae fuisse, et quidem eosdem, qui *Elymi* aliter, et Plinio *Elini*, suspicor.

Ἐλίξοια, νῆσος Ὑπερβορέων, οὐκ ἐλάσσων Σικελίας, ὑπὸ ποταμῷ Κεραμβύκα] Lege, Καραμβύκα. vide infra v. Καραμβύκαι.

Ἐλίσυκοι, ἔθνος Λιγύων] Meminit Herodotus lib. VII.

Ἔλα, χωρίον Ἀσίας, Ἀττάλου βασιλέως ἐμπόριον· Πολύβιος ις· τὸ ἐθνικὸν Ἑλαῖος] Ordo literarum ostendit gemino λλ legendum Ἔλλα. quoniam vero Polybii librum XVI. laudat, atque in istius libri Excerptis nuper editis pag. 73. locus extat, in quo non *Hellae*, sed *Hellarum* fit mentio, satis apparet hunc locum misere vitiatum, vel potius truncatum ac mutilum esse. Neque enim Ἕλλαι Polybii in Asia sunt, sed in Peloponneso. Itaque hic Ἕλλα et Ἕλλαι confunduntur. Sed Polybius paullo post pro *Hellis* τὴν Σελλασίαν nominat. Unde Henricus Valesius locum pronunciavit corruptum, et aliter vertit, quam in Graeco extat.

112 A Est autem sequens: ἐν ᾧ φησιν ὁ Ζήνων ὁρμήσαντα τὸν Νάβιν ἐκ τῆς Λακεδαίμονος καὶ διαβάντα τὸν Εὐρώταν ποταμὸν παρὰ τὸν Ὁπλίτην προσαγορευόμενον πορεύεσθαι διὰ τῆς ὁδοῦ τῆς στενῆς παρὰ τὸ Πολιάσιον, ἕως ἐπὶ τοὺς κατὰ Ἕλλας ἀφίκετο τόπους. *Quo loco scribit Zeno Nabin Lacedaemone profectum, traiecto Eurota fluvio iuxta rivum, qui Hoplites vocatur, via, quam Sthenem seu Angustam vocant, iter fecisse secundum Poliasium, donec ad Sellasiae agrum perveniret.* In Graeco autem est, *donec ad loca circa Hellas perveniret.* Deinde pro corrupto pronunciare hunc locum Stephani vetat auctoritas. Et tamen verum, ab eodem Polybio *Hellas* paullo post appellari *Sellasiam.* Ὁ μὲν γὰρ Εὐρώτας καὶ τὰ περὶ τὴν Σελλασίαν κεῖται τῆς Σπάρτης ὡς πρὸς τὰς θερινὰς ἀνατολάς. *Nam Eurotas et ager circa Sellasiam ad orientem aestivum Spartae siti sunt.* An igitur in hac urbe διττογραφία eadem obtinuit, quae in Ἕλλοις et Σέλλοις aliisque similibus? Iudicent docti.

Ἑλλὰς, πόλις Θεσσαλίας.

— Πολλαὶ Ἀχαΐδες εἰσὶν ἀν' Ἑλλάδα τε Φθίην τε] Locus Homeri Iliad. I. v. 395. Eustathius autem nostrum descripsit ad Iliad. B. pag. 320.

— Ἐκτίσθη ὑπὸ Ἕλληνος, οὐ τοῦ Δευκαλίωνος] *Deucalionis* tamen filium *Hellenem* faciunt Strabo lib. VIII. pag. 383. et Thucydides lib. I. pag. 3.

— Ἔστι καὶ ἄλλη Ἑλλὰς κοίλης Συρίας] Ioannes Brodaeus

*Helladem* Syriae Cavae alio nomine *Atthida* dictam putat, ad lib. III. Anthol. Graec. cap. 6. Epigr. 17. quod Meleagri dicitur:

*Νᾶσον ἐμὰ θρέπτειρα Τύρος, πάτρα δέ με τεκνοῖ*
*Ἀτθὶς, ἐν Ἀσσυρίοις ναιομένα Γαδάροις.*
*Insula Tyrus mea nutrix, patria vero me genuit*
*Atthis, quae in Assyriis habitatur Gadaris.*

adducit enim ad illustrationem *τοῦ Ἀτθὶς* hunc Stephani locum.

*Ἑλληνόπολις, πόλις Βιθυνίας*] Meminit Etymologus, qui illam ab Attalo conditam ex Apollodoro refert.

— *Μετὰ τὸν ἀνῳκισμὸν Βιθάλβης*] MSS. *Βιβάθλης*.

*Ἑλλήσποντος, ἡ χώρα, ἡ παρακειμένη τῷ πόλπῳ, ἀπὸ Ἕλλης*] Tzetzes Chil. I. v. 838. *Hellespontum* ab Abydo usque ad *pontem Blachernarum* extendi ait. Sed Stephanus intelligit provinciam, quam describunt Notitiae Imperii et Episcopatuum Graeciae.

— *Καὶ Ἑλλησποντίς· ἔστι δ' ἀπὸ δύο παρηγμένον, ὡς παρ' ὠκεανὸν παρωκεανῖτις, περὶ ποταμῷ περιποτάμιος*] Ex exemplis *παρωκεανῖτις* et *παραποτάμιος* videri posset scribendum: *Καὶ παιρελλησπόντιος*. Nisi alteram compositionem intelligat, quod sit ex *Ἕλλης* et *πόντος*.

*Ἐλλοπία, χωρίον Εὐβοίας*] An non scribendum, *Ἐλλόπεια*, quemadmodum scribitur infra v. *Σχοινοῦς*. 112 b

— *Καὶ αὕτη ἡ νῆσος*] *Αὐτή*.

— *Ἐλέγετο καὶ ἡ περὶ Δωδώνην χώρα Ἐλλοπία*] Eustathius ad sequentem Homeri locum Iliad. *Π*. pag. 1057. dicit ipsam *Dodonam* sic appellatam: *Δωδώνη, Ἐλλοπία κατὰ τοὺς παλαιοὺς ἐκαλεῖτο πρότερον*. et inter Hesiodi fragmenta extat insignis locus ex Scholiaste Sophoclis depromptus, in quo *Ἐλλοπίη* pariter regio dicitur circa *Dodonam*: quem hic subiicere non gravabimur. Est autem ad Sophoclis Trachin. v. 1174. *Σελλῶν εἰσελθὼν ἄλσος. Sellorum ingressus lucum. ἔνιοι δὲ χωρὶς τοῦ σ γράφουσιν Ἐλλοὺς ἀποδεχόμενοι· καὶ Ἐλλοπίαν τὴν Δωδώνην νομίζουσιν εἶναι· τὴν δὲ χώραν οὕτως Ἡσίοδος ὀνομάζει ἐν Ἠοίαις λέγων οὕτως·*

*Ἔστι τις Ἐλλοπίη πολυλήϊος ἠδ' εὐλείμων,*
*Ἀφνειὴ μήλοισι καὶ εἰλιπόδεσσι βόεσσιν·*
*Ἐν δ' ἄνδρες ναίουσι πολύρρηνες, πολυβοῦται*
*Πολλοὶ, ἀπειρέσιοι, φῦλα θνητῶν ἀνθρώπων,*
*Ἔνθα γε Δωδώνη τις ἐπ' ἐσχατιῇ πεπόλισται.*
*Τὴν δὲ Ζεὺς ἐφίλησε, καὶ ὃν χρηστήριον εἶναι*
*Τίμιον ἀνθρώποις, ναῖον δ' ἐνὶ πυθμένι φηγοῦ.*
*Ἔνθεν ἐπιχθόνιοι μαντεύματα πάντα φέρονται.*

Ὅς δὴ κεῖθι μολὼν θεὸν ἄμβροτον ἐξερεείνῃ
Δῶρα φέρων ἔλθῃσι σὺν οἰωνοῖς ἀγαθοῖσι.

— Ἧς οἱ οἰκήτορες Ἕλλοι καὶ Σελλοί] Ἕλους vocat Philostratus in Iconibus pag. 829. quos ab *Elo* lignatore (δρυτόμον appellat) dictos prodit.

Ἕλος, πόλις Λακωνική· Καὶ Πτελεὸν, καὶ Ἕλος, καὶ Δώριον] Fuit duplex Ἕλος in Peloponneso iuxta Homerum: unum in Laconica regione sub Menelao, cuius Poëta his verbis meminit Iliad. B. v. 584.

Οἵ τ' ἄρ' Ἀμύκλας εἶχον, Ἕλός τ' ἔφαλον πτολίεθρον.
*Quique Amyclas tenebant, Helosque maritimum oppidum.*

alterum sub Nestore Pyliae dynastiae, de quo Homerus eodem lib. v. 594.

Καὶ Πτελεὸν, καὶ Ἕλος, καὶ Δώριον.
*Et Pteleon, et Helos, et Dorium.*

Sed Stephanus utrumque confundit, uti notat Eustathius ad istum locum pag. 295.

— Οἱ πολῖται Εἵλωτες] Scholiastes vetus Thucydidis ad lib. I. pag. 66. Ἕλος πόλις τῆς Λακωνικῆς, ἧς οἱ πολῖται ἐκαλοῦντο Εἵλωτες. οἱ οὖν Λακεδαιμόνιοι διὰ τὸ ἀεὶ διαφόρους εἶναι ἀλλήλοις, τοὺς δούλους αὐτῶν ἐκάλουν Εἵλωτας κατὰ ἀτιμίαν καὶ ὕβριν. Vide etiam Suidam h. v.

— Καὶ Ἕλειοι] Apud Eustathium d. l. legitur Ἕλιοι. sed idem mox ex Rhetorico lexico adducit quoddam murium genus Ἑλείους, quod vivant ἐν τοῖς ἕλεσι.

— Καὶ Ἑλεάται] Sic Athenaeus ex Theopompo.

113 Ἕλουροι, Σκυθικὸν ἔθνος] Sic quoque illos appellat Me-
a nander Protector in Excerpt. Legat. a Davide Hoeschelio editis pag. 101. ubi eos Pannoniam Secundam aliquamdiu incoluisse scribit. Certissimum est *Herulos* intelligi.

— Δέξιππος ἐν χρονικῶν ιβ'] Eadem habes apud auctorem Etymologici v. Ἕλουρος.

Ἐλύμαι, χώρα Ἀσσυρίων πρὸς τῇ Περσικῇ τῆς Σουσίδος ἐγγύς] Polybius in Excerpt. lib. XXXI. apud Constant. Porphyrog. pag. 145. Ἐλυμαΐδα vocat regionem, in qua celebre Dianae templum; quod expilare Antiochus Epiphanes frustra tentavit. Diodorus in Excerpt. lib. XXVI. p. 293. *Iovis* templum ibidem commemorat, quod pag. 298. *Beli* vocat, illudque ab Antiocho Magno expilatum narrat.

— Οἱ οἰκοῦντες Ἐλυμαῖοι] Ab his diversi sunt Ἐλυμαῖοι Suidae, Ἔλυμοι Scylacis et aliorum, Siciliae populus, ab *Elymo* notho Anchisae filio dictus, auctore Suida et Etymologo.

Ἐλύμνιον, νῆσος Εὐβοίας] Meminit huius insulae Heraclides Ponticus in Fragmentis de Politiis pag. 459. *Κατῴκισαν δὲ καὶ Κλεωνὰς Χαλκιδεῖς, οἱ ἐν τῷ Ἄθῳ, ἐξαναστάντες ἐξ Ἐλυμνίου, ὡς μὲν μυθολογοῦσι, ὑπὸ μυῶν, οἳ τά τ' ἄλλα κατήσθιον αὐτῶν καὶ τὸν σίδηρον. Cleonas etiam condiderunt Chalcidenses, qui in Athone nunc habitant, olim Elymnio, a muribus, ut fabulantur, pulsi, quum non solum alias illorum res, verum et ferrum devorarent.* Interpres locum hunc non est adsequutus: eiusque errore Abrah. Ortelius seductus affirmat, in Thesauro, *Elymnium Athi montis urbem esse, apud Heraclidem in Politiis;* cum sit insula cum urbe, Euboeae.

Ἕλωρος, πόλις Σικελίας, ἀπὸ Ἑλώρου ποταμοῦ τοῦ κατὰ Πάχυνον] Hesychius igitur emaculandus: Ἑλώριος ἀγὼν τελούμενος ἐπ' Ἑλώρου ποταμοῦ. Vulgo perperam editur Ἑλούρου.

— Ὅς λέγεται τιθασσοὺς ἰχθῦς ἔχειν ἀπὸ χειρὸς ἐσθίοντας] Idem de *Eloro* fluvio ex Nymphodoro Syracusio refert Athenaeus lib. VIII. pag. 331. Scholiastes Pindari ad Nem. Od. IX. p. 412.

Ἔμβατον, τόπος τῆς Ἐρυθραίας] Collect. Geogr. MS. Vat. Ἔμβατον, ἄκρον τῆς Ἐρυθραίας νήσου. Thucydides lib. III. Βουλόμενοι δὲ σαφὲς εἰδέναι κατέπλευσαν ἐς Ἔμβατον τῆς Ἐρυθραίας. *Volentes vero rem exploratam habere ad Embatum Erythraeae se conferunt.* Vide praecedentia et sequentia loci huius apud ipsum.

Ἔμισα, πόλις Φοινίκης] Scribe Ἔμισσα. et mox Ἐμισσαῖος. ut patet ex apposito exemplo Λάρισσα, dein eo, quod subiiciat quasi per correctionem, quod Dionysius ι in hoc vocabulo corripiat, id est, per simplex σ scribat. Et verum, utroque modo scripsisse Ἔμισα et Ἔμισσα, Λάρισα et Λάρισσα. De prio- 113
re vide quae notata Cl. Salmasio ad Hist. Aug. Script. pag. 366. b
de posteriore ea, quae nostro, infra v. Λάρισσα.

— Λιβανουσίας] Forte Λιβανησίας, ut appellatur haec regio in Notitia MS. Provinc.

— Τῆς δὲ πρὸς Αἰτολίης Ἐμίσων πόλιν] Lego, πρὸς ἀντολίην. uti bis apud Dionysium Afrum in Syriae descriptione, semel v. 919.

*Αὐτὰρ ἐνὶ μέσσῃσι, Ἀπαμείης πτολίεθρον.*
*Τῆς δὲ πρὸς ἀντολίην κατασύρεται ὑγρὸς Ὀρόντης.*
*Caeterum in mediterraneis urbibus Apameae oppidum.*
*Huius autem ad ortum delabitur liquidus Orontes.*

et iterum v. 976.

*Τῆς δὲ πρὸς ἀντολίην, ὀρέων ἀπὸ καιπαλοέντων*
*Φαίνετ' ἀπειρεσίον ποταμοῦ ῥόος Εὐφρήταο.*

*Huius autem ad orientem montibus ab excelsis*
*Cernitur immensi fluvii fluxus Euphratae.*

Nec dubitandum, quin hic versus eiusdem Dionysii sit, licet in hodiernis Periegeseos exemplaribus non reperiatur. Librariorum enim peccato hoc esse factum ex versione Festi Avieni Latina constat, qui locum superius allegatum sic vertit:

*Urbs mediis Apamea dehinc consurgit in arvis*
*Et qua Phoebeam procul incunabula lucem*
*Prima fovent, Emesae fastigia celsa renident.*

et post aliquot versus, quibus describit *Emesam* vel *Emisam*:

*Hic se indit iuxta tellurem glaucus Orontes.*

unde apparet evanuisse locum hunc apud Dionysium statim post *Apameae* commemorationem.

— *Ἐν τισι δὲ Ἔμεσα εὕρηται*] Scholion Graec. ad Bibl. Photii pag. 130. *Φοινίκης γὰρ πόλις Ἔμεσα, ἡ καὶ Ἔμισος καταλέγεται ἐν ταῖς Γεωγραφικαῖς πίναξιν.* Ubi pro *Ἔμισος* legendum *Ἔμισα*. *Emisus* enim nusquam reperitur: tum praeter Stephanum confirmant hanc lectionem plura argumenta. Dionysii Periegetae testimonium: nummus item antiquus Caracallae apud Tristanum Tom. II. pag. 221. ubi circum aquilam globo insistentem legitur, *EMICΩN KOΛONIAC. AΥΓ. ZK.* habuit enim ius Coloniae Romanae, fuitque iuris Italici, uti patet ex *l.* 1. et *l.* 8. *D. de Censibus.* Goltzius quoque in duobus nummis antiquis *EMICHNΩN* legit.

— *Ἀφ' οὗ Ἐμεσηνός*] Sic in nummo Antonini Pii circum caput Solis radiatum, *EMECHNΩN.*

*Ἐμπόριον, πόλις Κελτικὴ, κτίσμα Μασσαλιωτῶν*] Strabo lib. III. pag. 159. et 160. urbem hanc dicit fuisse triplicem in Hispania, et a Pyrenaeis montibus, seu Galliae Hispaniaeque confinio quadringenta distitisse stadia: ex quo apparet *Celticam*
114 dici illam hoc loco, aut ratione originis, aut quod Hispania *Cel-*
a *ticae* olim accensita.

— *Ὁ πολίτης, Ἐμπορίτης*] Extant aliquot nummi Graeci, in quibus Pegasus visitur, cum inscriptione, *EMΠOPITΩN.* et in nummi Latini una parte sub Pegaso, *EMΠOP.* altera circum caput Romae, P. C. V. Q. C. C. Q. quibus literis quinquennales coloniae eius designari existimo. In duobus aliis nummis legitur, *EMΠOPITAN.*

*Ἐνετοὶ, Ὅμηρος, Ἐξ Ἐνετῶν*] Locus ex Iliad. *B.* v. 852. ad quem videndus Eustathius, pag. 361. qui verba nostri transcripsit, sed multo ampliora, quam hodie hic leguntur.

— *Λέγονται καὶ Ἐνετίδες ἵπποι*] An potius, quia Euripides *Ἐνετὰς ἵππους* dixit pro *Ἐνετικὰς*, teste Eustathio d. l.

— Ἦν δὲ καὶ κτητικόν] An legendum, Ἐνετήϊος δὲ καὶ κτητικόν. certe hoc ab hac gente, vel potius illius urbe formatur. Apollonius Rhodius lib. II. v. 358.

—— τοῖσίν τ' Ἐνετήϊος ἐμβασίλευσε
Πρῶτα Πέλοψ.
—— *quibus imperavit Enetèius*
*Pelops primum.*

ubi Scholiastes Ἐνετήϊον dici notat ἀπὸ Ἐνέτης πόλεως Παφλαγόνων. Et hinc Zenodotum Strabo lib. XII. pag. 543. apud Homerum legisse ait ἐξ Ἐνετῆς, pro ἐξ Ἐνετῶν, quod in vulgatis conspicitur, illudque de Ἀμισῷ urbe interpretatum. Vide Cl. Salmasium Exercit. Plin. pag. 888.

— Ἀφ' ἧς ἦν Μύρμηξ, ὁ διαλεκτικὸς φιλόσοφος, ὡς Διογένης ἐν δευτέρῳ Φιλοσόφου ἱστορίας] Cl. Salmasius d. l. putat *Myrmecis* huius nullam inveniri mentionem in libris Diogenis Laërtii, qui hodie extant. Invenitur tamen lib. II. in vita Stilponis, sed locus aliter in nostris nunc, quam in Stephani olim codicibus, legitur. Videlicet: Δίφιλον δὲ τὸν Βοσποριανὸν Εὐφάντου καὶ Μύρμηκα τὸν Ἐξαινέτου παραγενομένους, ὡς ἐλέγξοντας, ἀμφοτέρους ζηλωτὰς ἔσχε. *Diphilum vero Bosporanum Euphanti et Myrmecem Exaeneti, qui ad eum redarguendum venerant, utrosque sui studiosos habuit.* Stephanus autem legit: Μύρμηκα ἐξ Ἐννετοῦ. procul dubio perperam: uti recte docet ad illum locum V. Cl. Is. Casaubonus. Diogenis enim hodierna lectio confirmatur primo auctoritate Hesychii Milesii, apud quem eodem modo legitur, frustra illud emendante Ioanne Meursio ex hoc Stephani loco: deinde ex eo, quod urbs Ἔνετος nusquam alibi inveniatur, immo ipsi Straboni ignota fuerit: adeo ut plus quam verisimile sit, Stephani Ἔνετον imaginariam et ex corrupto Diogenis loco ab illo confictam esse.

Ἐνίσπη, πόλις Ἀρκαδίας.

— Καὶ ἠνεμόεσσαν Ἐνίσπην] Hemistichium Homeri ad Iliad. B. v. 606. 114 b

Ῥίπην τε Στρατίην τε καὶ ἠνεμόεσσαν Ἐνίσπην.
*Ripenque Stratienque et ventis expositam Enispen.*

quem versum imitatus Statius lib. IV. Thebaid. v. 286.

*Ripeque et Stratio ventosaque donat Enispe.*

— Φασὶ δὲ τῆς Κλητορίας] Lege: Κλειτορίας.

Ἐνόπη, πόλις τῆς Μεσηνίας· Ὅμηρος Καρδαμύλην Ἐνόπην τε] Est ex Iliad. I. v. 150. ad quem vide Eustathium pag. 743.

— Ὡς Ῥοπεύς] Lege: Ῥοδοπεύς. Vide infra h. v.

Ἔντελα, πόλις Σικελίας] Scribe duplici λλ Ἔντελλα.

Apud Pyrrhum Ligorium in Antiquitatibus in elegantissimo nummo, in quo Ceres facibus accensis Proserpinam quaerens conspicitur, subtus scribitur, *ΕΝΤΕΛΑ*, unico *Λ*. Sed non dubito, quin in nummo fuerit, *ΕΝΤΕΛΛΑ*. Certe noster supra ita scribit v. *Ἀλικύαι*. et infra, v. *Στύελλα* sic gentile. Et sic passim invenitur apud omnes. Tzetzes ad Lycophronem pag. 154. appellat *Ἐνταλλαν ἢ Ἀτάλλαν*. unde corrigendus idem pag. 83. ubi *Ἀτάλαν* vocat; uti iam observatum Philippo Cluverio lib. II. Sic. Antiq. cap. 12.

— *Ἦσαν δ' οἱ οἰκοῦντες Κομπανοὶ τὸ γένος, σύμμαχοι Καρχηδονίων*] Campani ab antiquo militaris spiritus viri et in Sicilia modo huic modo illi meruerunt. Vide Is. Casaubonum ad Polybii lib. I. pag. 70.

— *Τὸ ἐθνικὸν Ἐντελῖνος*] Legendum: *Ἐντελλῖνος*. Sic in quatuor antiquis numismatibus, apud Philip. Parutam pag. 93. constanter per *ΛΛ* legitur, *ΕΝΤΕΛΛΙΝΩΝ*.

*Ἐξαγύϊος, πόλις Σικελίας, γραφὴν Ἀττικὴν ἔχουσα, ὡς τὸ ἐξακλινής*] Apud Eustathium ad Homeri Iliad. *Δ*. pag. 450. *Ἐξγυον, ὃ πόλις ἐστὶ Σικελίας ἐξ ἁγυιὰς ἔχουσα κατὰ τὸν τὰ Ἐθνικὰ γράψαντα.*

*Ἐορδαῖαι, δύο χῶραι Μυγδονίας*] Fuere in Macedonia, ubi et *Ἐορδαϊκὸς* fluvius ponitur ab Arriano lib. I. de Exped. Alex. pag. 5. qui vicinus fluvio fuit *Erigoni*.

— *Ὀξύνεται δὲ τὸ Ἐορδὸς*] *Ἐορδοὶ* apud Herodotum lib. VII. cap. 158.

*Ἐπάκρια, μία τῶν ἐπὶ Κέκροπος συνοικισθεισῶν δυοκαίδεκα πόλεων, διὰ τὸ ληΐζεσθαι ὑπὸ Καρῶν*] *Epacria una, ex duodecim civitatibus, quae sub Cecrope conditae, quod a Caribus desolarentur.* Locus male contractus ex Strabonis lib. IX. pag. 397. qui sic ex Philochoro: *πορθουμένης τῆς χώρας ἐκ θαλάττης μὲν ὑπὸ Καρῶν, ἐκ γῆς δὲ ὑπὸ Βοιωτῶν, οὓς ἐκάλουν Ἄονας, Κέκροπα πρῶτον εἰς δυωκαίδεκα πόλεις συνοικίσαι τὸ πλῆθος, ὧν ὀνό-*
115 *ματα Κεκροπία, Τετράπολις, Ἐπακρία*, etc. *Cum Atticam Cares a mari, a terra Boeoti, quos vocabant Aones, popularentur, primum Cecropem in duodecim urbes multidinem composuisse, quarum nomina sunt Cecropia, Tetrapolis, Epacria*, etc. Unde apparet, omnino hic addendum in fine *τὴν χώραν*, si Epitomatorem ab errore volumus liberum.

*Ἐπειοὶ, οἱ Ἠλεῖοι, ἀπὸ Ἐπειοῦ βασιλέως*] Scholiastes Graecus Pindari ad Olymp. Od. IX. pag. 89. *Eleos* dictos *Epeios* ait *ἀπὸ Ἐπειοῦ τοῦ Ἐνδυμίωνος.*

— *Λέγονται καὶ πατρωνυμικῶς Ἐνδυμιωνιάδαι*] Cl. Salmasius putat legendum: *Ἐπειιάδαι καὶ Ἠλιάδαι.* sed frustra. Nam

*Ἐνδυμιωνιάδαι* appellati sunt ab *Endymione*. Hunc Conon Narrat. XIV. apud Photium auctor est regnasse in Peloponneso eiusque nepotem ex filia Eurypile *Elim*, conditam ab avo materno urbem nominavisse a se *Elim*. et Scholiastes Apollonii Rhodii ad lib. IV. v. 58. ubi variorum de *Endymione* sententias recenset, scribit: *Ἴβυκος δὲ ἐν πρώτῳ, Ἤλιδος αὐτὸν βασιλεῦσαί φησι.* et mox: *φασὶ δὲ αὐτὸν οἱ μὲν Σπαρτιάτην, οἱ δὲ Ἠλεῖον.* et ipse Stephanus supra v. *Αἰτωλία*, ait *Aetolum Endymionis* filium Pisa eiectum a Salmoneo. et *Pisa Endymionis* filia, unde civitati Elidis nomen, uti censet Scholiastes Theocriti pag. 46. et Scholiastes Pindari Olymp. Od. I. pag. 4.

*Ἐπίδαμνος, πόλις Ἰλλυρίδος, ἐπὶ χερρονήσου τῆς καλουμένης Δυρραχίου*] *Epidamnus* postea *Dyrrachium* dicta metropolis fuit provinciae *Epiri Novae*, quam propterea Malchus in Excerpt. Legat. *τὴν κατ' Ἐπίδαμνον Ἤπειρον* vocat, quamvis locum illum interpres non satis bene expresserit, quando *regionem circa Epidamnum* vertit. ut et paullo post: *δι' οὗ τῆς τοῦ Ἐπιδάμνου καὶ ἄλλης Ἠπείρου κρατήσας.* reddit, *qua Epidamno et reliquae Epiri dominatu potiretur.* Balamerus enim non solum *Epiri Novae*, cuius caput et metropolis erat *Epidamnus*, sed etiam alterius Epiri, veteris scilicet, dominatum affectabat. Extat lib. III. Anthol. cap. 1. Epigramma in *Ioannem* quendam *Epidamnium*, quo huius urbis conditores dicuntur Heraclidae:

*Οὗτος Ἰωάννην κρύπτει τάφος, ὃς ῥ' Ἐπιδάμνου*
*Ἄστρον ἦην, ἣν δὴ παῖδες ἀριπρεπέες*
*Ἔκτισαν Ἡρακλῆος.*
*Hoc Ioannem tegit monumentum, qui sane Epidamni*
*Sidus erat, quem posteri illustres*
*Condiderunt Herculis.*

Thucydides lib. I. p. 17. *Ἐπίδαμνός ἐστι πόλις ἐν δεξιᾷ ἐσπλέοντι τὸν Ἰόνιον κόλπον· προσοικοῦσι δὲ αὐτὴν Ταυλάντιοι βάρβαροι, Ἰλλυρικὸν ἔθνος. Ταύτην ἀπῴκισαν μὲν Κερκυραῖοι, οἰκιστὴς δὲ ἐγένετο Φάλιος Ἐρατοκλείδου, Κορίνθιος γένος, τοῦ ἀφ' Ἡρακλέους, κατὰ δὴ τὸν παλαιὸν νόμον ἐκ τῆς μητροπόλεως κατακληθείς. Epidamnus est urbs ad dextram sita navigantibus Ionium* 115
*sinum versus, cui finitimi sunt Taulantii barbari, gens Illyrica.* b
*Hanc habitatum venerunt Corcyrenses, coloni a Phalio Corinthio deducti, qui erat ab Hercule oriundus, Eratoclidae filius, ex metropoli secundum veterem legem arcessitus.* et de situ eius in peninsula idem pag. 20. *ἔστι δ' ἰσθμὸς τὸ χωρίον· est autem locus iste isthmus.*

— *Ἔστι δ' ἑτέρα ἐν τῷ Ἰωνίῳ κόλπῳ*] Quinam hic est stupor? Eadem plane, quae superior, non alia.

— *Τὸ ἐθνικόν, Ἐπιδάμνιος, εὕρηται παρὰ Παρθενίῳ καὶ διὰ διφθόγγου· τὸ θηλυκὸν Ἐπιδαμνιάς*] MSS. *Ἐπιδάμνειος*, et *Ἐπιδαμνειάς*. Forte prius falsum, et totus locus sic legendus: *τ. τ. Ἐπιδάμνιος εὕρηται. παρὰ Παρθενίῳ καὶ διὰ διφθόγγου· τὸ θηλυκὸν Ἐπιδαμνειάς.*

*Ἐπίδαυρος, πόλις πρὸς τῷ Ἄργει, θηλυκῶς λεγομένη. Τὸ γὰρ*

—— *Ἀμπελόεντ' Ἐπίδαυρον.*

— *Μετὰ ἀρσενικοῦ ἐπιθέτου, θηλυκόν ἐστιν*] Hemistichion est Homeri ex Iliad. *B.* v. 561. De masculino epitheto urbi huic addito vide Eustathium pag. 287. sic *ἐν ἀνθεμόεντι Γερήνῳ* supra v. *Γερηνία*.

— *Ἐκαλεῖτο δὲ Μειλισσία*] *Μιλησία* Eustathius.

— *Τινὲς δὲ Λειμηρὸν Λακωνικὴν λέγουσι*] Ex Eustathio d. l. et ex illis, quae auctor subiungit de nominis origine, constat legendum: *Λιμηρήν*. Hesychius: *Λιμηρὰ, ἡ Ἐπίδαυρος, διὰ τὰ λιμένας ἔχειν εὐφυεῖς, οἷον Λιμενηρά*. et idem Hesychius; *Λίατομος, οὕτως ἡ Ἐπίδαυρος ἐπαλεῖτο, ἐπεὶ ἀμφιστόμοις λιμέσιν ἐκέχρητο.*

*Ἐπιλευκάδιοι, πόλις μετὰ Ἀκαρνανίαν*] Apud Scylacem p. 120. haec vox misere corrupta est: legitur enim: *Αὕτη ἡ πόλις, τὸ πρὶν καὶ ἐπὶ Λευκαδιοστῶν ὠνομάζετο*. pro, *Ἐπιλευκάδιοι ἐπωνομάζετο. Haec civitas* (loquitur de *Leucade*) *et Epileucadii appellabatur*, uti restituit Cl. Salmasius in Exercitat. in Solinum pag. 715.

*Ἐπιφάνεια, πόλις Συρίας, κατὰ Ῥαφανέας.*

— *Ἐκλήθη δὲ καὶ Ἀρκεσικέρατα*] *Ἀρκεσίκερτα*, ut *Τιγρανόκερτα*, infra h. v.

*Ἑπτακωμῆται, βάρβαροι, τὸ Σκυθικὸν οἰκοῦντες ὄρος*] Deprompta sunt haec ex Strabone lib. XII. pag. 548. sed ibi mons, cuius extrema tenuerunt hi barbari, non *Scythicus*, appellatur, sed *Scydisses*. *Διήκει δὲ διὰ τούτων ὅ τε Σκυδίσσης ὄρος τραχύτατον συνάπτον τοῖς Μοσχικοῖς ὄρεσι, τοῖς ὑπὲρ τῆς Κολχίδος, οὗ τὰ ἄκρα κατέχουσι οἱ Ἑπτακομῆται. Per hos transit mons asperrimus Scydisses, qui coniungitur Moschicis montibus, qui supra Colchidem sunt, cuius extrema tenent Heptacometae.* lib. XI. pag. 497. idem dicitur *Σκοιδίσης*, et alibi *Κυδίσης*. Ptolemaeo *Σκορδίσκος*, ubi tamen *Σκυδίσσος* puto legendum.

116 a *Ἐπωπή, οὕτως ἡ Ἀκροκόρινθος ἐκαλεῖτο, διὰ τὸ Σίσυφον ἐκεῖ ἰδεῖν τῆς Αἰγίνης ἁρπαγὴν ὑπὸ Διός*] Vide infra v. *Κόρινθος*.

*Ἔρβησσος, Σικελίας πόλις. Τὸ ἐθνικὸν, Ἐρβησσῖος*] Polybius lib. I. pag. 18. *τὴν τῶν Ἐρβησσέων πόλιν* vocat.

*Ἐργέτιον, πόλις Σικελίας. Φίλιστος Σικελικῶν δευτέρᾳ. Τὸ ἐθνικὸν Ἐργετῖνος*] Addendum post vocem *Ἐργετῖνος*, ex MSS. *Καὶ Αἴτνη Ἐργετίνη.*

*Ἐρεμβοὶ, ἔθνος Ἀράβων*] Vide auctorem Etymologici h. v.

— *Τούτους δέ φησι τοὺς Τρωγλοδύτας ἀπὸ τοῦ εἰς τὴν ἔραν βαίνειν*] Strabo lib. I. pag. 42. existimat *Erembos* a veteribus Graecis appellatos esse *Arabas*, *ἀπὸ τοῦ εἰς ἔραν ἐμβαίνειν*, *quod terram subirent*; a posterioribus apertiore vocabulo eosdem *Trogloditas* dictos, videlicet, quod intrarent *τρώγλας* sive *cavernas*: uti habes apud Tzetzem ad Lycophronem pag. 133. *Ἑλλάνικός φησι, τοὺς Ἐρεμβοὺς περὶ τὰς τοῦ Νείλου ῥοὰς οἰκεῖν· γένος δὲ Ἀράβων εἰσὶν οἱ Ἐρεμβοὶ, οἱ καὶ Τρωγλοδύται καὶ Ἰχθυοφάγοι καλούμενοι· ὧν τὸν βίον πλατέως ὁ Διόδωρος γράφει. Ἐρεμβοὶ δὲ λέγονται, ὅτι ἐν τῇ ἔρᾳ ἤτοι τῇ γῇ βαίνουσιν· ὑπὸ γὰρ γῆν καὶ τρώγλας οἰκοῦσιν.* Vide Eustathium ad Dionysium.

*Ἐρετρία, πόλις Εὐβοίας· Ὅμηρος· Χαλκίδ' Ἐρετρίαν τε*] Apud Homerum Iliad. B. v. 537. hodie legitur:

*Χαλκίδα τ' Ἐρέτριάν τε, πολυστάφυλόν θ' Ἱστίαιαν.*
*Chalcidaque Eretriamque et uvis abundantem Histiaeam.*

— *Ἐκαλεῖτο δὲ Μελανηΐς, ἀπὸ Μελανέως τοῦ Εὐρότου πατρός*] Eustathius ad dictum Homeri locum pag. 279. haec ad verbum transscripsit.

— *Ὡς Τειριῶς*] Lege: *ὡς Στειριῶς*. Vide infra v. *Στείρια*.

— *Καὶ Ἐρετρὶς θηλυκῶς, καὶ Ἐρέτριος*] Scribe: κ. *Ε. θηλυκὸν καὶ Ἐρετρία*. Nisi potius legendum, *Ἐρετριάς*, ut Etymologicum.

— *Καὶ Ἐρετριακός*] An *Ἐρετρικός*? Inter Epigrammata Platonis apud Diogenem in eius vita hoc legitur:

*Εὐβοίης γένος ἦμεν Ἐρετρικὸν, ἄγχι δὲ Σούσων*
*Κείμεθα· φεῦ γαίης τόσσον ἀφ' ἡμετέρης.*
*Euboeae genus sumus Eretricum, prope autem Susas*
*Iacemus: heu terra tam procul a nostra.*

et extra versum apud eundem Diogenem in vita Arcesilai: *καὶ τῆς διαλεκτικῆς εἴχετο, καὶ τῶν Ἐρετρικῶν ἥπτετο λόγων· Dialecticam quoque amplexus est, et Eretricorum sermones attigit.*

*Ἐρευάτις, πόλις Λυκίας, ἀπὸ Ῥευάστης*] Sic etiam Eustathius ad Iliad. B. pag. 279.

— *Τὸ ἐθνικὸν Ἐρευάτης*] Scribe: *Ἐρευατίτης*. uti et Salmasius censuit.

*Ἔρθα, πόλις Παρθίας ἐπὶ τῷ Εὐφράτῃ*] MSS. post *Εὐφράτῃ* addunt: *ὡς Γλαῦκος ἐν Ἀραβικῶν B.* 116 b

Ἐρικοῦσσα, μία τῶν Αἰόλου νήσων] Alio nomine Ἐρικώδης, ut Φοινικοῦσσα, alio Φοινικώδης.

— Τὸ ἐθνικὸν, Λιπαραῖοι ἐξ Ἐρικούσσης] Vide Eustathium ad Dionysium pag. 66. apud quem bis mendose scribitur Λιπαρέων, pro Λιπαραίων. ut iam monuit Cluverius.

Ἐρινιάτης, κώμη Μεγάριδος· Παυσανίας· ὁ οἰκήτωρ Ἐρινιάνης, διὰ τὸ προκατειληφός] Imaginarium nomen et a Stephano ex male intellecto Pausaniae loco formatum: is est lib. I. pag. 83. καὶ τόδε ἄλλο ἤκουσα ἐν Ἐρηνείᾳ τῇ Μεγαρέων κώμῃ, Αὐτονόην τὴν Κάδμου τῷ τε Ἀκταίωνος θανάτῳ συμβάντι, ὡς λέγεται, καὶ τῇ πάσῃ τοῦ οἴκου τοῦ πατρῴου τύχῃ περισσότερον ἀλγοῦσαν, ἐνταῦθα ἐκ Θηβῶν μετοικῆσαι. *Audivi etiam, cum in Erenia Megarici agri vico essem, Autonoen Cadmi filiam ex Actaeonis casu et reliquis paternae domus calamitatibus moerore et luctu confectam, huc Thebis transmigrasse.* In quo loco, cum Stephanus aut errore proprio, aut codicis, quo uteretur, legeret Ἐρενειάτῃ, pro, Ἐρενείᾳ τῇ, nobis inde formavit illud Ἐρινιάτης. Sunt autem huiusmodi σφάλματα auctori nostro satis familiaria.

Ἑρκύνιον, ὄρος Ἰταλίας] Dicere debuit Γερμανίας· et intelligitur *sylva* vel *saltus Hercynius*. Apollonius Rhodius lib. IV. v. 640.

Ἀλλ' Ἥρη σκοπέλοιο καθ' Ἑρκυνίου ἰάχησεν
Οὐρανόθεν προθοροῦσα.
*Sed Iuno monte ab Hercynio inclamavit*
*Delapsa coelo.*

ubi Scholiastes vetus: Ἑρκύνιον ὄρος Κελτῶν, ἢ δρύμος. Hunc locum, ni fallor, Stephanus respexit. Auctor enim Etymologici explicat fere, ut hic legitur: Ἑρκύνιος δρύμος, ὁ τῆς Ἰταλίας ἐνδοτάτω, ὥς φησιν Ἀπολλώνιος ἐν δ' Ἀργοναυτικῶν, σκοπέλοιο καθ' Ἑρκυνίου ἴσχυσε. lege ἰάχησε. Suidae: Ἑρκύνιοι δρύμοι. et v. χρῆμα, Ἑρκυνία ὕλη ex Iuliano adducitur.

— Ἑρκύνιος τὸ κτητικόν] Item Ἑρκυναῖος, quod in veteri Epigrammate Crinagorae in Caesarem Augustum extat, quod quoniam hactenus inditum est, hic dabo:

Κ'ἠν μυχὸν Ἑρκυναῖον, ἢ ἐς πύματον σολόεντα
Ἔλθῃς καὶ Λιβυκῶν κράσπεδον Ἑσπερίδων,
Καῖσαρ ὁ πολυσέβαστος ἅμα κλέος εἰσὶ ἐκείνῳ
Πάντῃ Πυρήνης ὕδατα μαρτύρια.
Οἶσι γὰρ οὐδὲ πέριξ δρυτόμοι ἀπεφαιδρύναντο
Λουτρὰ καὶ Ἠπείρων ἔσσεται ἀμφοτέρων.

Ἕρμιον, καὶ Ἑρμιόνη, ἀπὸ τῆς Ἑρμιόνος γενικῆς] Puto legendum: Ἑρμιὼν, ut apud Scylacem, Eustathium ad Homeri

Iliad. B. pag. 286. et Etymologum: quod in secundo casu facere dicitur Ἑρμιόνος, unde Ἑρμιόνη, nisi potius debeat Ἑρμιῶνος; unde Ἑρμιώνη, quod se vidisse in nummo Iuliae Domnae aereo 117
testatur Ortelius. Et Tristanus Tom. II. pag. 99. producit alium a
Sept. Severi et Iuliae Domnae nummum, in quo, ΕΡΜΙΩΝΕΩΝ legitur: unde vix dubium relinquitur hic rescribendum, Ἑρμιών et Ἑρμιώνη· apud alios tamen invenitur per ο Ἑρμιόνη. Urbs fuit Peloponnesi ad sinum Argolicum, quae nominis sui originem ab *Herme* sive Mercurio deducebat. Unde in priore nummo Mercurii sigillum expressum fuisse testatur Ortelius, et in posteriore Mercurium ipsum cum caduceo et Venerem Tristanus.

— Ἕρμιον δὲ, ἀπὸ τοῦ τὸν Δία καὶ τὴν Ἥραν ἐνταῦθα ἀπὸ Κρήτης ἀφικομένους ὁρμισθῆναι. καὶ τροπῇ τοῦ ι εἰς ε] Eustathius legit: καὶ τροπῇ τοῦ ο εἰς ε. Recte. Vidit hoc etiam Salmasius.

— Ὅθεν καὶ ἱερὸν Ἥρας παρθένου ἦν ἐν αὐτῇ] Zenobius Centuria II. pag. 35. Ἐν Ἑρμιόνῃ τῆς Πελοποννήσου ἱερὸν ἦν Κόρης καὶ Δήμητρος ἀσφάλειαν παρέχον τοῖς καταφεύγουσιν· *In Hermione Peloponnesi civitate templum erat Cereri et Proserpinae sacrum asylum praebens eo confugientibus.* Laudatque huius rei testem *Aristophanem in Babyloniis.* Veneris quoque Pontiae templum habebat haec urbs, teste Pausania, unde simul cum Mercurio Venus in illius nummis conspicitur.

— Τὸ ἐθνικὸν, Ἑρμιονεύς] Extat hoc gentile in Veteri Hegesippi Epigrammate in Zoilum Hermionensem, τὸν ἐν Ἄργει τελευτήσαντα, hactenus non edito:

Ἑρμιονεὺς ὁ ξεῖνος ἐν ἀλλοδαπῇ δὲ τέθαπται
Ζωΐλος, Ἀργείαν γαῖαν ἐπεσσάμενος.
Ἂν ἐπὶ οἱ βαθύκολπος ἀμάσατο δάκρυσι νύμφα
Λειβαμένα, παῖδες τ' εἰς χρόα κειράμενοι.

Ἕρμος, ὡς ἕρκος, οὐδετέρως.

— Εἰς Ἕρμους] εἰς Ἕρμος.

Ἑρμοτυμβιεῖς, μοῖρα τῶν μαχίμων ἐν Αἰγύπτῳ, ὡς Ἀρισταγόρας ἐν Αἰγυπτιακῶν πρώτῃ· οἱ αὐτοὶ καὶ Λαβαρεῖς] *Aristagoras* hausit haec ex Herodoto lib. II. cap. 164. Ἔστι δὲ Αἰγυπτίων ἑπτὰ γένεα καὶ τούτων οἱ μὲν ἱρέες, οἱ δὲ μάχιμοι κεκλέαται· οἱ δὲ βουκόλοι· οἱ δὲ συβῶται· οἱ δὲ κάπηλοι· οἱ δὲ ἑρμηνέες· οἱ δὲ κυβερνῆται· γένεα μὲν Αἰγυπτίων τοιαῦτά ἐστι. ὀνόματα δέ σφι κέκληται ἀπὸ τῶν τεχνέων· οἱ δὲ μάχιμοι αὐτέων καλέονται μὲν Καλασίριές τε καὶ Ἑρμοτύβιες, ἐννομῶν δὲ τῶνδέ εἰσι· κατὰ γὰρ δὴ νόμους Αἴγυπτος ἅπασα διαραίρηται. *Sunt autem in Aegypto septem hominum genera: quorum alii sunt sacerdotes, alii, qui pugnatores appellantur, alii bubulci, alii subulci, alii institores, alii interpretes, alii gubernatores navales.*

*Tot sunt Aegyptiorum genera a suo quoque artificio appellata; sed pugnatores vocantur Calasiries et Hermotybies, qui harum regionum sunt: nam in regiones distincta est omnis Aegyptus.* Ex quo loco apparet in principio hic rescribendum, Ἑρμοτυβιεῖς, in fine vero: οἱ αὐτοὶ Καλασιριεῖς.

117 b Ἕρμου πεδίον, τόπος πλησίον Κύμης] Meminit *Hermi* fluminis in Asia Herodotus in vita Homeri pag. 561. a quo vicinus ager Ἕρμου πεδίον dictus. Eustathius ad Dionysium pag. 103. Οἱ δ' αὐτοὶ λέγουσι καὶ τὸν τόπον τὸν περὶ τὴν Σινωπαίαν Ἀσσυρίαν, τοιαύτην πρόχυσιν εἶναι τοῦ Ἅλυος· καὶ δῶρον αὐτοῦ τὴν ἐκεῖ γῆν, ὡς καὶ τοῦ Νείλου τὴν Αἴγυπτον. οὕτω δὲ καὶ ἄλλα πολλὰ πεδία κατὰ τὸν Ἀδριανὸν ποταμῶν εἶαι ποιήματα· οἷον τοῦ Ἕρμου πεδίον, καὶ τὸ τοῦ Καΰστρου τὸ Λύδιον, καὶ Μαιάνδρου τὸ Καρικόν. Vide infra v. Πεδίον. Denique visus a me nummus apud V. CL. Menestier, in quo fluvius expressus erat iacens, infra legebatur, ΕΡΜΟΣ. supra ΚΥΜΑΙΩΝ. qui egregie locum hunc illustrat.

Ἑρμούπολις, Αἰγύπτου πόλις.

— Καὶ δ' κατὰ Ῥυμούιν] An non legendum Θμοῦιν. Vide infra h. v.

— Καὶ ἐ ἐπὶ τοῦ ποταμοῦ] *Hermum* fluvium intelligit, de quo voce praecedenti.

Ἑρμώνασσα, νῆσος μικρὰ πόλιν ἔχουσα ἐν τῷ Κιμμερίῳ βοσπόρῳ Ἰώνων ἄποικον, ὡς ὁ Περιηγητής] Dionysius in Periegesi v. 552.

Ἧς ἐπὶ Φαιναγόρη τε καὶ εὔκτιτος Ἑρμώνασσα.
*Super quam Phaenagoraque et bene constructa Hermonassa.*

— Στράβων ἑβδόμῃ Ἑρμώνακτος κώμην φησί] Perperam Strabonis mentem refert Stephanus: ille enim locum hunc ad Tyrae fluminis ostium ponit lib. VII. pag. 306. longe diversum ab *Hermonassa Bosporii*, quam lib. XI. pag. 495. commemorat; ut et aliud eiusdem nominis oppidum prope Trapezuntem lib. XII. pag. 548.

— Μένιππος δὲ χωρίον Τραπεζοῦντος, ἐν περίπλῳ τῶν δύο πόντων] In descriptione Ponti Euxini et Maeotidis Paludis Anonymi ex Menippo seu Marciano.

— Καὶ Θεόπομπος πόλιν αὐτήν φασιν, ἀπὸ Ἑρμωνάσσης. τὸ ἐθνικὸν Ἑρμωνασσαῖος] Post φασὶν ponenda στιγμὴ, postulante sensu: legendumque ἀπὸ Ἑρμωνάσσης τὸ ἐθνικὸν Ἑρμωνασσαῖος, etc. Repetit autem ideo loci nomen, unde gentilia derivantur, quae subiicit, propter Ἑρμώνειαν et Ἑρμώνακτος κώμην, quos interiunxerat, quae alia gentilia formant.

Ἑρμωνθις, πόλις Αἰγύπτου.

— Τερένουθις] Lege: Θέρμουτις, unde Θερμουτιακὸς ποταμὸς, fluvius sive fossa Nili apud Ptolemaeum lib. IV. cap. 5.

Ἐρύθεια, νῆσος Γηρυόνου ἐν τῷ Ὠκεανῷ] Etymologicum: Ἐρύθεια, νῆσος ἐν τῷ Ὠκεανῷ. Corrupta est haec vox apud Scholiasten Pindari Olymp. Od. III. pag. 35. Ὁ Ἡρακλῆς ἡνίκα ἐπὶ τὰς Γηρυόνου βοῦς εἰς τὴν Ἐρυθρὰν λεγομένην νῆσον πρὸς τῷ Ὠκεανῷ παρεγένετο πᾶσαν διεξελθὼν τὴν πλεομένην θάλασσαν ἐβούλετο προσωτέρω χωρεῖν. lege, εἰς τὴν Ἐρύθειαν. 118 a

— Ἀπὸ Ἐρυθείας τῆς Γηρυόνου καὶ Ἑρμοῦ, ὡς Παυσανίας] MSS. legunt: ἧς καὶ Ἑρμοῦ Νώραξ, ὡς Παυσανίας. optime. Locus Pausaniae in Phocicis pag. 639. est sequens: Μετὰ δὲ Ἀρισταῖον Ἴβηρες ἐς τὴν Σαρδῶ διαβαίνουσιν ὑπὸ ἡγεμόνι τοῦ στόλου Νώρακι, καὶ ᾠκίσθη Νώρα πόλις ὑπὸ αὐτῶν. ταύτην πρώτην γενέσθαι πόλιν μνημονεύουσιν ἐν τῇ νήσῳ. Παῖδα δὲ Ἐρυθείας τε τῆς Γηρυόνου καὶ Ἑρμοῦ λέγουσιν εἶναι τὸν Νώρακα. *Post Aristaeum Iberi in Sardiniam transmiserunt, duce Norace, a quo novam urbem Noram vocaverunt. Et hanc primam omnium, quae in ea insula fuerint, urbem notant. Noracem filium fuisse dicunt Mercurii ex Erythia Geryonis filia.*

— Ὡς τὸ Ἀγάμμεια Ἀγάμμη] Supra h. v. editur Ἀγάμεια Ἀγάμη. sic Ψυττάλεια et Ψυττάλη. de quo vide infra suo loco.

— Ὡς Ὅμηρος, Αἰθίοπας τοὶ διχθὰ δεδαίαται ἔσχατοι ἀνδρῶν] Versus ex Odyss. *A.* 23. Sed quorsum is adducitur? An ut probet *Aethiopas Erythiam* ultimam hanc orbis insulam habitasse; unde Homerus d. l.

*Αἰθίοπας τοὶ διχθὰ δεδαίαται, ἔσχατοι ἀνδρῶν,*
*Οἱ μὲν δυσομένου Ὑπερίονος, οἱ δ' ἀνιόντος.*
*Aethiopas, qui bifariam divisi sunt, ultimi hominum,*
*Alii quidem ad occidentem solem, alii vero ad orientem.*

Certe Marcianus hoc clare dicit in Periegesi v. 156.

*Πρὸς ἑσπερίους Αἰθίοπας οἰκητὰς ἔχειν*
*Λέγουσιν αὐτὴν, γενομένης ἀποικίας.*
*Ad occidentem Aethiopas habitatores habere*
*Dicunt illam, facta deductione coloniae.*

et Dionysius Afer v. 558.

*Ἤτοι μὲν ναίουσι βοοτρόφον ἀμφ' Ἐρύθειαν*
*Ἄτλαντος περὶ χεῦμα θεοσέβεες Αἰθιοπῆες.*
*Nempe habitant boum nutricem circum Erythiam*
*Atlanticum ad mare pietatem in Deum colentes Aethiopes.*

ad quem locum videndus omnino Eustathius.

Ἐρυθῖνοι, πόλις Παφλαγονίας] Eadem habes apud Eustathium ad Homeri Iliad. *B.* pag. 362.

— *Ἀπολλώνιος· Καὶ ὑψηλοὺς Ἐρυθίνους*] Locus hic male iterum mutilatus, nisi quis *μνημονικὸν ἁμάρτημα* ipsius Stephani existimat. Nam Hemistichium, quod tamquam Apollonii subiicitur, Homeri est ex Iliad. B. v. 855. Apollonius autem meminit lib. II. v. 943.

—— *αἰπεινούς τε παρεξενέοντ' Ἐρυθίνους.*

—— *excelsosque praeterierunt Erythinos.*

Unde potius credo Stephanum scripsisse: *Ἀπολλώνιος· Αἰπεινούς τε παρεξενέοντ' Ἐρυθίνους. καὶ Ὅμηρος· ὑψηλοὺς Ἐρυθίνους.*
118 Ex hisce autem colligere est, quam misere opus hoc aut ab
b Epitomatore, aut a librariis mutilatum truncatumque sit.

*Ἐρυθρά, ἡ θάλασσα, ἀπὸ Ἐρύθρου τοῦ ἥρωος*] Hanc et plures alias denominationis *maris Erythraei* caussas habes apud Eustathium ad Dionysium v. 38. et auctorem Etymologici h. v.

— *Οὐράνιος ἐν Ἀραβικῷ δευτέρᾳ*] Lege: *ἐν Ἀραβικῶν δευτέρῳ.* sic enim alibi passim hoc *Uranii* opus a nostro vocatur.

— *Καὶ Ὄμβρῳ δὲ κατακλυσθέντων τῶν ὀρέων, κάτω συρρεόντων εἰς θάλασσαν*] Eustathius d. l. *συρρέοντι.*

— *Καὶ ἔστιν ἄκρα Ἐρυθρὰ τῆς Λιβύης*] Eadem, quae mox commemoratur in *Ἐρυθρὰ, πόλις Ἰώνων.*

*Ἐρυθρὰ Βῶλος, πόλις Αἰγύπτου· Ἡρόδοτος δευτέρᾳ*] Herodotus lib. II. cap. 111. ubi concremata dicitur a Pherone Sesostris filio.

*Ἐρυθρά, πόλις Ἰώνων*] Apud Eustathium ad Homeri Iliad. B. pag. 267. scribitur, *Ἐρυθραί.*

— *Ἐκαλεῖτο δὲ Κνωπούπολις, ἀπὸ Κνώπου*] Quomodo *Erythras* occupaverit *Cnopus* stratagemate Chrysamae, Hecates sacerdotis, narrat Polyaenus lib. VIII. pag. 618. dicitur autem a Polyaeno *Κνῶπος* iste *τοῦ Κοδριδῶν γένους, Codridarum genere oriundus.* quo confirmatur lectio calamo exaratorum codicum apud Strabonem lib. XIV. pag. 633. *Ἐρύθρας δὲ καὶ Κνῶπος· καὶ οὗτος υἱὸς Κόδρου νόθος. Erythras* condidit *Cnopus: qui est ipse filius Codri spurius.* Vulgo perperam *νῶπος* editur et Casaubonus postea probavit MSS. lectionem.

— *Ἔστι καὶ Λιβύης ἄλλη*] Meminit Synesius Epist. LI.

— *Καὶ Κύπρου ἄλλη*] Meminit Metaphrastes in vita S. Spyridonis. *Χρείας ποτὲ . . . καλούσης εἴς τινα κώμην Ἐρυθρᾶν καλουμένην, ἥτις ὑπὸ Κωνσταντίαν τὴν μητρόπολιν τελοῦσα, ὡς ἀπὸ σημείων διάκειται τριάκοντα.*

— *Ὁ πολίτης Ἐρυθραῖος*] Harpocratio: *Ἐρυθραῖοι, οἱ ἀπὸ πόλεως τῆς ἐν Ἰωνίᾳ Ἐρύθρας καλουμένης.* Et *ΕΡΥΘΡΑΙΩΝ* nummus apud Tristanum extat Tom. II. pag. 331.

Ἐρύκη, Σικελικὴ πόλις] Diversa fuit haec urbs ab illa, quae *Eryx* a monte, in quo sita, appellata est, de qua postea noster suo loco. Auctor Etymologici: Ἔρυξ, πόλις Σικελίας, ἀρσενικῶς· τὸ ἐθνικὸν, Ἐρυκῖνος· τὸ θηλυκὸν Ἐρυκίνη. ἔστι δὲ καὶ Ἐρύκη πόλις καὶ Ἐρυκαῖος.

— Φίλιστος Σικελικοῖς δευτέρᾳ] Scribe potius Σικελικῶν δ, uti solet alibi.

— Τὸ ἐθνικὸν Ἐρυκαῖος] Et Ἐρυκῖνος, quomodo legendum videtur infra v. Παλίκη. vel Ἐρυκηνὸς, ut vult Philippus Cluverius lib. II. Sic. Antiq. cap. 9. pag. 347.

Ἐρύμανθος, ὄρος καὶ ποταμός] Forte post τὸ ποταμὸς, 119
addendum: περὶ Ἀρκαδίαν. Certe Eustathius ad Homeri Odyss. a
Z. pag. 1554, has duas voces addit. *Erymanthi* autem et Taygeti, Peloponnesi montium, meminit Aelianus lib. III. Hist. Animal. cap. 27. ubi locus Homeri, qui hic a nostro adducitur, pariter adfertur.

— Ἢ κατὰ Τηΰγετον περιμήκετον] Locus ex Homeri Odyss. Z. v. 103. depromptus: sed apud Homerum versus hic, et qui paullo post a nostro adducitur, se invicem continuo sequuntur:

Ἢ κατὰ Τηΰγετον περιμήκετον ἢ Ἐρύμανθον
Τερπομένη κάπροισι καὶ ὠκείῃς ἐλάφοισι.
*Aut per Taygetum arduum aut Erymanthum*
*Sese oblectans capris et velocibus cervis.*

de Diana sermo est.

Ἔρυξ, πόλις Σικελίας, ἀρσενικῶς] *Eryx* mons Drepano imminens ab oriente aestivo, in quo olim urbs monti cognominis, et fanum *Veneris Erycinae*, omnium totius Siciliae celeberrimum. Veneri autem columbas sacravit antiquitas. Unde emendandus Aelianus lib. IV. Hist. Anim. cap. 2. apud quem perperam legitur: περὶ τῶν ἐν Ἐρύκῃ τῇ Σικελικῇ περιστερῶν, pro ἐν Ἔρυκι. *De columbis in Eryce Siciliae.* et mox apud eundem idem error repetitur. Meminit enim ibi duplicis festi in honorem Veneris ab Erycinis custoditi.

— Ἀπὸ Ἔρυκος τοῦ Ἀφροδίτης καὶ Βότου] Servius ad Virgilii lib. V. Aen. v. 24.

—— *nec littora longe*
*Fida reor fraterna Erycis.*

*Propter Erycem Butae et Veneris filium: secundum alios, Neptuni et Veneris, regem Siciliae, unum, sicut dicitur, de numero Argonautarum.* quod postremum tradit etiam Tzetzes ad Lycophronem pag. 141. Περὶ τὴν Σικελίαν, ὅπου αἱ παλαῖστραι τοῦ Ἔρυκος τοῦ ξενοκτόνου, τοῦ υἱοῦ Ἀφροδίτης καὶ Ποσειδῶνος.

Ἐρύσθεια, πόλις Κύπρου, ἐν ᾗ Ἀπόλλων τιμᾶται Ἑλά-

της] In pluribus Cypri urbibus Apollo hic colebatur, ut *Amamassi*, supra v. *Ἀμάμασσος*. *Hylae*, infra v. *Ὕλη*.

— *Διονύσιος Βασσαρικῶν τρίτῃ, Οἵ τ' ἔχον Ὑλάοιο θεοῦ ἕδος Ἀπόλλωνος*] MSS. *Ὑλάταο*. Quomodo rescribendum, ut iam docti monuerunt.

*Ἐρυσίκη, πόλις Ἀκαρνανίας, ἥτις ὕστερον Οἰνεάδαι ὠνομάσθη*] Cl. Salmasius legit, *Ἐρυσίχη*. Atque ita scribendum apparet tam ex gentilibus, quae paullo post referuntur, quam ex eo, quod *Οἰνειάδαι* infra clare *Ἐρυσίχη* dicuntur appellatae.

— *Τὸ ἐθνικὸν Ἐρυσικαῖος*] *Ἐρυσιχαῖος*.

— *Ὁ τεχνικὸς γὰρ καὶ Ἡρόδοτός φησιν*] Lege: *Ἡρωδιανός*. qui celebris Grammaticus, et paullo post iterum hac voce
119 citatur. Nihil enim quidquam tale apud Herodotum extat. Et mo-
b nuimus iam, confundi haec nomina apud nostrum solere, supra v. *Ἄβαρνος*. Correxit et Salmasius hunc errorem.

— *Ὅτι σεσημείωται τὸ Ἐρυσιχαῖος προπαροξυνόμενον*] Scribendum ergo iuxta *Herodianum*, *Ἐρυσίχαιος*.

— *Μήποτε οὖν τὸ χαιὸν ἔγκειται, ὅ ἐστιν ἡ βουκολικὴ ῥάβδος*] Scribe: *χαῖον*. Apollonius Rhodius lib. IV. Argon. v. 972. *Ἀργύρεον χαῖον*. ubi Scholiastes: *Χαῖόν ἐστι καμπύλη βακτηρία, ᾗ οἱ ποιμένες χρῶνται*, etc.

— *Οὐκ εἰσ' ἀνὴρ ἄγριος, οὐδὲ σκαιὸς, οὐδὲ παρὰ σοφοῖσιν, οὐδὲ Θεσσαλὸς, οὐδὲ Ἐρυσιχαῖος*] Hosce *Alcmanis* versus sic restituit Isaacus Casaubonus ad Strabonis lib. x. p. 460. apud quem posterior illorum pars extat, sed aeque mutila et corrupta quam hic prior. Sic autem legit:

*Οὐκ εἰσ' ἀνὴρ ἄγριος, οὐδὲ σκαιὸς,*
*Οὐδὲ παρὰ σοφοῖσιν, οὐδὲ Θεσσαλὸς γένος,*
*Οὐδ' Ἐρυσιχαῖος, Καλυδώνιος οὐδὲ ποιμὴν,*
*Ἀλλὰ Σαρδίων ἀπ' ἄκρας.*

Sed non video sensum in verbis, *Οὐδὲ παρὰ σοφοῖσιν*. ac propterea existimo Graecanicum aliquod rusticae gentis nomen in illis latere: et quod potius, quam *Παρασώπιος*; Certe *Παρασωπίας* regionis sub Cithaerone meminit noster infra v. *Τρία*. et Strabo lib. IX. pag. 408. *Γένος* autem quod restituit ex sequentibus Stephani verbis Casaubonus, MSS. agnoscunt. Verterem igitur Alcmanis locum:

*Non venit vir agrestis, non laevus,*
*Non Parasopius, non Thessalus genus;*
*Non Erysichaeus, non Calydonius pastor,*
*Sed ab extremis Sardibus.*

Apollonii Scholiastes, loco ante allegato, tamquam appellativum legit *Ἐρυσίχαιος* apud Alcmanem: *καὶ τὸ παρ' Ἀλκμᾶνι δὲ λεγό-*

μενον Ἐρυσίχαιον, τοιοῦτόν ἐστι. σημαίνει γὰρ τῷ χαίῳ ἐρύοντας, ἤγουν ποιμαίνοντας.

— Εἰ γὰρ τὸ Θεσσαλὸς γένος συναπτέον, etc.] Lege: εἰ γὰρ τῷ Θεσσαλὸς, etc. *Si enim vox γένος cum voce Θεσσαλὸς construenda, gentile est* (scilicet Ἐρυσιχαῖος) *et penultima circumflectitur.*

— Εἰ δὲ τὸ οὐδὲ ποιμὴν συνάχειά τις λέγων, ἢ Ἐρυσιχαῖος· τὸ δὲ οὐδὲ ποιμὴν] Scribe: Εἰ δὲ τῷ, οὐδὲ ποιμὴν συνάψειέ τις λέγων, οὐδ' Ἐρυσίχαιος, οὐδὲ ποιμήν. *Si vero cum verbis, οὐδὲ ποιμὴν, coniungere quis velit, οὐδ' Ἐρυσίχαιος οὐδὲ ποιμήν.*

Ἐρεχθία, δῆμος τῆς Ἀττικῆς, τῆς Αἰγηΐδος φυλῆς] Ordo literarum postulat Ἐρχεία, quam Harpocratio pariter τῆς Αἰγηΐδος δῆμον facit ex Diodoro.

Εἰδητὲς, ἔθνος Ἰβηρικόν] Nomen Εἰδητὲς corruptum esse ordo literarum ostendit. Quoniam autem Palat. B. novum hinc librum inchoatum a Stephano demonstrat, nimirum ις' *sextum decimum*, non dubitaverim, ΕΣΔΗΤΕΣ reponere: putoque eosdem intelligendos, qui Ἡδητανοὶ Ptolemaeo lib. II. Geogr. cap. 6. quorum oppidum Ἤδητα, ἡ καὶ Λείρια. *Hedeta, quae et Leria.* Straboni lib. III. pag. 136. Σιδητανοί. Livio et Plinio lib. III. cap. 3. *Sedetani.* qui meo iudicio non satis recte ut diversas regiones commemorat *Edetaniam* et *Sedetaniam.* 140 a

Ἑσπερὶς, πόλις Λιβύης] Scylaci et Ptolemaeo numero plurium Ἑσπερίδες. et sic ipse noster ex Hecataeo infra v. Μάσκωτος. Sed v. Εὐεσπερίδες docet utroque numero dici.

— Ὁ πολίτης Ἑσπερίτης] Extat apud Pausaniam lib. IV.

Ἑστίαια, πόλις Εὐβοίας· Ὅμηρος, Πολυστάφυλον θ' Ἑστίαιαν] Citatur locus hic Homeri etiam infra v. Χαλκίς. depromptus ex Iliad. B. v. 537.

— Τὸ ἐθνικὸν, Ἑστιαιεύς] Ἑστιαεῖς legitur in Olymp. Coll. Olymp. LXXXIII.

— Λέγεται καὶ τρισυλλάβως] Scilicet Ἑστιεὺς, quod extat in Epistolis apud Themistium.

— Ὁ πολίτης, Ἑστιαιώτης, ἡ Θετταλικὴ μοῖρα] Lego cum Cl. Salmasio, ὁ πολίτης, Ἑστιαιώτης, καὶ θηλυκῶς Ἑστιαιῶτις, ἡ Θετταλικὴ μοῖρα. Herodotus lib. I. cap. 56. Ἱστιαιῶτιν vocat regionem sub Ossa et Olympo sitam: sed Ἑστιαιῶτιν Harpocratio, v. Τετραρχία. ubi enumerat quatuor Thessaliae Tetradas, Θετταλιῶτιν, Φθιῶτιν, Πελασγιῶτιν, Ἑστιαιῶτιν. Suidas autem corrigendus, apud quem v. Τεττάρων μερῶν ὄντων τῆς Θεσσαλίας, librarii scripsere perperam Ἑστιεῶτιν, pro Ἑστιαιῶτιν.

Ἑταεῖς, διὰ διφθόγγου, ὡς Διπεδιεῖς] Lege: Διπαιεῖς. infra v. Ὀδυσσεῖς, et supra v. Δίπαια.

Ἐτεωνὸς, πόλις Εὐβοίας· Ὅμηρος, Πολύκνημόν τ' Ἐτεωνόν. ἀπὸ Ἐτεωνέως] Locus Hom. ex Iliad. B. v. 497. ad quem vide Eustath. p. 265. qui legit: ἀπὸ Ἐτεωνοῦ. non Ἐτεωνέως, ut hic.

Εὔα, πόλις Ἀρκαδίας· Θεόπομπος ἕκτῳ. Τὸ ἐθνικὸν, Εὐαῖος] In duobus nummis apud Goltzium occurrit, ΕΥΑΙΩΝ.

Εὔιοι, ἔθνος Λιγυστικόν] MSS. legunt, Εὔβιοι. Recte: nam et hoc ordo literarum postulat, et sic infra legendum v. Ἰψίκουροι, ubi male vulgo Εὔβοιοι editur.

— Περὶ τῶν Ἀρταξάνων] Scribe: Ἀρβαξάνων, ut supra h. v.

Εὔβοια, νῆσος μία τῶν ἑπτὰ περιμήκης] Mallem: προμήκης aut παραμήκης, uti est apud Eustathium ad Dionysium pag. 75. unde apparet locum hunc esse mutilum. et sic etiam Strabo lib. x. princip. Παραμήκης μὲν τοίνυν ἐστὶν ἡ νῆσος ἐπὶ χιλίους σχεδόν τι καὶ διακοσίους σταδίους ἀπὸ Κηναίου πρὸς Γεραιστόν.
120 *Euboea insula oblonga est a Cenaeo ad Geraestum porrecta ad*
b *stadia circiter mille et ducenta.*

— Ἡ καὶ Μακρίς] Sic dicta a forma oblonga et angusta. Strabo d. l. Διὰ δὲ τὴν στενότητα καὶ τὸ λεχθὲν μῆκος ὑπὸ τῶν παλαιῶν Μάκρις ὠνομάσθη. *Ob angustiam porro et quam diximus longitudinem, ab antiquis Macris appellata est.* Non desunt tamen, qui et Iunonis nutricem *Macrin* dictam, et ab illa insulam denominatam velint. Sed minus verisimiliter.

— Ἀπὸ Εὐβοίας· Ἡρόδοτος] Nomen *Herodoti* hic mihi suspectum est. Nam etsi apud illum Euboeae insulae mentio satis sit frequens, denominationis tamen origo, quantum memini, non extat. Unde forte apud nostrum scribendum: ἀπὸ Εὐβοίας Ἡρωΐνης. *Euboea* enim Iunonis nutrix appellatur a Strabone, dicto libro, pag. 445. vel potius: ἀπὸ Εὐβοίας Ἥρας τροφοῦ. *ab Euboea Iunonis nutrice.* quomodo vocatur a Proclo ad lib. II. Ἔργων Hesiodi pag. 142. Tzetzes ibidem nominat τροφὸν Διός· credo ne idem dicat cum Proclo.

— Εἰς Ἰλλυριοὺς ἀπιόντες, Ἄβαντες ἐκλήθησαν] MSS. Ἄμαντες. et supra v. Ἄβαντες ex Antigono et Callimacho patuit Illyricos istos, *Amantes* fuisse dictos. Apollonius tamen lib. IV. Argonaut. v. 1214. Ἄβαντας etiam vocat illos.

—— κεῖθεν δὲ Κεραύνια μέλλον Ἀβάντων·
Οὔρεα Νεσταίους τε καὶ Ὤρικον εἰσαφικέσθαι.
—— *unde ad Ceraunios Abantum*
*Montes et Nestaeos et Oricum abituri erant.*

Immo ipsorum regio, quae Ἀμαντία, et Ἀμαντίνη supra, Ἀβαντὶς etiam dicitur in veteri Epigrammate Anthologiae, quod adduximus supra v. Ἀμαντία.

— Καὶ Εὐβοιῖς, τὸ θηλυκόν] Sophocles Trachiniis v. 234.

*Ἀκτή τις ἔστ' Εὐβοΐτις, ἔνθ' ὁρίζεται*
*Βωμοὺς τέλη τ' ἔγκαρπα Κηναίῳ Διΐ.*
*Est littus in Euboea, ibi statuit*
*Aras et de frugibus sacrificat Cenaeo Iovi.*

— *Καὶ Εὐβοεύς, χωρὶς τοῦ ι*] Hinc Cl. Salmasius in Exercit. Plin. pag. 72. existimat *Euboënsis* Latinius dici quam *Euboeensis*. Vide, quae de hac formatione praecipiat auctor Etymologici v. *Εὔβοια*.

— *Ἔστι καὶ Εὐβοεικὸς κτητικόν*] Scribo: *Εὐβοϊκός*, sic Aeschylus apud Plutarchum de Orac. def. pag. 434.

*Λαβὼν γὰρ αὐτόθηκτον Εὐβοϊκὸν ξίφος.*
*Sumens acutum Euboïcum ensem.*

*Εὐεργέται, Σκυθικὸν ἔθνος.*

— *Ἐκεῖ γὰρ τοὺς Ἀργοῦς χειμῶνος πνεύσαντος διασωθῆναι, καὶ οὕτω κληθῆναι*] Rescribe cum MSS. *ἐκεῖ γὰρ τοὺς ἐπὶ τῆς Ἀργοῦς*, etc. *ibi enim Argonautae suborta tempestate servati.* Sed Diodorus aliam adfert caussam cur *Arimaspi* dicti *Euergetae* lib. xvii. pag. 552. nimirum inde, quod olim Cyro, cum exercitus eius tanta fame laboraret, ut miles militis carnibus vesci cogeretur, frumentum suppeditassent. Idemque refert Arrianus lib. iii. de Exped. Alex. pag. 73. Sed ibi *Agriaspae* vocantur pro *Arimaspae*, librariorum, ni fallor, vitio: *Ἀλέξανδρος δὲ ἀφικνεῖται εἰς τοὺς πάλαι μὲν Ἀγριάσπας καλουμένους, ὕστερον δὲ Εὐεργέτας ἐπονομασθέντας, ὅτι Κύρῳ τῷ Καμβύσου ξυνεπελάβοντο τῆς ἐς Σκύθας ἐλάσεως. Alexander vero ad eos pervenit, qui olim quidem Agriaspae, postea vero Euergetae vocati sunt, quod Cyrum Cambysae filium in expeditione Scythica adiuvissent.* Sed puto Arrianum scripsisse *Ἀριμάσπας*: nam utroque modo appellatus hic populus *Arimaspae* et *Arimaspi*, uti ostendimus supra v. *Ἀριμασποί*. 121 a

*Εὐεσπερίδες, πόλις Λιβύης*] Eadem urbs, quae supra *Ἑσπερίς*, aliis *Ἑσπερίδες* dicitur. Herodoto lib. iv. cap. 171. *Εὐεσπερίδες*, ut hic.

— *Λέγεται καὶ χωρὶς τοῦ ευ μυρίου Ἑσπερίς*] Lego: *χωρὶς τοῦ ευ μορίου, sine ευ particula.*

*Εὐθηναί, πόλις Καρίας. Τὸ ἐθνικὸν καθ' ἡμᾶς Εὐθηναῖος*] Apud Pyrrhum Ligorium extat nummus, in quo Dea Ceres cum duabus facibus expressa, additum, *ΕΥΘΗΝΑΙΩΝ*.

— *Πολέμων δὲ καὶ Εὐθηνηΐτας φησίν*] Sic legitur et in nummo apud Goltzium.

*Εὐκαρπία, δῆμος τῆς μικρᾶς Φρυγίας.*

— *Ἔστι καὶ Εὐκαρπία φρούριον Σικελίας, ἐν τοῖς λεγομένοις Τιμαίοις*] Ultima huius loci verba mutila esse cuilibet legenti

καὶ ἄλλα πλείω. *Sunt qui e Curio monte Curetas appellatos sentiunt, qui est supra Pleuronem situs: et esse eos Aetolicam gentem, ut sunt etiam Ophienses, Agraei, Eurytanes et alii plures.* Thucydides lib. III. Ἐπιχειρεῖν δ' ἐκέλευον πρῶτον μὲν Ἀποδώτοις, ἔπειτα δὲ Ὀφιονεῦσι, καὶ μετὰ τούτους Εὐρυτᾶσιν, ὅπερ μέγιστον μέρος ἐστὶ τῶν Αἰτωλῶν. ἀγνωστότατοι δὲ γλῶσσαν καὶ ὠμοφάγοι εἰσίν, ὡς λέγονται. *Iubebantque* (Messenii Demosthenem Atheniensium ducem) *primum invadere Apodotas, dehinc Ophionenses, post hos Eurytanes, quae maxima est pars Aetolorum, lingua ignotissimos, et quemadmodum dicuntur crudivoros.* Denique Tzetzes ad versum Lycophronis pag. 126. (qui hoc loco adducitur)

*Μάντιν δὲ νεκρὸν Εὐρυτὰν στέψει λεώς.*

*Vaticinans autem cadaver Eurytanum coronabit populus.*

*Ἀριστοτέλης φησὶ ἐν Ἰθακησίων πολιτείᾳ, Εὐρυτᾶνας ἔθνος εἶναι τῆς Αἰτωλίας, ὀνομασθὲν ἀπὸ Εὐρύτου, παρ' οἷς εἶναι μαντεῖον Ὀδυσσέως. Τὸ δ' αὐτὸ καὶ Νίκανδρός φησιν ἐν Αἰτωλοῖς. Εὐρυτὰν, ὡς Πείαν.*

*Εὐρώπη, ἡ χώρα ἐκ τῆς Φοινίκης θυγατρὸς τοῦ Ἀγήνορος. Λέγεται καὶ Εὐρώπεια*] Vide Etymologicum M. hac voce.

— *Ὁ οἰκῶν Εὐρωπαῖος*] Formatum et *Εὐρωπιανός* in Subscr. Concilii in Trullo *Εὐρωπιανῶν ἐπαρχίας*. de provincia Thraciae.

*Εὔρωπος, πόλις Μακεδονίας.*

— *Ἀπὸ Ἴδριος, τοῦ Χρυσάορος*] Scribe: *Ἀπὸ Ἰδριέως*. Nam sic habet supra v. *Εὐρωμὸς* et infra v. *Ἰδριάς*. Vide etiam v. *Μύλασα*.

122 — *Ὠρόπιος*] *Ὠρώπιος*.

b *Εὔτρησις, κώμη Ὅμηρος· Κώπας, Εὔτρησίν τε*] Iliad. B. v. 502.

*Κώπας, Εὔτρησίν τε, πολυτρήρωνά τε Θίσβην.*

*Copas, Eutresinque, columbisque abundantem Thisben.*

— *Ἣν ἐτείχισε Ζῆθος καὶ Ἀμφίων*] Strabo lib. IX. pag. 411. *Ὁ δὲ ποιητὴς ἐφεξῆς ταῖς Κώπαις Εὔτρησιν τίθησι, κώμιον Θεσπιέων. ἐνταῦθά φασι Ζῆθον καὶ Ἀμφίονα οἰκῆσαι πρὶν βασιλεῦσαι Θηβῶν. Copis poëta subiicit Eutresin, pagum Thespiensium exiguum. Ibi ferunt Zethum et Amphionem habitasse antequam Thebis regnarent.* Eadem habes ex Strabone apud Eustathium.

— *Ἐκλήθη δὲ Εὔτρησις διὰ τὸ πόλλαῖς αὐτὴν πρότερον χρήσασθαι ῥύμαις*] Eustathius ad Homeri Iliad. B. pag. 268. *Ἐκλήθη δὲ οὕτω διὰ τὸ πολλαῖς αὐτὴν ῥυμοτομίαις, οἱονεὶ συντετρῆσθαι τεμνομένην εἰς ἀμφόδους συχνάς.* Ex quo loco, tum ex ipsa voce, apparet pro χρήσασθαι rescribendum hic τρήσασθαι:

quod et a τρέω vel τρώω, Futuro τρήσω, quod idem quod τιτρώω. Sensus igitur: *Appellata autem est Eutresis, quod multis olim vicis pervia fuerit.* Sic Etymologicum: *Εὐτρήσιος παρὰ τὸ τετρῆσθαι*, etc.

— *Τὸ γὰρ Εὐτρήσιον, πόλις Ἀρκαδίας, καὶ οὐκ ἐθνικόν*] MSS. *Εὐτρήσιος*. Pausanias tamen lib. VIII. pag. 498. *Εὐτρησίους* dixit.

*Εὐφρατὶς, ἡ Συρία, ἀπὸ τοῦ παραπειμένου ποταμοῦ ἐλέγετο. αὐτὸς καὶ Ἀράξης ἀδελφοὶ, ῥέοντες ἐξ ὄρους Ἀρμενίας*] In Notitia MS. Provinciarum *Εὐφρατησία* vocatur, quomodo etiam Procopio dicitur lib. II. de Aedif. Iust. pag. 22. Latinis Syria Commagene *Euphratensis* appellata. Caeterum MSS. habent *ἐλέγοντο*, ut cum sequentibus coniungatur: quam lectionem cum Cl. Salmasio omnino recipiendam existimo.

*Ἔφεσος, πόλις Ἰωνίας ἐπιφανεστάτη, καὶ λιμὴν ἐν κόλπῳ.*

— *Ἐκαλεῖτο δὲ καὶ Σάμορνα*] Hesychius: *Σαμονία οἱ δὲ Σαμορινία ἡ Ἔφεσος*. Lege: *Σάμορνα, οἱ δὲ Σαμορνία ἡ Ἔφεσος*. Et apud eundem: *Ἄρτεμις Ἀρμενίη ἡ Ἔφεσος ἀρμενία καλεῖται, οἷον οὖν Ἐφεσία*. Puto bis legendum *Σαμορνίη*. *Σαμόρνιος* enim a *Σάμορνος* factum, quomodo etiam dixerunt, docente nostro infra v. *Σάμορνα*.

— *Καὶ Τριχία*] MSS. *Τρηχεῖα*. Recte. Nam *Τρηχεῖα* vel *Τραχεῖα* mons fuit in continente, quem Ephesii, ex insula in continentem proferentes pomoerium, aedificiis insedere, uti docet Creophylus de Ephesiorum finibus apud Athenaeum lib. VIII. pag. 361. et Hipponax poëta Ephesius apud Strabonem lib. XIV. pag. 633.

*Ὤικει δ' ὄπισθεν τῆς πόλιος ἐν Σμύρνῃ*
*Μεταξὺ Τρηχείης τε καὶ Λέπρης ἀκτῆς.*
*Habitabat in parte urbis posteriore in Smyrna,* 123
*Inter Asperam et Lepren actam.* a

ubi Strabo: *Τραχεῖα δ' ἐκαλεῖτο, ἡ ὑπὲρ τὸν Κορισσὸν παρόριος. Aspera dicebatur, quae ad montes est supra Corissum.* Denique sic Scylax et Eustathius ad Dionysium pag. 109. Vide Cl. Salmasium Exercit. Plin. pag. 809.

— *Καὶ Ὀρτυγία*] Strabo lib. XIV. pag. 639. *In eadem ora paullulum supra mare Ortygia est, lucus elegans omnis generis arboribus, plurima tamen cupresso. Per eum Cenchrius labitur fluvius, quo se abluisse a partu Latonam perhibent. Istis enim in locis partum Latonae ponunt fabulae et Ortygiam nutricem et adytum, in quo enixa fuerit, et proximam oleam, in qua primum soluta doloribus Dea aequieverit.* Hinc Ephesii ad probandum ius asyli, quod dicebant templo suo deberi, sub Tiberio

*Ephyre* dicitur appellata ab *Ephyro* τοῦ *Μύρμηκος*. Sed hoc loco scribendum, τοῦ *Ἄμβρακος*. uti patet supra v. *Ἀμβρακία*. ubi *Ambracia* dicta perhibetur ἀπὸ *Ἄμβρακος* τοῦ παιδὸς *Θεσπρωτοῦ*. plane ut hic.

— *Ἐκ τούτου Ἀστυόχη ἡ μήτηρ Τληπολέμου, ὥς φησιν Ὅμηρος. ἦν δὲ αὕτη μεταξὺ Πύλου καὶ Ἠλιδος, ὡς Παρμενίσκος*] Homerus Iliad. B. v. 658.

*Τῶν μὲν Τληπόλεμος δουρικλυτὸς ἡγεμόνευεν,*
*Ὃν τέκεν Ἀστυόχεια βίῃ Ἡρακληείῃ,*
*Τὴν ἄγετ' ἐξ Ἐφύρης ποταμοῦ ἀπὸ Σελλήεντος.*
*Horum quidem Tlepolemus bello clarus dux erat,*
*Quem peperit Astyochea forti Herculi,*
*Quam duxerat ex Ephyra fluvio a Selleente.*

ad quem locum Eustathius pag. 315. *Ἀστυόχη, κατὰ δὲ Ὅμηρον Ἀστυόχεια, ὡς καὶ Πενελόπη Πενελόπεια, Φύλαντος ἦν θυγάτηρ. Ταύτην Ἡρακλῆς ἄγεται, ἀνελὼν τὸν Φύλαντα, ὅτε κατὰ Ἐφυραίων Αἰτωλοῖς ἐστρατήγει.* Similia habes apud Apollodorum lib. II. Biblioth. qui *Phylantem* regnasse *Ephyrae* perhibet. Verum Strabo lib. VIII. pag. 338. existimat *Ephyram* Homericam, unde *Tlepolemi* mater, fuisse in Elea, quoniam poëta cum *Selleente* fluvio illum coniungit, et apud reliquas *Ephyras* nullus eo nomine est fluvius. In qua opinione fuisse etiam Parmeniscum, qui hic ab auctore adducitur, apparet, dum ponit inter *Pylum* et *Elidem* istius tractus urbes, quam Strabo centum et viginti stadiis ab *Elide* versus mare facit distantem. Caeterum quam parum accurate Geographica noster tractaverit, vel potius ipsius Epitomator, dum confundit *Ephyram Thesprotiae*, de qua in principio actum, cum *Ephyra Eleae*, de qua Parmeniscus, ex hoc loco apparet.

— *Ἠγνόησε δ' ὅτι μυχὸς ἡ Κόρινθός ἐστι*] Haec non cohaerent: nam Parmeniscus illius *Ephyrae* situm describit, ex qua Hercules *Astyochen Tlepolemi* matrem adduxerat, auctore Homero Iliad. B. Diversa autem ista est ab *Ephyra*, quae postea
124 *Corinthus* dicta, ex qua Glaucus Homericus genus se ducere glo-
b riatur Iliad. Z. v. 152.

*Ἔστι πόλις Ἐφύρη μυχῷ Ἄργεος ἱπποβότοιο.*
*Est civitas Ephyra in recessu Argi equorum altricis.*

Unde haec quoque imperite truncata ab Epitomatore apparet. Videtur autem ex sequentibus legendum: *μυχὸς ὁ Κορίνθιος*.

— *Ἔστι καὶ ἄλλη Ἐφύρη Κράννους λεγομένη*] Incipit iamdem velle agere distinctius, dicitque aliam *Ephyram* dictam fuisse *Crannonem*. *Κράνων* enim hic rescribendum pro *Κράννους*, uti patet infra v. *Κράνων*. et ex Eustathio ad Homeri Iliad. N. pag.

933. haec in Thessalia fuit. Scholiastes Graecus ad Pindari Pyth. Od. x. pag. 315. egregie et distincte de diversis *Ephyris* disquirit, ponitque tres, *Thessalicam*, *Corinthicam*, *Thesproticam*. Verum ad Nem. Od. III. p. 389. adhuc agit accuratius, commemoratque quatuor: *Τέσσαρες δὲ ἀναγράφει τὰς Ἐφύρας· πρώτην μὲν τὴν αὐτῆς Κόρινθον ὀνομασθεῖσαν. Ὅμηρος· Ἔστι πόλις Ἐφύρη. Ἑτέραν δὲ τὴν περὶ Θεσσαλίαν· Ὅμηρος· Ἐξ Ἐφύρης ἀντόντι παρ' Ἴλου Μερμερίδαο. Τρίτην δὲ περὶ Μῆλιν· ἧς Ἱππίας μνημονεύει. Τετάρτην δὲ ἐν Θεσπρωτοῖς.* (quam in superioribus *Κίχυρον* dixerat deinceps appellatam.) In hoc autem loco menda tollenda, legendumque ex nostro: *περὶ Μῆλον*. quae una ex Cycladibus, a qua non multum dissita *Ephyra* insula pariter. Sed omnium diligentiam facile vincit Strabo, qui lib. VIII. pag. 338. Primam *Ephyram* ponit sub monte Pholoë ad *Selleentem* fluvium prope *Eliden*, quam vel eandem cum *Oenoë* facit, vel vicinam. Secundam *Thesproticam*, quae *Cichyrus* postea. Tertiam *Thessalicam*, *Cranonem* postea. Quartam *Corinthum*. Quintam pagum apud *Sicyonem*, ubi pariter *Selleis* fluvius. Sextam itidem pagum in *Agraea Aetoliae*. Septimam in *Perrhaebis Macedoniae*. Quibus ex Stephano et Pindari Scholiaste addenda octava, insula prope *Melum*. Item nona *Italiae circa Campaniam*, ex Stephano. Sic, ni fallor, omnes *Ephyras* descripsimus.

— *Ὡς φησι Κινέας ὁ ῥήτωρ*] Auctor hic appellatur *Κινέας* a Scholiaste Pindari ad Pyth. Od. x. pag. 315. *Κρανὼν δὲ πόλις Θεσσαλίας, Θέσσαλος δὲ καὶ ὁ Νικηφόρος. οὕτω δὲ πρότερον οἱ Κρανώνιοι Ἐφυραῖοι ἐκαλοῦντο, μαρτυρεῖ δὲ τοῦτο Κινέας.*

— *Δευτέρα, περὶ Θεσσαλίαν*] Haec eadem cum superiori, quae *Cranon* dicta, ut iam ostendimus.

— *Τρίτη, Οἰνόη*] Lege, addito articulo: *τρίτη, ἡ Οἰνόη*. Haec illa est, quam supra primo loco ex Strabone descripsimus, in *Elea* ad *Selleentem*.

— *Ἔστι καὶ Ἀρκαδίας ἄλλη*] Puto eandem esse cum illa, quam paullo ante *Oenoen* dixit appellatam. Nam Eustathius ad Homerum Iliad. *B.* pag. 300. *Pholoën* Arcadiae facit montem, sub quo *Ephyra*, quae descripta supra primo loco iuxta Strabonem, sita. 125 a

— *Τὸ ἐθνικὸν, Ἐφυρος*] Videtur legendum: *ἧς τὸ ε. E.* sic ut gentile hoc ad solum praecedentem vicum restringatur. Certe sic legisse quondam Eustathium hoc loco colligitur ex Commentario eius ad Homeri Iliad. *B.* pag. 301. et Odyss. *Δ.* pag. 1415. in quo ultimo loco a reliquis dicit formari *Ἐφυραῖος*.

*Ἐχέηδαι, δῆμος τῆς Ἀττικῆς, ἀπὸ Ἐχέμου ἥρωος*] MSS.

*Ζαύηκες, ἔθνος Λιβύης. Ἡρόδοτος ζ'.* *Ζαύηκες ἔθνος*] Non video, quid sibi velint haec duo vocabula hoc loco, *Ζαύηκες ἔθνος*. Herodoti enim non sunt. An male sunt repetita ex praecedentibus? An vero loci cpiusdam principium sunt apud Hecataeum, qui deinde adducitur?

*Ζειρινία, πόλις Θρᾴκης.*

— *Τὸ ἐθνικὸν, Ζειριάτης*] *Ζειρινιάτης.*

*Ζέλεια, πόλις Τρωάδος.*

— *Οἱ δὲ Ζέλειαν ἔναιον, Ὅμηρος. ἀπὸ Ζελείου ἥρωος*] Homerus Iliad. *B.* v. 824.

*Οἱ δὲ Ζέλειαν ἔναιον ὑπαὶ πόδα νείατον Ἴδης.*

*Qui vero Zeliam habitabant sub pedem imum Idae.*

Ad quem locum Eustathius pag. 354. dicit eam *ἀπὸ Ζελίου ἥρωος* appellatam, iuxta nostrum. Unde apparet *Ζελίου* illum hic legisse, non *Ζελείου*. Etymologus autem: *Ζέλεια ὠνόμασται ὑπὸ Ζέλυός τινος.*

— *Οἱ δὲ Ζέλην αὐτήν φασι*] Sic *Ἀγάμεια* et *Ἀγάμη* supra. *Νίκαια* et *Νίκη*. *Φώκαια* et *Φώκη*. Vide Eustathium ad Iliad. *Δ.* pag. 449.

— *Τὸ ἐθνικὸν, Ζελείτης*] Occurrit hoc gentile apud Arrianum lib. I. de Exped. Alex. pag. 171. *Ζελείτας δὲ ἀφῆκε τῆς αἰτίας, ὅτι πρὸς βίαν ἔγνωσαν συστρατεῦσαι τοῖς βαρβάροις. Zelitis quoque culpam remisit, quod coactos illos cum barbaris militasse sciret.*

— *Παρὰ Ποσιδίππῳ δ' εὕρηται διὰ τοῦ ι.*] Id est *Ζείλη*, quod etiam docet Eustathius priore dicto loco.

— *Ἔστι καὶ Ζέλεια φρούριον Κυζίκου*] Haud dubie eadem cum praecedente, uti et Isaacus Casaubonus censuit.

— *Ποσίδιππος δὲ Πάνδαρος παρὰ τῷ Σιμοῦντι τέθαπται*] Videtur legendum, ut sensus constet: *Ποσίδιππος δὲ ὅτι Πάνδαρος*, etc. Caeterum locus hic misere mutilatus est, de quo adi Eustathium ad Iliad. *B.* pag. 354. ex Strabone et Arriano dissertentem.

*Ζεῦγμα, πόλις Συρίας ἐπὶ τῷ Εὐφράτῃ, ὃν Ἀλέξανδρος ζεύξας ἀλύσεσι, διεβίβασε τὰ στρατόπεδα*] Omnes uno ore tradunt veteres Alexandrum Magnum traiecisse Euphratem apud *Zeugma* Syriae urbem, sic appellatam a ponte, qui iam olim super Euphrate a Libero patre, ut ferebatur, ibi erat exstructus. Pausanias lib. x. pag. 665. *Οὐκ ἄλλος κατὰ ἐμὴν δόξαν, ἀλλὰ ὁ πρῶτος μὲν ἐλάσας ἐπὶ Ἰνδοὺς στρατείᾳ, πρῶτος δὲ Εὐφράτην διαβρώσας ποταμόν. Ζεῦγμά τε ὠνομάσθη πόλις καθότι ἐζεύχθη τὸ*
126 *χώρᾳ Εὐφράτης. Neque mea opinione alius fuit (hic Liber) ab*
b *eo, qui primus ad Indos cum exercitu penetravit, cum Euphrate*

*ten ponte iunxisset. Et Zeugma appellata est urbs, quod Euphrates illic ponte sit iunctus.* Iidem etiam consentiunt. Alexandrum constructo ibi ponte, quoniam vetus iste perierat, cum exercitu traiecisse, qui deinceps usque ad Romanorum in Asia imperium, illoque durante ibidem duravit. Unde Statius lib. III. Sylv. Carm. II. v. 137. *Zeugma Latinae Pacis iter.* Nihilominus Tristanus Tom. II. pag. 192. inductus male intellecto Strabonis loco Alexandrum putat traiecisse apud *Thapsacum*, urbem pariter ad Euphratem, sed ad duo millia stadiorum infra *Zeugma* sitam; ad quam olim etiam pontem fuisse auctor est Strabo. Deinde, ut conciliet cum hac sua hypothesi auctores, qui Alexandri pontem adscribunt *Zeugmati*, alterum etiam *Zeugma* confingit, non longe a *Thapsaco* situm, ad quod fuisse pontem illum ab Alexandro factum existimat. Sed in utroque falsus est. Causa erroris a male intellecto, ut dixi, Strabonis loco profecta est, qui legitur lib. XVI. pag. 746. et est sequens: *Τὸ μὲν οὖν μέγιστον, ὃ ἀφίστανται διάστημα ἀπ' ἀλλήλων, τὸ πρὸς τοῖς ὄρεσίν ἐστι· τοῦτο δ' ἂν εἴη τὸ αὐτὸ ὅπερ εἴρηκεν Ἐρατοσθένης, τὸ ἀπὸ Θαψάκου, καθ' ὃ ἦν τὸ Ζεῦγμα τοῦ Εὐφράτου τοπαλαιόν, ἐπὶ τὴν τοῦ Τίγριδος διάβασιν, καθ' ἣν διέβη Ἀλέξανδρος αὐτόν, δισχιλίων τετρακοσίων. Maxima distantia, qua inter se fluvii* (Euphrates et Tigris) *distant, est versus montes: quantum etiam Eratosthenes a Thapsaco, iuxta quod erat pons Euphratis antiquitus, dixit esse ad Tigridis transitum, ubi Alexander cum exercitu traiecit, stadiorum bis mille et quadringenta.* quae ultima verba: *ubi Alexander cum exercitu traiecit*, Tristanus intellexit de *Euphrate et ponte iuxta Thapsacum*, sed in Graeco clare apparet, Strabonem loqui de traiectu Tigridis, quem fecit Alexander: dicit enim καθ' ἣν, quod non potest respicere aliud, quam praecedens διάβασιν.

— *Τὸ ἐθνικὸν οἱ μὲν ἐπιχώριοι Ζευγματεύς*] Inveni in nummo apud Franc. Gotifredum, *ΖΕΥΓΜΑΤΕΩΝ.*

*Ζεφύριον, ἡ Ἁλικαρνασσὸς τῆς Καρίας.*

— *Τὸ ἐθνικὸν, Ζεφυριώτης*] Apud Hub. Goltzium extat nummus, in quo *ΖΕΦΥΡΙΕΩΝ.* item alius, in quo *ΖΕΦΥΡΙΩΤΩΝ.* Franc. Gotifredus nummum Hadriani possidet, in quo circum Iovem hastatum sedentem et laeva victoriolam sustinentem pariter legitur, *ΖΕΦΥΡΙΩΤΩΝ.* Idemque conspexi in alio Treboniani Galli circum Iovem stantem.

— *Ἔστι καὶ ἄκρα τῆς Αἰγύπτου, ἀφ' ἧς ἡ Ἀφροδίτη καὶ Ἀρσινόη Ζεφυρῖτις*] Extat elegans Posidippi Epigramma in Appendice Anthol. Graec. Epigr. pag. 22. *εἰς τὴν ἐν Ζεφυρίῳ τιμωμένην Ἀφροδίτην.* quod, si lubet, vise. 127 a

*Ζῆλα, τόπος Ἀρμενίας, ἢ Ἀρτέμιδι*] MSS. PP. ᾧ Ἀρτέμιδι. An legendum: ἢ ἱερόν. aut, ἢ Ἀναΐτιδος ἱερόν?

*Ζηνοδότιον, πόλις Ὀσροήνης*] Meminit Dio lib. XL. pag. 126.

— *Καὶ Ζηνοδοτῖνος ἐπιχωρίως*] Scribe: *Ζηνοδοτηνός*. is enim typus illarum regionum ubique toto hoc opere.

*Ζήρυνθος, πόλις καὶ ἄντρον Ἑκάτης ἐν Θρᾴκῃ*] De *antro Zerynthio* vel *Zerynthо* memorat Suidas. *Ζηρύνθιον καὶ Ζήρυνθον ἄντρον, ἐν ᾧ τοὺς κύνας ἔθυον, ἔνθα ἦν τὰ τῶν Κορυβάντων καὶ τῆς Ἑκάτης μυστήρια.*

— *Λυκόφρων, Ζήρυνθος ἄντρον τῆς κυνὸς φανοῦς θεᾶς*] Apud Lycophronem pag. 18. perperam editur: *Ζήριυθον ἄντρον* pro *Ζήρυνθον*. quomodo apud Suidam. Nam sic scripsisse Lycophronem apparet pag. 79. ubi:

*Μορφὼ παροικήσουσι τὴν Ζηρυνθίαν.*
*Morphonem accolunt Zerynthiam.*

ubi Tzetzes: *ἐν Θρᾴκῃ ἄντρον ἐστὶν, ἐν ᾧ ἡ Ζηρυνθία Ἀφροδίτη τιμᾶται.* et iterum pag. 376. Deinde legendum et hic et apud Lycophronem: *τῆς κυνοσφαγοῦς θεᾶς. canivorae Deae.* quoniam canes ipsi immolabant, ut Suidas et Nicandri Scholiastes.

— *Καὶ Ζηρυνθίας*] Lege: *Ζηρυνθία*. ita *Ζηρυνθία Ἀφροδίτη*. Videantur Suidas et Etymologus.

*Ζιποίτιον, πόλις Βιθυνίας, ἀπὸ Ζιποίτου*] MSS. male: *Ζικότου*.

*Ζόαρα, πόλις Περσική*] Hierocli et in Actis Concilii Chalcedon. Act. I. dicitur *Ζοώρα*. et antiquissimus codex MS. versionis Latinae *Zoorenensem* vocat Episcopum.

θαλάσσης μέγιστος ἐκτείνεται, ὥσπερ τῆς φύσεως ἐργασαμένης στάδιον μάχης. Ἐπεὶ φασι καὶ Δαρεῖον Ἀλεξάνδρῳ τὴν ὑστάτην καὶ μεγίστην μάχην συμβαλόντα, ἡττηθῆναι καὶ ἁλῶναι, ὑπὸ τῶν ἀρκτῴων ἀνδρῶν καὶ τάτε τοὺς ἀνατολικοὺς νενικηκότων. Μένει δὲ ἔτι νῦν τρόπαιον καὶ δεῖγμα τῆς νίκης ἐκείνης, πόλις ἐπὶ τοῦ λόφου, Ἀλεξάνδρεια καλουμένη· ἄγαλμά τε χαλκοῦν, οὗ τὴν προσηγορίαν ὁ τόπος φέρει. Quod Angelus Politianus ita convertit: *Ita concurrerunt ad Issicum, quem appellant, sinum, longe lateque spatiosissima in planitie, quae perpetuis subiecta collibus in theatri speciem, litus habet a mari longissime excurrens: quasi quoddam belli stadium fabricata natura. Quin eodem quoque loco Darium ab Alexandro ferunt maximo extremoque illo proelio profligatum captumque, septentrionalibus etiam tum viris orientis nationes superantibus. Manet adhuc tropaeum et tantae victoriae testimonium urbs in colle, Alexandria: simul aeneum ipsius simulacrum, unde loco impositum nomen.*

150 — Ἐκεῖ δὲ καὶ ποταμὸς Πίναρος ὀνομαζόμενος] Ad hunc
a fluvium contigit proelium, de quo paullo ante. Apollonius Hist. Comment. cap. XLIII. Θεόφραστος ἐν τῷ περὶ φυτῶν περὶ Σόλους τῆς Κιλικίας, παρὰ τὸν ποταμὸν τὸν λεγόμενον Πίναρον, οὗ μάχη Ἀλεξάνδρου πρὸς Δάρειον ἐγένετο, αἱ ῥόαι ἀπύρηνοι γίγνονται. *Theophrastus de Stirpibus scribit, iuxta Solos Ciliciae urbem, ad amnem Pinarum, ubi Alexander cum Dario pugnavit, mala Punica nasci sine ossibus.* Ad quem vide Ioannis Meurasii Commentarium.

Ἰσσώριον, ὄρος τῆς Λακωνικῆς, ἀφ' οὗ ἡ Ἄρτεμις Ἰσωρία] *Issoriae Dianae* mentio apud Appianum lib. III. pag. 112. Hesychium, Plutarchum. Apud Appianum dicto libro pag. 186. Ἀρτέμιδος Ἰσώρας ἱερὸν scribitur. Perperam.

Ἰστίαια, πόλις Εὐβοίας. Ὅμηρος,

— Πολυστάφυλόν θ' Ἑστίαιαν] Locus Homeri extat Iliad. B. v. 537. sed ibi hodie legitur:

—— πολυστάφυλόν θ' Ἱστίαιαν.

et sic pariter occurrit infra v. Χαλκίς.

— Ἡ δὲ διὰ τοῦ ι Ἰωνικὴ γραφή ἐστι] Eustathius ad adductum ab auctore Homeri locum pag. 280. Γράφεται δὲ καὶ διὰ τοῦ ε κατὰ τὴν ἀρχήν, καὶ διὰ τοῦ ι, ὥσπερ καὶ ἡ κατ' οἴκους ἱστία καὶ ἑστία λέγεται. Ἰωνικωτέρα δέ φασιν ἡ διὰ τοῦ ι γραφή. Et ita loquitur Herodotus lib. I. cap. 176. lib. IV. cap. 59. et 127. Ἱστία scilicet pro Ἑστία.

— Νῦν δὲ καλεῖται Ὠρωπός] Lege: Ὠρεός. Eustathius d. l. ὕστερον δέ φασιν ἐκλήθη αὐτὴ Ὠρεός. Strabo lib. X. pag. 545.

Scholiastes vetus ad Aristophanis Irenam pag. 701. Mendum hoc notavit etiam Salmasius.

— *Ἔφορος δὲ τὸ ἐθνικὸν Ἑστιαῖος φησι*] Apud Pyrrhum Ligorium in Collectionibus extant tres nummi, apud Goltzium item tres, et ipse vidi diversos, in quibus omnibus legitur, *ΙΣΤΙΑΙΩΝ*.

— *Καὶ Ἰστιώτης, τῆς Θετταλικῆς*] Lege: *Ἰσταιώτης*. uti est apud Eustathium loco ante allegato: et post *τῆς Θετταλικῆς* adde ex eodem, *Ἰστιαίας*. ut ostendatur hanc tantum per ι in principio scribi. Vide supra v. *Ἑστίαια*. Parum autem distincte proponit duas *Histiaeas*, unam *Thessaliae*, alteram *Euboeae*.

*Ἰστὸς, νῆσος Λιβύης, Οὐδενόη λεγομένη ὑπὸ Λιβύων, ὑπὸ δὲ Φοινίκων Κέλλαραρσάθ*] MS. duabus vocibus legit: *Κέλλα ῥαρσάθ*.

— *Ὁ ἑρμηνεύεται, Ἰστωνὶς*] Cl. Salmasius pro *Ἰστωνὶς* legebat: *Ἰστὸς νῆσος*.

*Ἰστρία, χώρα κατὰ τὸν Ἰόνιον κόλπον*] Ita quoque Scythiae partem circa *Istrum* a Pindaro Olymp. Od. III. pag. 33. vocari putat eius Scholiastes. Sed in Pindaro vulgo *Ἰστριανὴν* legitur.

*Ἰστριανὰ, πόλις περὶ τὴν Περσικὴν θάλασσαν, ὡς Μαρκιανὸς ἐν Περίπλῳ αὐτῆς*] Meminit huius urbis Ptolemaeus in Arabiae Felicis descriptione. 150 b

*Ἴστρος, πόλις Κρήτης*.

— *Τὸ ἐθνικὸν, Ἴστριος*] Hinc *Ἰστρία Ἄρτεμις* apud Scholiasten Pindari Olymp. Od. III. pag. 33.

— *Καὶ Ἰστριεύς*] Apud Goltzium in nummo occurrit *ΙΣΤΡΙΗΩΝ*. Sed idem nummus apud Franc. Gotifredum tantum *ΙΣΤΡΙΗ* habet in superiore parte, subtus vero non *ΩΝ*, ut Goltzius sed *Α*. ut valde dubitem, num nummi mentem recte Goltzius expresserit.

— *Καὶ κατὰ τροπὴν Ἰστριηνὸς λιμήν*] In nummo Gordiani circum figuram Aequitatis apud Illustrem Equitem de Puteo legitur: *ΙΣΤΡ . . ΝΩΝ*. quod haud dubie fuit, *ΙΣΤΡΙΗΝΩΝ*.

— *Καὶ Ἰστριανὶς θηλυκῶς*] Hesychius: *Ἰστριανίδες, αἱ Σκυθικαὶ στολαὶ καὶ παρὰ Ἀθηναίοις σκεπάσματα, οἷς ἐκάλυπτον τὰ ἱερὰ κανᾶ*.

— *Τρίτη, νῆσος πόλιν ὠμώνυμον ἔχουσα, κατὰ Τριόπιον τῆς Κνιδίας*] De hac insula intelligendus Dioscorides lib. I. cap. 19. quando dicit. *ἀσπάλαθος, οἱ δὲ ἐρυσίσκηπτρον, θάμνος ἐστὶ ξυλώδης, ἀκάνθας πολλὰς κεκτημένος, γεννώμενος ἐν Ἴστρῳ, καὶ Νεύρῳ, καὶ Συρίᾳ, καὶ Ῥόδῳ. Aspalathus, aliis erysisceptrum, frutex est lignosus, spinis crebris aculeatus. Nascitur in Istro, Ni-*

*syro, Syria et Rhodo.* Vide de hoc plura supra ad v. *Ἀσκαλαθίς.*

*Τετάρτη, πόλις τῆς Ἰαπυγίας*] Lege, *Ἰαπυδίας.* Nam *Istria* regio *Iapydia* olim dicta, teste Plinio: incolae *Ἰάπυδες* et *Ἰαπόδες.* supra v. *Ἰάποδες.* Nisi velis peccatum auctoris esse, supra v. *Ἰαπυγία, Iapydiam* et *Iapygiam* confundentis. Huius autem *Istriae* fluvius a multis veterum dicitur *Ister,* alter Danubii alveus, in mare Hadriaticum sese exonerans, sed errore ingenti. Vide Scholiasten Apollonii ad lib. IV. v. 284.

*Ἰστώνη, ὄρος προσεχὲς τῇ Κερκύρᾳ.*

— *Τὸ ἐθνικὸν, Ἰστωναῖος*] Pyrrhus Ligorius in Collectionibus inscriptionem adfert antiquam, in qua gentile hoc extat:

ΘΕΟΙ. ΔΙΟΣΚΟΡΟΙ. ΙΣΤΩΝΑΙΟΙ
Α. ΑΤΡΗΛΙΟΣ. ΦΕΡΕΚΤΑΗΣ. ΑΠΕΛΕΥΘΕΡΟΣ
ΣΕΒΑΣΤΟΥ. ΤΟΥ. ΑΝΤΩΝΕΙΝΟΥ. ΣΕΒΗΡΟΥ
ΕΠΙΣΤ. ΚΕΡΚΥΡΑΙΩΝ
ΑΝΕΘΗΚΕΝ.

*Ἰταλία, ἡ χώρα, ἀπὸ Ἰταλοῦ*] Suidas locum hunc totum descripsit.

— *Καὶ Λικιώτης*] Videtur scribendum: *καὶ Σικελιώτης.* Nam *Κιλικιώτης,* quod proxime accederet, nescio an dixerint. Dein infra v. *Σικελία* ad *Σικελιώτης* adducitur *Ἰταλιώτης.* Error autem hic satis est antiquus, quippe quem Suidas fideliter in describendo hoc loco expresserit.

151 a — *Καὶ Ἰταλεύς*] Lege *καὶ Ἰταλεύς.* et sic Salmasius. Nihilominus Suidas ut vulgatum.

— *Καὶ Ἰταλικὸς, τὸ κτητικόν*] Hinc Silius *Italicus.* Unde apparet et *Ἰταλικὸς* dici.

*Ἰτανὸς, πόλις ἐν Κρήτῃ.*

— *Οἱ πολῖται, Ἰτάνιοι*] ΙΤΑΝΙΩΝ nummum vidi apud Cl. Menestrier.

*Ἰτέα, δῆμος τῆς Ἀκαμαντίδος φυλῆς. ὁ δημότης, Ἰταῖος*] MSS. *ὁ δημότης, Ἰεταῖος.* Unde legendum: ὁ δ. *Ἰτεαῖος,* ut Harpocratio et Suidas. Nam si *Ἰταῖος* hic legendum esset, adderet sine causa *Androtionem* tribus syllabis illud extulisse. Meursius et Salmasius errorem hunc etiam notarunt.

*Ἰτύκη, πόλις Λιβύης, Τυρίων ἄποικος. τὸ ἐθνικὸν Ἰτυκαῖος*] Romanis *Utica* et *Uticensis. Ἰτυκαῖος* legitur apud Polybium lib. I. pag. 73.

*Ἴτων, πόλις Θεσσαλίας*] Hesychius *Ἰθὼν, ἡ πόλις Θεσσαλίας.* Melius Scholiastes Apollonii ad lib. I. v. 551. *Ἔργον Ἀθηναίης Ἰτωνίδος* docet Minervam appellari, *ἀπὸ Θεσσαλικῆς Ἰτω-*

νίας. περὶ ἧς Ἑκαταῖος μὲν ἐν τῇ πρώτῃ τῶν ἱστοριῶν λέγει. Ἀρμενίδας δὲ ἐν τοῖς Θηβαϊκοῖς Ἀμφικτύονος υἱὸν Ἰτωνὸν ἐν Θεσσαλίᾳ γεννηθῆναι, ἀφ' οὗ Ἴτων πόλις καὶ Ἰτωνὶς Ἀθηνᾶ. Vide eundem ad v. 721. eiusdem libri.

— Ἴτωνά τε μητέρα μήλων] Homerus Iliad. B. v. 696.

— Λέγεται καὶ ἡ Ἴτωνος] Apud Eustathium ad Homeri paullo ante allegatum locum pag. 324. ubi nostrum descripsit, articulus ἡ ante Ἴτωνος non conspicitur. Nihilominus hic retinendus est: servit enim ad ostendendum genus.

— Ἀπὸ Ἰτώνου ἥρωος] Apud Apollonii Scholiasten ad lib. I. v. 721. legitur, ἀπὸ Ἰτώνου τοῦ ἱερέως. credo male, corrigendumque ex hoc loco τοῦ ἥρωος. Nam idem Scholiastes *Itonum* hunc ex Hecataeo Amphictyonis filium fecerat ad v. 551. eiusdem libri. Noster supra v. Βοιωτία· Γενέσθαι δέ φασι Βοιωτὸν Ἰτώνου τοῦ Ἀμφικτύονος. Ad quae verba Pausaniae locum adduximus, in quo Amphictyonis filius pariter *Itonus* dicitur. Patet igitur ratio, cur Ἥρως dicatur a nostro, cur Ἱερεὺς ab Apollonii Scholiaste non patet.

— Ἀφ' οὗ καὶ Ἰτωνία ἡ Ἀθηνᾶ, ἥτις καὶ Ἰτώνη] Intelige verba, ἥτις καὶ Ἰτώνη, non de *Minerva*, sed de oppido. Eustathius dicto loco meliori ordine: τὴν δὲ Ἴτωνα προπαροξύνεσθαί φασιν οἱ παλαιοὶ ὡς Μήκωνα. Τινὲς δὲ ἀξύνουσι, λέγοντες ὅτι ὠνομάζετο καὶ Σιτών, διὰ τὸ σιτοφόρον. Λέγεται δέ φασι καὶ Ἰτώνη τρισυλλάβως. ἔτι δὲ καὶ Ἴτωνος ἀπὸ Ἰτώνου ἥρωος. καὶ Ἀθηνᾶ δὲ ἐξ αὐτῆς Ἰτωνία. Nam viri docti emendatio, ἥτις καὶ Ἰτωνὶς, pro, ἥτις καὶ Ἰτώνη, recipi non potest, nisi cum ineptissima auctoris ταυτολογία. Paullo enim post, καὶ Ἰτωνὶς dicit. *Itoniae Minervae* mentio in fragmento Bacchylidis apud Dionysium Halicarnassensem περὶ Συνθέσεως ὀνομάτων pag. 30. 151 b

Οὐχ' ἕδρας ἔργον οὐδ' ἀμβολᾶς·
Ἀλλὰ χρυσαιγίδος Ἰτωνίας
Χρὴ παρ' εὐδαίδαλον ναὸν
Ἐλθόντας, ἁβρόν τι δεῖξαι.

— Καὶ Βοιωτίας] Plutarchus *Minervae Itoniae* aram fuisse ait Coroneae in *Boeotia* narrans Callirhoës historiam in Amator. Narrat. pag. 774. Καὶ τότε εἰς Κορώνειαν ἐλθοῦσα, ἱκέτις καθέζεται ἐπὶ τῷ βωμῷ τῆς Ἰτωνίας Ἀθηνᾶς. *Coroneam profecta supplex consedit in ara Itoniae Minervae.* De hac ara sive fano plura collegit loca Henricus Valesius ad Excerpta Polybii pag. 22.

— Καὶ Ἰτωνιάς] Callimachus Hymno in Cererem v. 47.

Ἦνθον Ἰτωνιάδος μιν Ἀθαναίας ἐπ' ἄεθλα
Ὀρμενίδαι καλέοντες.

*Invitabant eum ad Itoniae Minervae festa*
*Ormenidae.*

Et in Θεοδωρίδου Epigrammate non edito in duodecim vaccas aeneas *Minervae* dedicatas,

*Θεσσαλαὶ αἱ βόες αἵδε παρὰ προθύροις δ' Ἀθάνας*
*Ἑστᾶσιν καλὸν δῶρον Ἰτωνιάδος.*
*Πᾶσαι χάλκειαι δυοκαίδεκα, Φράδμονος ἔργον,*
*Καὶ πᾶσαι γυμνῶν σκύλον ἀπ' Ἰλλυρίων.*

— *Καὶ Ἰτωνίς*] Sic vocatur lib. VI. cap. 25. Antholog. Graec. in Epigrammate Leonidae:

*Τοὺς θυρεοὺς ὁ Μολοσσὸς Ἰτωνίδι δῶρον Ἀθάνᾳ*
*Πύῤῥος ἀπὸ θρασέων ἐκρέμασεν Γαλατᾶν.*
*Haec scuta Itonidi Minervae munus Molossus*
*Pyrrhus suspendit detracta Gallis confidentibus.*

quod apud Plutarchum in vita Pyrrhi et Pausaniam in Atticis etiam legitur. Sic pariter in Apollonio lib. I. v. 551. Ἔργον Ἀθηναίης Ἰτωνίδος. et eodem libro v. 721. θεᾶς Ἰτωνίδος ἔργον. Ubi Scholiastes: ἐν Θεσσαλίᾳ θεὰ Ἰτωνὶς τιμᾶται, καὶ ἐν Κορωνείᾳ πόλει τῆς Βοιωτίας.

— *Καὶ χώρα Ἰτώνη ὑπὸ τὸν Αἶμον*] Videtur esse Σιθωνίη, de qua Herodotus lib. VII. cap. 122. et infra suo loco, aut Ἠδωνή.

*Ἴχναι, πόλις Μακεδονίας· Ἡρόδοτος ἑβδόμῃ*] Herodotus lib. VII. cap. 123. urbem hanc Pellae facit vicinam.

— *Φιλητᾶς δ' Ἄχνην φησὶ, διὰ τοῦ α*] *διὰ τοῦ ἑνικοῦ.*

— *Τὸ ἐθνικὸν, καὶ Ἰχναῖος*] Lycophron v. 129.

*Τῆς θ' Ἡλίου θυγατρὸς Ἰχναίας βραβεύς.*
*Et Ichnaeae Solis filiae praeses.*

ad quem locum Isaacius Tzetzes *Ichnaeam* dictam vult, διὰ τὸ κατ' Ἴχνος καὶ κατὰ πόδας τῶν Γιγάντων ἕπεσθαι.

— *Καὶ Ἰχναία ἡ Θέμις*] Eadem alio vocabulo *Nemesis* et *Adrastia* dicebatur. Vetus Epigramma Diodori lib. I. Anthol. Graec. pag. 60.

152 a *Ἀδράστειά τε Δῖα καὶ Ἰχναίη σε φυλάσσοι,*
*Παρθένος, ἡ πολλοὺς ψευσαμένη Νέμεσις.*
*Adrastea Diva et Ichnaea te custodiat*
*Virgo, multos frustrata Nemesis.*

Ad quem locum vide Ioannem Brodaeum.

— *Ἑτέρα ἐστὶ τῆς Ἀνατολικῆς πόλις*] Meminit Isidorus Characenus in Σταθμοῖς Παρθικοῖς pag. 185. Ἴχναι, πόλις Ἑλληνὶς, Μακεδόνων κτῆμα. Κεῖται δὲ ἐπὶ Βάλιχα ποταμοῦ. Dio lib. XI. pag. 126. Ἰχνίας vocat, una litera amplius.

Ἰψίκουροι, ἔθνος Λιγυστικόν] Vide supra vv. Ἀρβαξανοὶ et Εὔιοι.

— Καὶ Ἀρβαζανοὶ, καὶ Εὔβοιοι] Lege, Καὶ Ἀρβάξανοι καὶ Εὔβοιοι. ut ex citatis locis apparet.

Ἰωλκὸς, πόλις Θεσσαλίας] Scholiastes vetus Pindari ad Nem. Od. iv. pag. 363. Magnesiae fuisse scribit ad radices Pelii, postea *Thessaliae*. Hesychius: Ἰαωλκὸς, πόλις Θεσσαλίας. Homeri Scholiastes MS. in Bibliotheca Medicea: ἐξ Αἰόλου Κριθεὺς, ὃς Ἰωλκὸν κατέσχε Πελασγοὺς ἐκβαλών. τούτου δὲ οἱ παῖδες Πελίας μὲν ἅμα Ἰάσονι Ἰωλκὸν ᾤκουν· Νηλεὺς Πύλον σὺν Ἀμαθάονι· Φέρης δὲ Φεράς.

— Φοίβην, καὶ Γλαφηρὰς, καὶ ἐϋκτιμένην Ἰωλκόν] Versus est Homeri ex Iliad. *B.* v. 712. sed triplici stigmate hic deturpatus. Unde rescribendum, ut ibi legitur:

Βοίβην καὶ Γλαφυρὰς καὶ ἐϋκτιμένην Ἰαωλκόν.

— Ἀπὸ Ἰωλκοῦ τοῦ Ἀμύρου, ἀφ' οὗ τὸ Ἀμυρικὸν πεδίον Λαρισσαίων] Scribe: Ἀμυρικὸν πεδίον. Huius campi mentio apud Polybium lib. v. pag. 437. ubi dicit Aetolos saepe populabundos ἕως τὸ καλούμενον Ἀμυρικὸν πεδίον pervenisse. Eustathius ad allegatum Homeri locum pag. 327. Ἰαωλκὸς δὲ ἀπὸ Ἰαωλκοῦ φασιν υἱοῦ Ἀμύρου. ἀφ' οὗ Ἀμυρικὸν πεδίον ἐν Λαρίσσῃ. Vide supra v. Ἄμυρος.

— Καὶ Ἰωλκίς] Apollonius Rhodius lib. i. v. 572. de Diana,

Ῥυομένη καὶ γαῖαν Ἰωλκίδα.
*Servans etiam terram Iolcida.*

Ἴωλον, ὄρος Περραιβίας. οἱ οἰκοῦντες, Ἴωλοι.

Ὅμηρος,

Τῷ δ' Ἐνιῆνες ἕποντο, Μενεπτόλεμοί τε Περαιβοί] Quid haec sibi velint plane non perspicio. *Ioli* enim nemo, quantum recordor, meminit: et versus Homericus plane est ἀπροσδιόνυσος. Nulla enim in eo neque hic neque apud Homerum *Ioli* mentio. Legitur autem apud illum Iliad. *B.* v. 749. Vetustissimus tamen Manuscriptorum lectionis prodit diversitatem, qua citationis absurditas tollitur. Habet enim: Τῷ δ' ἄρ' Ἴωλοι ἕποντο Μενεπτολεμοὶ Περραιβοί. Sed alius: Τῷ δ' Αἰνιῆνες Μενεπτόλεμοί τε Περραιβοί.

Ἰώνη, οὕτως ἐκαλεῖτο ἡ Ἀντιόχεια, ἡ ἐπὶ Δάφνῃ, ἣν ᾤκισαν Ἀργεῖοι] Scaliger in Animadvers. ad Eusebium pag. 180. profitetur libenter se discere velle, si quis docere velit, quando Ἀργεῖοι ᾤκισαν τὴν Ἀντιόχειαν. Dein subiicit, videndum, an sentiat *Antiochiam* ab Io filia Inachi Argivi conditam, a qua Ἰώνη dicta fuerit. Idque comprobat loco Cedreni. Rem acu tetigit Sca- 152 b

liger. Libanius enim Oratione XIII. ad Theodosium ἐπὶ ταῖς διαλλαγαῖς, sive, postquam recepti essent in gratiam Antiocheni, pag. 417. καὶ γέγονας οἰκιστὴς διὰ τῆς σωτηρίας· οὐ λίθους ἐπὶ λίθοις διὰ τεκτόνων τιθεὶς· οὐδ' ἐνάρμόττων ξύλα· οὐδ' ἐπάγων κέραμον, οὐδ' εἰς πόνον καὶ τὸ καθῆσθαι μερίζων τὸν ἐνιαυτόν· οὐδὲ πολλῶν ἐτῶν εἰς τὸ πᾶν δεόμενος· ἀλλ' ἀπὸ γνώμης τε ἡμέρου, καὶ γραμμάτων ὀλίγων, καὶ τοῦ κρείττω θυμοῦ γενέσθαι· καὶ νῦν ἅπαντα ἐκεῖνα τὰ τῶν πρὸ τῆς Ἰοῦς· τὰ τῶν ἐκείνην ζητούντων· τὰ Ἀλεξάνδρου, τὰ Σελεύκου, τὰ τῶν μετ' ἐκεῖνον ἀρξάντων σὰ γίνεται. Quem locum miror cur Federico Morello suspectus fuerit, cum non male verterit: *Atque eius conditor salute concessa extitisti: non lapides lapidibus architectorum opera addens neque trabes affabre iungens, nec tegulas superinducens, nec anno in laborem et quietem distincto: nec longa annorum serie ad opus universum indigens: verum lenitate consilii et exiguis literis et virtute aestum animi regente. Et ecce illa iam omnia, quae ante Ionem contigerunt, et eorum, qui illam quaesiverunt, acta: et Alexandri Seleucique et eorum etiam, qui post illos regnaverunt, praeclara opera, tua existunt.* Dicit enim orator Imperatorem servando sive non diruendo urbem Antiochensium, quod culpa meruerant (deiecerant enim in seditione quadam Flaccillae Augustae statuas) conditorem eius auctoremque factum. Itaque omnem priorum conditorum gloriam eum in se transtulisse, omnia beneficia in urbem unquam collata eum iure tamquam a se profecta imputare. De *Ionis* autem fuga, Inachi manu ad eam investigandam missa, *Ionisque* illa occasione conditu videnda eiusdem Orat. XI. quae inscribitur Λόγος Ἀντιοχικός. Caeterum illud quoque monendum videtur Gazam quoque *Ionen* dictam, teste Stephano supra v. Γάζα.

Ἰωνία, ἡ Ἀττικὴ πρότερον] MSS. auctius: Ἰωνία οὕτως, etc.

— Καὶ Ἰωνικίζω ῥῆμα] Et Ἰάζω apud Dicaearchum.

Ἰωτάπατα, πόλις Συρίας· Ἰώσηπος τρίτῳ] Ἰωτάπη Ptolemaei lib. v. Geogr. cap. 8. Ἰωστάπη Notitiae Episcopatuum MS. ab hac diversa est (Ciliciae scilicet) Ἰωτάπατα Syriae a Iosepho contra Vespasianum per septem et quadraginta dies defensa, eiusque captivitate nobilitat. Quae describit ipse lib. III. Belli Iudaïci cap. 6. et seqq.

158 a

## K.

Καβαλὶς, πόλις πλησίον Κιβύρας, πρὸς νῶτον Μαιάνδρου] Locus hic depromptus est ex Strabone lib. XIII. pag. 630.

sed qui hinc restituendus est. Legitur enim: *Τὰ δ' ἑξῆς ἐστι τὰ πρὸς δύσιν, ἡ τῶν Ἀντιοχέων πόλις τῶν ἐπὶ Μαιάνδρῳ τῆς Καρίας ἤδη. τὰ δὲ πρὸς νότον Κίβυρά ἐστιν ἡ μεγάλη, καὶ ἡ Σίνδη καὶ ἡ Καβαλαῖς μέχρι τοῦ Ταύρου καὶ τῆς Λυκίας.* Sed corrigendum *Καβαλίς*. *Versus occasum sequitur Antiochia ad Maeandrum Cariae olim: versus meridiem Cibyra magna, Sinda, Cabalis usque ad Taurum et Lyciam.* Ex quo loco apparet apud nostrum scribendum, *πρὸς νότον M.* Mox incolae huius urbis apud eundem Strabonem male *Καβαλλεῖς* dicuntur pro *Καβαλεῖς*. et paullo post item perperam: *Λέγονται δὲ ἀπόγονοι Λυδῶν Κιβυράται τῶν κατασχόντων τὴν Καβαλλίδων·* pro *Καβαλίδα*. *Cibyratae dicuntur prognati a Lydis, qui Cabalidem obtinuerunt.*

— *Ὁ πολίτης, Καβαλεύς*] Apud Herodotum lib. VII. cap. 77. vocantur *Καβαλέες* huius urbis incolae.

— *Ὡς Στράβων ἐν τῇ εἰρημένῃ*] Ergo ante citaverat locum Strabonis; eum, quem paullo ante adduximus, scilicet ex lib. XIII.

*Καβησσός, πόλις ἐν Καππαδοκίᾳ, πατρὶς Ὀθρυονέως. Ὅμηρος,*

*Καβησσόθεν ἔνδον ἐόντα*] MSS. PP. et Ed. Ald. legunt: *Καβασσός*, et sic ordo literarum postulat. Supra v. *Ἀγάθυρσοι· Ἀπὸ δὲ τοῦ Καβάκησος οἴεται Δίδυμος κατὰ συγκοπὴν Καβασσός. πόλις δὲ αὕτη Ὀθρυόνεως, περὶ ἧς βιβλίον ὅλον συνέγραφε. δειχθήσεται δὲ ἐν τῷ περὶ αὐτῆς λόγῳ τοῦτο ψεῦδος.* Ex quo loco apparet hic multa recisa esse. Suidas: *Καβησός, πόλις. καὶ Καβησόθεν ἀπὸ Καβησοῦ πόλεως.* et sic pariter Homerus, non ut hic, *Καβησσόθεν*, Iliad. *N.* v. 363.

*Πέφνε γὰρ Ὀθρυονῆα Καβησόθεν ἔνδον ἐόντα.*
*Interficit enim Othryoneum ex Cabeso qui aderat.*

Ergo *Καβασσός*, *Καβησσός*, *Καβησός* et *Κηβησσός* una eademque urbs, sed quae ob regionum viciniam diversis regionibus adscribitur. A Stephano *Cappadociae*, ab aliis Lyciae, a Ptolemaeo Minori Armeniae lib. V. Geograph. cap. 7. Curtius Ciliciae videtur tribuere. Apud illum enim lib. III. cap. 4. sic videtur legendum: *Multa in ea regione monumenta vulgata carminibus vetustas exederat. Monstrabantur urbium sedes, Lyrnessi et Cebessi.* Edd. Antiq. habent *Cebesti*. Ad hanc urbem pertinet nummus, quem Gazophylacium Mediceum asservat, in quo sub Hygeia et Aesculapio, *ΚΗΒΗCCEΩN.* circum *ΕΠΙ. ΑΤΡ. ΜΑΡΚΟΥ. ΑΡΧ. ΠΡΩ. ΤΟ. Β.* Vide infra v. *Κύβασσος*.

— *Μάζακα δὲ ἡ Καππαδοκία ἐκαλεῖτο Καισάρεια*] Lege: 153
*Καππαδοκίας*. non enim *Cappadociam* sic vult appellatam, sed b
*Cappadociae* urbem. Infra: *Μάζακα, πόλις Καππαδοκίας, ἡ νῦν Καισάρεια* Vide et v. *Καισάρεια*. Cl. Salmasius existimat

nihilominus vulgatam lectionem tolerari posse, ut intelligatur ἐθνικῶς dici, ut a Κίλιξ Κιλίκιος. Καππαδόκιον enim Κώρυκον dixit alicubi in Orationibus Themistius.

— Ὡς τὸ Καμειρόθεν] An Κασπειρόθεν. Vide infra v. Κάσπειρος.

Καβειρία, πόλις τῆς κάτω Ἀσίας.

— Τούτου τὸ ἐθνικὸν, Καβείριος] Pyrrhus Ligorius in Collectionibus ex gemma veteri adducit, ΚΑΒΕΙΡΙΑ CΕΛΗΝΗ.

— Καὶ Καβειριάς, παρὰ τὸ Καβείριος] MSS. insigni additamento locum hunc augent, hoc modo: Καὶ Καβειριάς, καὶ Νύμφαι Καβειρίδες ἀπὸ Καβείρους τῆς Πρωτέως καὶ Ἀγχινόης, ἀφ' ἧς καὶ Ἡφαίστου Κάδμιλός ἐστι. καὶ ἡ μὲν Καβειρὶς παρὰ τὸ Καβειρός. Vide Scholiasten Apollonii Rhodii lib. I. v. 917.

Καβύλη, πόλις Θρᾴκης, οὐ πόῤῥω τῆς τῶν Ἀστῶν χώρας] Vide Harpocrationem et Suidam. Paulus Diaconus lib. VI. a Lucullo dicit captam.

Καδμεία, πόλις, Θηβῶν ἀκρόπολις.

— Καὶ Καδμείονες] Καδμείωνες. Eustathius ad Iliad. Δ. pag. 487.

— Καὶ τὸ τεῖχος, Καδμεία] Τεῖχος hic castellum significat.

Κάδοι, πόλις Μυσίας· Στράβων ιβ', καὶ Δορύλαον πόλις, καὶ Κάδοι] Apud Strabonem lib. XIII. pag. 576. legitur Δορύλαιον, unde et sic hoc loco scribendum.

— Τὸ ἐθνικὸν, Καδηνός] In nummo Claudii Caesaris in Thesauris Mediceis circum virum pileatum et togatum, dextra piscem, ut videtur, protendentem: ΕΠΙ. ΜΕΛΙΤΩΝΟΣ. ΑΣΚΛΗΠΙΑΔΟΥ. ΚΑΔΟΗΝΩΝ. clarissimis literis. Plinius quoque Caduenos vocat. Itaque dubium nullum est, quin hic quoque Καδοηνὸς scribendum. Tristanus Tom. I. pag. 352. producit nummum Domitiae Augustae, in quo circum Dianam Ephesiam legitur: ΚΑΔΟΗΝΩΝ. Nescio an satis accurate inspexerit expresseritque nummum. Vix enim dubito, quin et isthic ΚΑΔΟΗΝΩΝ sculptum fuerit. Caeterum quae ad eius explicationem de Caloë lacu ex Strabone affert, et de Caloënae Dianae cultu diligenter consideranda.

Καδούσιοι, ἔθνος μεταξὺ τῆς Κασπίας θαλάσσης, καὶ τοῦ Πόντου] Καδδούσιοι per geminum δδ scribuntur Polybio lib. V. pag. 389. et pag. 421.

Κάδρεμα, πόλις Λυκίας, ἄποικος Ὀλβίων, ἑρμηνεύεται δὲ σίτου φιγμὸς ἡ πόλις] MSS. pro φιγμὸς legunt φυγμός. Unde
154 Cl. Salmasius putabat legendum, φρυγμός. Saltem aliquo sensu: a nam in vulgata est nullus.

Κάθαινα, πόλις Ἰνδική] Apud Strabonem lib. XV. pag.

699. unde haec descripta, *Καθία* scribitur. Sed MS. hic legit, *Κάθαια*. Et mox pro, *Καθαιναῖος*, *Καθαιαῖος*. Optime.

*Καινίνη, πόλις Σαβίνων, ἡ ὑπὸ Ῥωμύλου ἁλοῦσα, τὸ ἐθνικὸν Καινῖται*] MSS. *Καινίτη*. male. *Καινίνη* enim appellatur Dionysio lib. II. pag. 101. Nicolao Damasceno in Excerptis apud Constantinum Porphyrogennetam pag. 469. et Romanis ipsis. Vide Philippum Cluverium lib. II. Ital. Antiq. pag. 664. et de urbe et de gentili.

*Καιρή, πόλις Τυῤῥηνίας. τὸ ἐθνικὸν, Καιρητανός*] Supra v. *Ἀγύλλα* urbs scribitur, *Καῖρε*, gentile *Καιρετανοί*.

*Καινῦς, νῆσος πλησίον Πελωριάδος, τῆς κατὰ Σικελίαν ἄκρας, πρὸς δύσιν νεύουσα*] Auctor hoc loco admodum oscitanter Strabonem tractavit, dum *Caenyn* facit insulam, quam ille docet esse promontorium lib. VI. pag. 257. Vide Philippum Cluverium lib. IV. Sicil. Antiq. cap. 15. pag. 1294. Isaacus Casaubonus eo excusare Stephanum conatur, quod promontoria non raro peninsulae et insulae appellentur; ad Strabonem lib. III. pag. 57. Vide supra v. *Ἀχίλλειος δρόμος*.

— *Ἔστι καὶ πόλις Ἰταλίας Καινύσιον*] Infra scribitur *Κανύσιον*. Rectius.

*Καισάρεια, μητρόπολις τῆς Καππαδοκίας, ἡ πρὶν Εὐσέβεια, καὶ Μάζα, ὡς Στράβων*] Scribe *Μάζακα*. ut paullo ante v. *Καβησσὸς* docuit, et docebit infra v. *Μάζακα*. appellaturque sic Constantino Porphyrogennetae lib. I. de Them. Themate secundo, *Καισάρεια μητρόπολις, ἡ ἀπὸ τοῦ μεγάλου Καίσαρος Ἰουλίου ὠνομασμένη. ἥτις πρότερον ἐκαλεῖτο Μάζακα ἀπὸ Μουσὼχ τοῦ τῶν Καππαδόκων ἀρχεγόνου. Caesarea metropolis a magno illo Caesare Iulio ita appellata, quae antea vocabatur Mazaca a Mousoch primo Cappadocum auctore.* A quo Suidas dissentit v. *Καισάρεια*, docens a Tiberio *Caesaream* appellatam, quae ante *Mazaca*, postquam Archelao illam ademisset. Rursus Sozomenus lib. V. Hist. Eccles. cap. 4. dicit sic appellatam a Claudio. Idemque legitur in Histor. Tripart. lib. VI. cap. 4. Ad hanc urbem pertinet Getae nummus, quem habet Cassianus a Puteo, quique ab Occone est editus, in quo circum Herculem cum hydra pugnantem: *ΚΑΙϹΑΡΕΙΑϹ ϹΕΒΑϹΤΗϹ ΜΗΤΡΟΠ. ΤΗϹ ΙΕΡΑϹ ΚΑΙ ΑΥΤΟΝΟΜΟΥ*. Cui similis alius Macrini cum filio Diodumeniano apud Tristanum Tom. II. pag. 292. In quo circum montem Argaeum. sub quo haec urbs sita erat: *ΜΗΤΡΟΠΟΛ. ΚΑΙϹΑΡΙΑϹ.* subtus: *ΝΕΟΚΟΡΟΥ. ΕΤ. Β.* Item alius Alexandri Severi apud eundem Tom. II. pag. 399. in quo 154
circum eundem montem: *ΜΗΤΡΟΠ. ΚΑΙϹΑΡΕΙΑ.* subtus: b
*ΕΤ. Β.* Hinc Solinus cap. XLVII. *Mazacam sub Argaeo sitam*

*Cappadoces matrem urbium nominant, qui Argaeus nivalibus iugis arduus, ne aestivo quidem torrente pruinis caret: quemque indigenae populi habitari Deo credunt.*

— *Ἔστι καὶ Παλαιστίνης*] Haec *Stratonis turris* ante dicta, ab Herode vero instaurata *Caesareae* nomen accepit. Postea *Colonia Prima Flavia* a Vespasiano. Plinius lib. v. cap. 13. *Stratonis turris, eadem Caesarea, ab Herode rege condita: nunc Colonia Prima Flavia, a Vespasiano Imperatore deducta.* Apud Franc. Gotifredum vidi insignem nummum, in cuius una parte circum effigiem Titi Imperatoris: TITO. FLAVIO.... in aversa circum caput muliebre turritum: COL. CAESARIA. LIB. *ΦΛΑ.* Ad cuius nummi explicationem imprimis facit, quod Iacobus Cuiacius observat lib. x. Observat. cap. 35. Nimirum hanc *Caesaream*, licet colonia fuerit provincialis, nihilominus immunem fuisse Vespasiani beneficio ex *l. ult. D. de censibus* Porro ad hanc urbem pertinet quoque M. Aurelii nummus, in quo circum caput Serapidis: COL. PR. FLAV. CAESAREA. Item similis Caracallae et alius Antonini Pii, in quo COL. PRIMA FLAV. CAESAREA. Tristanus Tom. II. pag. 168. similem Caracallae profert. Sed in eius explicatione mire hallucinatur: cognomen enim *Flaviae* inverso literarum ordine scriptum, *ΑΛΦ.* de *Diana Alphaea* in Elide explicat.

— *Καὶ τρίτη, πρὸς τῇ Πανεάδι*] Ad hanc spectat nummus aereus Eminentissimi Cardinalis Francisci Barberini, in quo ab una parte caput virile cum inscriptione: *ΒΑϹΙΛΕΥϹ ΗΡΩΔΗϹ*, in aversa coronae inscriptum: *ΚΛΑΥΔΙΑ ΚΑΙϹΑΡΙΑ.* Item alius M. Aurelii Antonini in Gazophylacio Medioeo, in quo circum Panem deum rupi innixum: *ΚΑΙϹ. ϹΕΒ. ΙΕΡ. ΚΑΙ. ΑϹΤ. ΤΠ ΠΑΝΕΙΩ. ΡΟ. Β.* De *Paneo* monte et fontibus Iordanis ad eius radices Eusebius lib. XII. Hist. Eccles. cap. 17. *Ἐπὶ τῆς Φιλίππου Καισαρείας, ἣν Πανεάδα Φοίνικες προσαγορεύουσι, φασὶ παρὰ ταῖς αὐτόθι δεικνυμέναις ἐν ταῖς ὑπωρείαις τοῦ καλουμένου Πανείου ὄρους πηγαῖς, ἐξ ὧν καὶ τὸν Ἰορδάνην προχεῖσθαι.* *Apud Caesaream Philippi, quam Phoenices Paneada nominant, ad pedes Panei montis fontes visuntur, ex quibus profluit Iordanis.* Item alius Antonini Pii in Gazis Mediceis, in quo circum montem, cui insistit figura nuda hastata: *ΚΑΙϹΑΡΕΩΝ Γ ΠΑΤΙ.* Ad hanc urbem magnificentissimum templum in Augusti honorem extructum fuit, cuius et nummus meminit in eiusdem ho-
155 norem cusus cum hoc titulo: *ΘΕΙΟΥ ϹΕΒΑϹΤΟΥ ΠΑΤΡΟϹ*
a *ΠΑΤΡΙΔΟϹ.* in aversa vero circum templum: *ΚΑΙϹΑΡΕΩΝ. ΦΙΛΙΠΠΟΛΙΤΩΝ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ.* Unde apparet gentile fuisse, *Καισαρεὺς Φιλιππουπολίτης;* Vide Occonem pag. 82.

*Καλαβρία, χώρα πλησίον Ἰταλίας*] *Calabriam* hic ab *Italia* distinguit: quia distinctae erant provinciae.

*Καλάθη, πόλις οὐ πόρρω τῶν Ἡρακλείων στηλῶν.*

— *Ἔορος δὲ Καλάθουσαν αὐτήν φησιν*] An scribendum *Ἔφορος*? Salmasius sic divinabat.

— *Ὡς νύσιος*] Forte, *ὡς Οἰνούσιος*. Vide infra v. *Οἰνοῦσαι*.

*Κάλαρνα, πόλις Μακεδονίας, ὡς Λούκιλλος ὁ Ταῤῥαῖος*] MSS. *ὡς Λούκιος ὁ Θαῤῥαῖος*.

*Καλάσιρις, μοῖρα Αἰγύπτου· Ἡρόδοτος β'. οἱ καὶ Καλασίριοι, καὶ Καλασιρίαι*] Apud Herodotum lib. II. cap. 164. et seqq. non *Καλάσιρις* scribitur singulari numero et ut regionis nomen, sed *Καλασίριες* plurali et tamquam gentis. Videtur et sic a nostro scriptum, quoniam subiungit, *οἱ καὶ Καλασίριοι*. Supra v. *Ἑρμοτυμβιεῖς* haec vox pariter corrupta extat, ut ibi monuimus.

*Καλατίαι, γένος Ἰνδικόν*] *Ἶνδοι Καλαντίαι* vocantur Herodoto lib. III. cap. 97.

*Καλαύρεια, νησίδιον πρὸς τῇ Κρήτῃ*] Sic appellatur etiam Harpocrationi: Straboni, Plutarcho, aliis *Καλαυρία*. De scriptura et accentu huius vocis disputat Eustathius ad Dionysium v. 499. et *Καλαύρια* scribendum docet. Suidas: *Καλαβρία, νῆσος πλησίον Τροιζῆνος. ἐκαλεῖτο δὲ πρότερον Εἰρήνη.* perperam pro *Καλαύρια. Calauria, insula prope Troezenem: olim autem vocabatur Irene.* Fuerunt et aliae insulae circa *Cretam*: ut *Κύθηρα, Σίκηνος*, de quibus vide infra suis locis.

— *Ὅσον τριάκοντα σταδίων*] Locus hic descriptus est ex Strabonis lib. VIII. pag. 373. unde hic post *σταδίων* addendum, *ἔχον τὸν κύκλον*.

— *Ἐκαλεῖτο καὶ Εἰρήνη*] Sic etiam Suidas loco paullo ante adducto. Plutarchus in Quaest. Graec. p. 295. *Τὴν Καλαυρίαν Εἰρήνην τὸ παλαιὸν ὠνόμαζον ἀπὸ γυναικὸς Εἰρήνης, ἣν ἐκ Ποσειδῶνος καὶ Μελανθείας τῆς Ἀλφειοῦ γενέσθαι μυθολογοῦσιν. Ὕστερον δὲ τῶν περὶ Ἄνθην καὶ Ὑπέρην, αὐτόθι κατοικούντων, Ἀνθηδονίαν καὶ Ὑπέρειαν ἐκάλουν τὴν νῆσον. Calauria antiquitus dicta fuit Irene, a femina Irena, quam fabulantur natam Neptuno et Melanthia Alphei filia. Postmodo cum Anthes Hyperesque cum suis ibi habitarent dicta fuit Anthedonia et Hyperia.*

*Καλὴ ἀκτή, πόλις Κρητῶν*] Legendum: *πόλις Σικελῶν*, uti ex Herodoto apparet lib. VI. cap. 22. *Ἡ δὲ Καλὴ αὕτη ἀκτὴ καλεομένη· ἔστι μὲν Σικελῶν, πρὸς δὲ Τυρσηνίην τετραμμένη τῆς*

155 Σικελίης. Et MSS. qui habent Καλτῶν, pro Κρητῶν, sic ut pri-
b ma syllaba cum praecedentis fine cohaereat, lectionis huius praebent indicium.

— Ἔστι δὲ μεγάλη κώμη] Locus corruptus: non enim hoc vult *Calacten* vicum esse magnum, ut verba sonant, sed exempla adducit alia. Itaque legendum: Ἔστι δὲ ὡς Μεγάλη Κώμη. Supra v. Διοσκούρων Κώμη, adducitur Μεγαλοκωμήτης ἐκ δύο ἓν παράγωστον.

— Καὶ ἀκτίτης] An non legendum, καὶ Καλακτίτης? Diodoro Siculo lib. XII. appellantur Καλακτῖνοι. et sic pariter Ciceroni et Prisciano. In nummo etiam antiquo apud Philippum Parutam in Numismatibus Siciliae pag. 102. legitur: ΚΑΛΑΚΤΙΝΩΝ. In alio tamen ΚΑΛΑΑΚΤΙΩΝ. Corruptum est hoc gentile apud Suidam v. Καικίλιος. ubi Καλλαγτιανὸς, Καλλάντις δὲ πόλις Σικελίας, scribitur: pro Καλακτῖνος et Καλάκτη. Ita enim appellata contracte etiam haec urbs, ut et Καλάκτα, a Graecis; et Latinis *Calacte*. Similem errorem tollemus in Athenaeo infra ad v. Παλικὴ.

— Ἡ Καλοακτίτης διὰ τοῦ ι] Lege; διὰ τοῦ ο.

— Ἐπεὶ, καὶ παρὰ τὸ Ἀκτὴ, Ἀκτικὸς, καὶ Ἀττικός] Cl. Salmasius legit; καὶ ὁ Ἀττικός.

Κάλαρος, οὕτως ἐκαλεῖτο ἡ Ἀλωπεκία νῆσος] Lego una voce, Ἀλωπεκόνησος, ut statim repetitur. Haec enim de *Alopeconeso* Propontidis insula, non de *Alopecia*, Maeotidis paludis, accipienda clare evincunt ea, quae supra v. hac scribuntur.

Καλησία, πόλις Αὐσονική] Apud Ptolemaeum inter mediterranea Campaniae oppida recensetur Καλῆς, quod Latinis scriptoribus *Cales*, plurali numero, cuius oppidani Straboni lib. v. Καληνοί. Id forte idem est cum *Calesia*. Nisi quis Καλατίων potius credat, proximum *Calibus* oppidum, cuius incolae *Calatini*. Idque rectius mihi cum *Calesia* convenire videtur. Hic accurate tractandum de *Calibus*, *Caleno*, et duabus *Calatiis*, hoc est, *Calvi*, *Carinola*, *Caiazzo*.

Καλάτιβος, πόλις Λιβύης· Ἡρόδοτος ἑβδόμῃ] Apud Herodotum lib. VII. cap. 31. scribitur Καλλάτηβος. Unde hoc quoque loco Καλλάτιβος aut Καλάτηβος scribendum censeo, ordine literarum id postulante. Deinde pro Λιβύης MSS. habent Λυδίης. Et sic Herodotus d. l. Quare et sic reponendum.

Κάλατις, πολίχνιον ἐν τῇ παραλίᾳ τοῦ Πόντου] Videtur scribendum Κάλλατις, ordine exigente literarum. Et sic scribunt Etymologus et Suidas: alii rursus per Λ simplex. Fuit autem colonia Heracleensium Ponticorum. Memnon apud Photium Narrat. XXII. Οὐ πολλῷ δὲ ὕστερον χρόνῳ πόλεμος ἀνεῤῥάγη Βυ-

ζαντίοις πρὸς Καλατιανοὺς (ἄποικοι δὲ οὗτοι Ἡρακλεωτῶν ἦσαν) καὶ πρὸς Ἰστριανοὺς περὶ Τόμεως τοῦ ἐμπορίου, ἃ τοῖς Καλα- 156
τιανοῖς ὅμορον ἦν· μονοπώλιον τοῦτο διανοουμένων κατασκευάσαι a
τῶν Καλατιανῶν. *Interlapso hinc tempore aliquo Byzantinis bellum adversus Calatinos (Heracleotarum Colonia haec est) et Istrianos erupit: propter Tomin, emporium Calatianis vicinum, quod monopolium ex eo facere, animo conceperant Calatiani.* Videtur autem haec urbs nomen accepisse a *Callete* Heracleensium fluvio, cuius idem Memnon meminit capite sequenti: *Γάλαται ὡς ἐχθρὰν τὴν Ἡράκλειαν κατέδραμον, ἕως Κάλλητος ποταμοῦ. Galatae Heracleam, ut inimicam, invaserant, ad Calletem usque fluvium.* Etymologus a vicina palude sic dictam scribit ex Oro: *Κάλλατις, πόλις ἐστὶ κτισθεῖσα ὑπὸ Ἡρακλεωτῶν. ὠνόμασται δὲ ἀπὸ τῆς παρακειμένης λίμνης. Ὥρος.*

— *Κάλαθος εὑρέθη ἐοικυῖα τοῖς Θεσμοφοριακοῖς*] Cl. Salmasius legit: *ἐν ᾗ κάλαθος εὑρέθη ἢ τ. Θ.* Sed *Calathus* ille mysticus non in *Thesmophoriis*, sed Eleusiniis sacris vehebatur, ut ut docet Ioannes Meursius lib. de Eleusiniis cap. xxv. Verum, ut idem notat, saepe haec veteres Grammatici confundunt.

— *Ὁ πολίτης, Καλατιανός*] In nummo apud Franc. Gotifredum circum duas figuras equestres, Castorem puto et Pollucem, legitur: *ΚΑΛΛΑΤΙΑΝΩΝ.* In aversa Cereris figura conspicitur. Apud alios tamen per *Λ* simplex. Vide supra v. *Ἀμαστρίς.*

— *Ἔοικε δ' εἶναι ἀπὸ τοῦ Καλατία*] Extat hoc in nummo apud Hubertum Goltzium.

*Καλλίαι, πόλις μία τῆς ἐν Αἰτωλίᾳ Τριπόλεως*] Supra v. *Βωμοὶ* ex Thucydide haec urbs pariter *Aetoliae* adscribitur.

— *Ὁ πολίτης, Καλλιεύς, ὡς σπανίας*] Olim putabam gentilitium aliquod simile latere in corrupto *σπανίας*, divinabamque *Πανιεὺς* aut *Φανιεύς.* Verum postea vidi aliud quid latere, legendumque procul dubio: *ὡς Παυσανίας.* Apud illum enim lib. x. pag. 650. et seq. ter quaterve hoc gentile legitur. et ipsum oppidum *Κάλλιον* neutro genere dicitur, idemque facit noster infra v. *Σόλλιον.*

— *Ἔστι καὶ χωρίον πλησίον Ταλάντου*] MS. melior pro *Ταλάντου*, legit *Τάραντος.* Isaacus Casaubonus, *Ταράντου.* et de *Callifis* intelligit. Ego vix dubito, quin a Stephano scriptum fuerit, *Σαλάντου.* Oppidum enim *Σαλλεντία*, quod noster infra commemorat, unde *Sallentini*, quodque Plinio *Spletum* (nescio an satis recte) *Σάλαντον* quoque antiquioribus Graecis dictum omnino cum Cluverio sentio. Nam in nummis eorum legitur *Σαλαντίνων*, non *Σαλλεντίνων* aut *Σαλεντίνων*, ut Graeci Latinique

auctores vocant: tum hoc quoque tempore *Salanto* nominatur. Decem circiter ab hoc oppido passuum millibus *Callipolis* iacet
156 maritima urbs. Hanc ego *Callias* illas posteriores Stephani esse
b non dubito. Isaaci Casauboni emendatio nequaquam ferri potest: *Tarentum* enim Graecis *Τάρας*, non *Τάραντον*. *Callifae* autem plus centum passuum millibus inde iacent in mediis Hirpinis.

*Καλλίαρος, πόλις Λοκρῶν, ἀπὸ Καλλιάρου τοῦ Ὀδοιδόκου καὶ Λαονόμης*] Transscripsit haec Eustathius ad Iliad. B. pag. 277.

— *Στράβων δ' ἐν ἐννάτῃ παρὰ τὸ εὐήροτον αὐτὴν εἶναί φησι. Καλλίαρα οὐδετέρως*] Nescio unde haec hauserit. Certe non ex Strabone. Saltem nihil quidquam tale hodie apud illum extat.

*Καλλίπολις, πολίχνιον Λαμψάκου * ἐν τῇ Περαίᾳ τῆς Χερρονήσου*] Tollendus est asteriscus: nihil enim deest.

— *Δευτέρα κατὰ τὸν Ἀνάπλουν*, etc.] Praeter illas, quas hic enumerat, occurrit adhuc alia *Callipolis* infra v. *Κόραξ*.

*Κάλπαι, πόλις Βιθυνῶν*] In nummo M. IULII PHILIPP. CAESARIS circum triremem legitur: C. I. CALPA. et subtus D. D. Unde apparet coloniam eo deductam a Philippo Imperatore, et *Coloniam Iuliam Calpen* fuisse.

— *Καὶ Καλπῖνος, ὡς Πεύκη, Πευκῖνος*] Puto rectius legi *Καλπηνός*. ita enim etiam legitur infra, *Πευκηνός*. Altera autem forma Italica est.

— *Καὶ τὴν πόλιν, Κάλπειαν· τινὲς τούτους Καρπιτανοὺς, ὡς Καλεπιανούς φασι*] Locus mutilus et qui sic explendus videtur: *Ἔστι δὲ καὶ ὄρος τῆς Ἰβηρίας, πρὸς αὐτὸ πόλις Κάλπη*. ex Strabone lib. III. p. 140. Cuius locum ab Isaaci Casauboni emendatione recte vindicat Henricus Valesius in Notis ad Excerpta Nicolai Damasceni. Ubi reliqua auctoris nostri sic ordinat: *Τὸ ἐθνικὸν, Καλπιανὸς, λέγουσι γὰρ καὶ τὴν πόλιν Κάλπειαν, τινὲς τούτους Καρπητανοὺς οὐ Καλπιανούς φασι*. multo profecto felicius, quam Salmasius, qui sic sanabat: *τινὲς τούτους Καρπητανοὺς, ὡς Καλπειανούς φασι καὶ τὴν πόλιν Κάρπειαν*. Caeterum Nicolaus Damascenus pag. 482. *Καλπίαν* vocat, non *Κάλπειαν*, quod propius cum gentili convenit. Stephani autem scriptura usitatam Graecorum formationem sequitur. Utroque enim modo haec nomina scribebantur, ut alibi pluribus exemplis ostendi.

*Καλύβη, πόλις Θρᾴκης, ἄποικος Μακεδόνων*] Strabo lib. VII. pag. 320. *Ὑπέρκειται δὲ τοῦ Βυζαντίου τὸ τῶν Ἀστῶν ἔθνος, ἐν ᾧ πόλις Καλύβη Φιλίππου τοῦ Ἀμύντου τοὺς πονηροτάτους ἐνταῦθα ἱδρύσαντος. Supra Byzantium est Astorum gens, in qua est urbs Calybe, in qua Philippus Amyntae filius pessimos homines collocavit.*

*Κάλυδνα, νῆσος καὶ πόλις Θήβης, ἀπὸ Καλύδνου παιδὸς Οὐρανοῦ*] Strabo lib. XIII. pag. 604. *Calydnas* dicit insulas duas parvas inter *Lectum* et *Tenedum* iacentes. Unde Tzetzes ad Lycophronem pag. 8. *Καλύδναι, νῆσοι Τροίας, ἀπό τινος Καλυδνοῦ*. Nautica Batavorum Mediterranea insulas *Mavaneas* vocat. Unde apparet non versus *Lectum*, promontorium, sed versus Sigaeum et Hellesponti fauces esse sitas. 157 a

— *Ὁ πολίτης Καλυδναῖος*] Hinc *Ἄνδρων Καλυδναῖος*, sculptor, in statuis apud Pyrrhum Ligorium.

*Καλυδῶν, Αἰτωλίας πόλις, ἀπὸ Καλυδῶνος, τοῦ Ἐνδυμίωνος, ἢ τοῦ Αἰτωλοῦ*] Xenophon lib. III. Hist. Graec. pag. 530. *Μετὰ δὲ τοῦτο οἱ Ἀχαιοὶ ἔχοντες Καλυδῶνα, ἣ τὸ παλαιὸν Αἰτωλίας ἦν, καὶ πολίτας πεποιημένοι τοὺς Καλυδωνίους; φρουρεῖν ἠναγκάζοντο ἐν αὐτῇ. Secundum haec Achaei, qui Calydoniis in civitatem suam adscitis Calydonem obtinebant, quondam Aetoliae oppidum, imposito illud praesidio tueri cogebantur. Aiton* hodie dici tradit Cyriacus Anconitanus, idemque confirmat Franc. Sangallus, qui opere Antiquitatum nondum publicato, in edito monte sitam ait, tria passuum millia a sinu Corinthiaco remotum. Reliqua huius loci vide etiam apud Eustathium ad Homeri Iliad. *B.* pag. 311.

*Κάλυμνα, νῆσος, ἣν ὁ Σκήψιος πληθυντικῶς Καλύμνας φησί*] Vicina haec insula fuit *Calydnae*, quam paulo ante descripsit. Unde promiscue *Calymnae* et *Calydnae* sunt appellatae. Quod procul dubio antequam Hermolaus locum hunc contraxisset, hic fuerat dictum: uti colligere est ex Eustathio et ad Homerum Iliad. *B.* pag. 319. et Dionysium pag. 77. Omnia enim ex Strabone hausta lib. X. pag. 489. quem adi, si lubet.

— *Τὸ ἐθνικόν, Καλυμνιάτης*] MSS. *τὸ ἐθνικὸν, Καλύμνιος· ὡς Στράβων ι. Καλύμνιον μέλι ἐκεῖ εἶναί φησι.* Et sic olim legit Eustathius.

*Κάλυνδα, πόλις Καρίας, ὡς Κάρυνδα*] Lege: *ὡς Καρύανδα*. Vide infra h. v. *Καλυνδικῶν ὀρῶν* meminit Herodotus lib. I. cap. 172.

*Κάλυτις, πόλις Συρίας.*

— *Ὁ οἰκήτωρ, Καλύτης*] Rectius, *Καλυτίτης*. ut *Κανυτίτης*. Puto autem *Calytin* et *Canytin* unam eandemque Syriae urbem esse.

*Κάμαρα, πόλις Κρήτης· καὶ ὁ πολίτης, **] MSS. nihil hic iuvant. Sed iudicatu facile, in lacuna nihil hic periisse praeter gentilitium, *Καμαραῖος*. quod Salmasio etiam monitum.

— *Ὅτι Λατὼ ἐλέγετο*] MS. *ἥτις Λ. ε.*

*Καμαρηνοὶ, νῆσοι Ἀραβίων*] *Καμαρίνη* Babyloniae ci-

vitas, aliis Οὐρίη, sive *Ur*, ut Alexandro Polyhistori apud Eusebium lib. IX Praeparat. Euang.

Καμαρίνα, πόλις Σικελίας καὶ λίμνη] De *Camarina* urbe et palude videndus Scholiastes Pindari ad Olymp. Od. v. p. 40.

157 b Καμβύσην, κατὰ Ξέρξην, ἢ ἀπὸ Καμβύσου καὶ Ξέρξου, Περσικαὶ χῶραι] Legendum: Καμβυσήνη καθὰ Ξερξήνη, etc. uti apparet infra v. Ξερξήνη.

— Ἐθνικὸν, τὸ αὐτό] Vide supra v. Ἀγβάτανα. et infra v. Κύρου πόλις.

Κάμικος, πόλις Σικελίας, ἐν ᾗ Κώκαλος ἦρχεν, ὁ Δαιδάλου] *Cocali* antiquissimi Siciliae tyranni regiam fuisse *Camicum* testatur et Pindari Scholiastes ad Pyth. Od. VI. p. 281. Sed falsum *Cocalum* fuisse *Daedali* filium, quod hic noster dicit. Unde Cluverius putabat hic excidisse vocabulum ξενοδόχος ante Δαιδάλου, ut auctorem a tam falsa sententia liberaret.

— Χάραξ δὲ Ἴνυκον ταύτην φησίν] Supra h. v.

Κάμιρος, πόλις ἐν Ῥόδῳ] Macrob. lib. I. Saturn. cap. 17. *Camirenses, qui sacram soli incolunt insulam.* Sic enim ibi legendum Ioannes Meursius recte docuit. Vide plura apud Eustathium ad Iliad. B. pag. 315.

— Ἀπὸ τοῦ παιδὸς Κερκάφου, τοῦ Πολειάδου, καὶ Κυδίππης] MSS. habent Πηλειαδοῦ. sed legendum, Ἡλιάδου. Diodorus Siculus lib. v. pag. 328. enumerat septem *Heliadas* sive Solis filios, Ὄχιμον, Κέρκαφον, Μάκαρα, Ἀκτῖνα, Τενάγην, Τριόπαν καὶ Κάνδαλον. Strabo lib. XIV. pag. 654. Μετὰ δὲ τοὺς Τελχῖνας οἱ Ἡλιάδαι μυθεύονται κατασχεῖν τὴν νῆσον, ὧν ἑνὸς Κερκάφου καὶ Κυδίππης γενέσθαι παῖδας, τοὺς τὰς πόλεις κτίσαντας ἐπωνύμους αὐτῶν.

Λίνδον, Ἰήλυσόν τε καὶ Ἀργινόεντα Κάμειρον.

*Post Telchinas Heliadae (ut fabulae tradunt) insulam occupaverunt: quorum unius Cercaphi et Cydippae filii urbes condiderint, ac de se denominaverint,*

*Lindon, Ialysumque argillosamque, Camirum.*

Scholiastes Graecus Epigramm. lib. I. cap. LX. pag. 123. Κερκαφίδαι dicuntur ἀπὸ Κερκάφου. υἱοὶ Ἡλίου καὶ Ῥόδου Κερκάφος, Ὄχιμος. Τενάγης, Τριόπους, Μακαρεὺς, Φαέθων ὁ νεώτατος. Κερκάφου δὲ τρεῖς Λίνκος, Ἴλυσσὸς (lege Ἰαλυσσὸς) Κάμειρος. Corruptum idem hoc vocabulum apud Cononem Narrat. XLVII. Τὴν δὲ Ῥόδον τὸ μὲν ἀρχαῖον λαὸς αὐτόχθων ἐνέμοντο, ὧν ἦρχε τὸ Ἰλιάδον γένος. ubi omnino corrigendum, Ἡλιάδων. *Rhodum autem antiquitus incolae ibidem nati tenuerant, quibus imperaverunt Heliadae.* Denique infra v. Λίνδος. Κέρκαφος, ὁ Ἡλίου καὶ Κυδίππης dicitur.

— *Ἀπὸ Κερκάφου δὲ αἱ Ῥόδιαι γυναῖκες Κερκαφίδες*] Et-
ım viri *Κερκαφίδαι*. Nam ita lib. I. Anthol. cap. LX. pag. 123.
ı Apollonidae Epigrammate, et Eustathius dicto loco.

— *Πείσανδρος ὁ διασημότατος ποιητής, Καμιρεὺς ἦν*] Apud
choliasten Pindari ad Pyth. Od. IX. pag. 307. *Πείσανδρος ὁ*
*Καμηρεὺς* scribitur perperam. Apud Suidam v. *Πείσανδρος*. *Κα-*
*ειραῖος* et *Κάμειρος* legitur, quomodo Scylax aliique scribunt. 158
libi tamen apud eundem Suidam *Κάμιρος*. a

*Καμμανία, μοῖρα Θεσπρωτίας· μετωνομάσθη δὲ Κεστρι-*
*ία*] Pausanias lib. II. pag. 127. *Κεστρίνην* appellat. ubi sic pa-
ter vocatam ait a *Cestrino Heleni* filio, ut noster paullo post.

— *Ἐξ ἧς Κάδμος, ὁ ποταμὸς Κεστρῖνος*] Forte scripsit:
; *ἧς Θύαμις*. Pausanias lib. I. pag. 19. *Ἑλένου δὲ, ὡς ἐτελεύτα*
*Μολοσσῷ τῷ Πύῤῥου παραδόντος τὴν ἀρχὴν, Κεστρῖνος μὲν σὺν*
*οἷς ἐθέλουσιν Ἠπειρωτῶν τὴν ὑπὲρ Θύαμιν ποταμὸν χώραν ἔσχε.*
*um autem Helenus moriens Molosso Pyrrhi filio regni reliquis-*
*t Cestrinus collecta Epirotarum manu, eam quae supra Thyamin*
*ıvium est regionem tenuit.*

*Κάμπος, κτίσμα Καμπάνου, ἀφ' οὗ ἐκτίσθησαν*] Eusta-
ıius ad Dionysium meminit pag. 50. Etymologus: *Καμπανοὶ, ὅτι*
*ἄμπον ἔκτισαν πρὸς τὴν Κύμην, τόπον οὕτω λεγόμενον. ὅθεν*
*αὶ Κάμπη ἐκλήθη. οὕτως Ὦρος.*

*Κάναθα, πόλις πρὸς τῇ Βόστρᾳ Ἀραβίας*] *Κανάθα* scri-
itur Ptolemaeo lib. V. Geograph. cap. 16. et Coelae Syriae an-
ımeratur. In Hieroclis Notitia Provinciarum sub Bostris, Ara-
ae metropoli, recensetur *Κανόθα*, quae per ω scribitur *Κανώθα*
ɔncilii Chalced. Act. I. redditurque in versione antiqua Latina
ınotha, eiusque Episcopus Theodosius ibi commemoratur. Qui
ırsus in Subscriptionibus Epistolae Synodicae Gennadii P. CP.
ɔm. I. Iuris Graeco-Romani pag. 189. *Κανοθᾶς* dicitur Epi-
opus. Rursus in alia Notitia MS. *Κανοθὰς* urbs; Episcopus,
*Κανοθάδος* appellatur.

*Κάναι, πολίχνιον Εὐβοϊκὸν, ἢ Λοκρὸν, κατὰ τὰ ἄκρα τῆς*
*ἑσβου*] MSS. *ἢ Λοκρῶν τῶν ἐκ Κύνου κατὰ τὰ*, etc. atque ita
l verbum Strabo lib. XIII. pag. 615. *Κάναι δὲ πολίχνιον Λο-*
*ῶν τῶν ἐκ Κύνου κατὰ τὰ ἄκρα τῆς Λέσβου τὰ νοτιώτατα, κεί-*
*νον ἐν τῇ Καναίᾳ. Canae autem oppidulum est Locrensium e*
*no profectorum eo, iuxta extremas Lesbi versus meridiem par-*
*ı, situm in regione Canaea.*

— *Ἔστι καὶ ὄρος Κάνη*] Montis huius meminit Herodotus
ı. VII. et Strabo d. I,

— *Καὶ Καναία*] Sic Strabo regionem circa oppidum illud
pellat.

— Στράβων γ'. Κιναῖος Ζεὺς, οὐ μόνον ἀπὸ τοῦ Κιναίου, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῆς Κάνης] Legendum: Κηναῖος et Κηναίου. a promontorio Euboeae. Sic Aeschylus apud Strabonem lib. x. pag. 447.

*Εὐβοῖδα καμπτὴν ἀμφὶ Κηναίου Διὸς*
*Ἀκτὴν, κατ' αὐτὸν τύμβον ἀθλίου Λίχα.*
*Euboïda flexam circa Cenaei Iovis*
*Actam, sepulchrum pone infelicis Lichae.*

Seneca in Hercule Oetaeo v. 783.

*Hic rupe celsa, nulla quam nubes ferit,*
*Annosa fulgent templa Cenaei Iovis.*

158 Correxit hoc mendum in Stephano Ianus Rutgersius V. CL. lib. II.
b Var. Lect. cap. 6.

Κάναστρον, ἄκρον Θρᾴκης καὶ Μακεδονίας] Scholiastes vetus Epigramm. lib. II. pag. 259. genere feminino: Κάναστρα, ἄκρον Θρᾳκίας καὶ Μακεδονίας. Et sic pariter Tzetzes ad Lycophronem pag. 92. Κάναστρα ἀκρωτήριον, μεθόριον Μακεδονίας καὶ Θρᾴκης, οὗ πλησίον ᾤκησαν οἱ Γίγαντες.

— Σοφοκλῆς δὲ ὑπομνηματίζων τὰ ἀργοναυτικὰ, Καναστραῖόν φησιν ἀκρωτήριον τῆς Παλλήνης] Scholiastae Apollonii Rhodii, quos inter etiam *Sophocles* ad lib. I. v. 599.

—— *Καναστραίην ὑπὲρ ἄκρην.*

non ita appellant, ut hic dicitur. Habent enim: Κάναστρα, ἀκρωτήριον τῆς Παλλήνης. non Καναστραῖον. Caeterum supra v. Ἄθως occurrit Καναστραίη ἀκτή. Apud Suidam v. Ἀλκυονίδες. ἀπὸ Καναστραίου, ὅ ἐστιν ἄκρον τῆς Παλλήνης. Item apud Scylacem.

Κάνδασα, ὡς Μάλασα] Lege: ὡς Μύλασα. Infra h. v.

Κάνδαρα, πόλις Παφλαγονίας, ὡς ἀπὸ σχοινίων τριῶν Γαγγρῶν] Cl. Salmasius legit: ὡς σχοινίων τριῶν ἀπὸ Γαγγρῶν.

— Οἱ οἰκήτορες, Κανδρηνοί· καὶ Ἥρας Κανδρηνῆς ἱερόν] Idem Salmasius legit: Κανδαρηνοὶ, et Κανδαρηνῆς.

Κάντανος, πόλις Κρήτης, ὡς Ξενίων, ἐν περιορίου κρητικοῦ τόπῳ] MSS. ἐν περιορίου Κρητικοῦ τύπου. Unde ego mutata duntaxat litterula: ἐν περιορίου Κρητικοῦ τύπῳ. ut sit nomen operis, quo *Cretam* insulam, et quidquid ad eius territorium pertinet, descripserit. Cl. Salmasius: ἐν τῷ περὶ ὁρίων Κρητικῶν κρητικῷ τύπῳ. sed sibi ipse non satisfacit.

Κανύσιον. μεγίστη πόλις τῶν Ἰταλιωτίδων.

— Τὸ ἐθνικὸν, Κανύσιος] Lege: Κανυσῖνος.

Κάνυτις, πόλις Συρίων μεγάλη] Eadem quae Κάδυτις paullo ante ex Herodoto commemorata.

Κάνωπος, ἔδει γράφεσθαι διὰ τοῦ β'. Στράβων ἑπκαιδεκάτῃ.

Κάνωβος δ' ἔστι πόλις εἴκοσι καὶ ἑκατὸν σταδίοις ἀπὸ Ἀλεξανδρείας καὶ πεζῇ ἰοῦσιν, etc.] Lege: ἑπτακαιδεκάτῃ. Κάνωβος δ' ἔστι πόλις ἐν εἴκοσι καὶ ἑκατὸν σταδίοις. Male enim unum idemque vocabulum divisum est in duo. Posterius enim vocabulum initium est loci Strabonis in priore allegati: qui totidem verbis apud Strabonem extat lib. XVII. pag. 801. De *Canobo* addit aliqua Conon apud Photium Narrat. VIII. quae operae pretium consulere.

— Καὶ ἱερὸν Ποσειδῶνος Κανώβου] Strabo non *Neptuni*, sed *Serapidis* templum *Canobi* fuisse d. l. auctor est. *Canobi* autem templum isthic fuisse dicit Dionysius v. 13.

*Καὶ τέμενος περίπυστον Ἀμυκλαίοιο Κανώβου.*
*Et fanum percelebre Amyclaei Canobi.*

Unde videri posset coniunctivam particulam hic inserendam: Ποσειδῶνος καὶ Κανώβου. Inducor tamen ex illis, quae apud Suidam exstant v. Κάνωπος, ut credam *Canobum* eundem cum *Neptuno* Deum ab auctore habitum. 159 a

Καπετώλιον, ἐν Ῥώμῃ λόφος] Omittitur hic Καπιτωλιάς, Cavae Syriae civitas, apud Ptolemaeum, quae in Hieroclis Notitia, Palaestinae Secundae tribuitur. Cives inde *Capitolienses l. ult. D. de Censibus.* ubi male *Capitulenses* editur. Recte autem ibidem Caesariensibus coniunguntur. Liberam vero et immunem fuisse testatur nummus Severi apud Franc. Gotifredum, ubi circum templum Iovis: *ΚΑΠΙΤΩ. ΙΕΡΑC. ΑΤ.* hoc est, *Capitoliadis sacrae* et *liberae*, sive αὐτονόμου, legitur. Errant qui et *Capitoliam* dictam putant ex veteri lapide apud Manutium et Gruterum. Nam ibi iunctis vocibus DOMO CAPITOLIADE legendum, et sic Antonini Itinerarium et Tabula Augustana vocant. Ad hunc locum recenseri etiam potest *Colonia Aelia Capitolina* sive Hierosolyma, ad quam pertinet nummus Hadriani, cuius ectypon ex Aeneae Vici schedis servat Ill. Eques Puteanus, in quo circum colonum cum bubus et labaro erecto: COL. AEL. KAPI. subtus COND. et alius Diadumeniani apud Erizum pag. 463. qui pariter, sed magis integer, apud eundem Puteanum extat, in quo circum templum Solis aut Imperatoris capite radiato, cui Victoria coronam imponere videtur, scriptum est: COL. AEL. CAP. COMM. quod ultimum *Commodianae* interpretor, eo, quod hoc cognomen ab Imperatore *Commodo* postea tulerit. Idque nummus Commodi indicat, qui penes Erizum fuit, in quo itidem circum caput muliebre turritum COL. AEL. CAP. legebatur. Sic in nummo Antonini Pii apud M. Ducem circum caput Iovis Serapidis: co.

AE. CAP. et in alio simili apud Franc. Gotifredum: COT. AE. CAPIT.

— *Ταρφαῖος πάλαι λεγόμενος*] Scribe: *Ταρπαῖος*. ut infra v. *Τάρπη* etiam vocatur.

— *Εἰρηναῖος προπαροξύνει, διὰ τοῦ ι γράφων*] *Εἰρηναῖος* Grammaticus Alexandrinus multaque eius opera de re Grammatica a Suida commemorantur, ut mirer Salmasio hoc nomen suspectum fuisse. Mentio eius et in Historia Eccles. ubi ex eius Lexico explicatur, quid significet vox *ὑπόστασις*. Legebat autem Salmasius, *Ἐρρένιος*.

— *Ἡρωδιανὸς δὲ Καπετωλίειαν, ἐν ἓξ συλλαβαῖς*] Lege: *Καπετωλίειον*.

— *Ὅσα γὰρ ἔχει προϋπάρχον * εἰς ος λήγει καθαρόν*] Exple: *Τὸ ι, καὶ εἰς ος λήγει καθαρόν*.

*Καπίννα, Τυρρηνικὴ πόλις λέγεται καὶ πληθυντικῶς*.

— *Ὡς Αἰγινιάτης, καὶ Αἰγινήτης*] Lege, *Αἰγινάτης*. Di-
159 cebatur enim utroque modo. Vide supra h. v. et vv. *Βεμβῖνα* et
b *Βίλβινα*.

*Καππαδοκία, χώρα τῇ Κιλικίᾳ πρόσβορρος*] Claudius Salmasius legit: *Κ. χ. τῇ Κιλικίᾳ πρόσχωρος*.

— *Τὸ ἐθνικὸν, Καππάδοξ*] Etymologus: *Καππάδοξ, σεσημείωται ἐκ τῶν εἰς ωξ ἀρσενικῶν διὰ τοῦ ο μικροῦ γραφόμενον· καὶ κλίνεται Καππάδοκος· καὶ μετάγεται ἡ γενικὴ εἰς εὐθεῖαν καὶ κλίνεται Καππαδόκου· τὸ δὲ Καππαδόκης, κατὰ μεταπλασμόν. ἐξ οὗ καὶ ὁ Θεολόγος, οἱ σεμνοὶ Καππαδόκαι, λέγει*. Intelligit Nazianzenum.

— *Καὶ Καππαδόκης. Ἡρόδοτος δέ φησιν*] Aut legendum: *Καὶ Καππαδόκης Ἡρόδοτός φησιν*. aut si vulgata retinenda, dicendum Herodoti verba, quae Stephanus innuit, hic excidisse. Sunt autem e lib. I. cap. 72. sequentia. *Οἱ δὲ Καππαδόκαι ὑπὸ Ἑλλήνων Σύριοι ὀνομάζονται. Cappadoces vero a Graecis Syri nominantur.*

— *Καὶ πανδόκισσα*] *Ἀπὸ τοῦ πάνδοξ*, quod Hesychius explicat, *ὁ ἐν πανδοκείῳ οἰκῶν*.

— *Διείρηται δ' οὐχ ὡς νῦν εἰς πρώτην καὶ δευτέραν, ἀλλ' εἰς μείζονα καὶ ἐλάττονα, καὶ μικρὰν καὶ μεγάλην*] Rectius: *ἢ μικρὰν καὶ μεγάλην*.

*Καπρίννη, νῆσος Ἰταλίας*] Scribe: *Καπρίη, νῆσος Ἰ*. Ultima enim syllaba in *Καπρίννη* male est repetita ex sequentis vocis initio.

— *Ἐντεῦθεν ἦν Βλαῖσος σπουδογελοίων ποιητὴς, Καπρεάτης*] Huius *Blaesi Mesotriba* citatur Athenaeo lib. III. pag. 111. et alibi *Saturnus*.

*Κάπυα, πόλις Ἰταλίας· Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. ἀπὸ Κάπυος*

ῶν Τρωϊκοῦ sequi videntur nummi Medicei duo: in quibus circum aquilam distentis alis: ΚΑΠΤΑC. In aversa caput virile coronatum, quod existimo esse *Capyis*, dependentibus retro taeniis. Nisi quis malit Hannibalis. Nihil enim Romanum praefert. Vide Strabonem lib. XIII. pag. 608.

— Τὸ ἐθνικόν, Καπυανός] Apud Goltzium duo visuntur nummi, in quibus legitur: ΚΑΠΤΑΝΩΝ.

Κάραλλις, ἡ Καράλλεια Ἰσαυρικὴ πόλις] Lege cum Salmasio: Κάραλλις ἡ Καράλλεια, I. π. In Concilio in Trullo act. XIII. Καραλία Παμφυλίας dicitur.

— Ἔστι καὶ Καραλία δι' ἑνὸς λ, Λιβυκὴ πόλις] Suspicor auctorem *Caralin* Sardiniae metropolin hic designare, quam Carthaginiensium fuisse coloniam auctor in Phocicis Pausanias. Eius autem cives *Caralitani* et *Caralitae*. In veteri nummo apud Goltz.: ΚΑΡΑΛΙΤΩΝ. Unde puto et hic pro Καραλία rescribendum Κάραλις. Confirmat hanc coniecturam id, quod habet noster 160
infra v. Σόλκοι. Nec refert, quod *Libycam* dicat civitatem, quae a
Carthaginiensium imperio subiecta esset extra *Libyam*; sic enim solet noster impingere; ut iam ante monuimus vv. Ἀσταπαῖοι et Ἱπανα.

Κάραννα, πόλις Γαλατίας ὑπὸ Ῥωμαίων συνοικισθεῖσα] Ex gentili, tum Strabone lib. XII. pag. 560. apparet scribendum: Κάραυα. Strabonis autem locus vicissim hinc emendandus, in quo perperam editur: ταύτην μὲν τὴν μερίδα οὐ πολλὴν οὖσαν, πὸ Ῥωμαίους εἶναι συμβαίνει καλουμένην ἐπαρχίαν, καὶ ἔστι σύτημα καθ' αὑτὸν τὸ πολίχνιον, συνοικισάντων τὰ Κάραυα. pro, πὸ Ῥωμαίων. alias enim participium συνοικισάντων, quod seuitur, quo referatur non habet. Pyrrhus Ligorius coloniam fait Romanam ex nummo Hadriani Imperatoris, in quo aquila leionaria cum quatuor signis militaribus et hac inscriptione: COONIA. AELIA. CARANA. AUGUSTA. MARTIALIS. Sed ego istum de Hispanica aliqua colonia vel Africana potius acceperim.

An ad hanc pertinet nummus Sabinae Augustae a Franc. Gotifredo possessus, in quo circum figuram muliebrem stolatam: ΚΟΡΩΝΙΣ ΕΠΙ ΣΤΡ. ΠΩΛΛΙΩΝΟΣ. et ad dextrum mulieris latus

Π
Ε
Ρ

Inter Aesculapii matres nominatur Κορωνὶς, Phlegyae filia, quae in oraculo Apollophani Arcadi dato apud Pausaniam lib. II. pag. 133. Ἱμερόεσσα Κορωνὶς dicitur. Templum autem Aesculapii *Coronae* fuisse idem refert alibi.

— Ἔστι καὶ Κορώνη μοῖρα τῆς Σαλαμῖνος τῆς ἐν Κύπρῳ] Huius iam mentio facta ante, et quidem, si coniectura nostra vera est, non semel. Porphyrius autem non Κορώνην, sed Κορωνίδα appellatam ait *Salaminem*, ante Troïca tempora, lib. II. de Abstin. §. 54. Ἐν δὲ τῇ νῦν Σαλαμῖνι, πρότερον δὲ Κορωνίδι ὀνομαζομένῃ, μηνὶ κατὰ Κυπρίους Ἀφροδισίῳ, ἐθύετο ἄνθρωπος τῇ Ἀγραύλῳ τῇ Κέκροπος καὶ νύμφης Ἀγραυλίδος. *In insula vero nunc Salamine dicta, olim Coronide, mense secundum Cyprios Aphrodisio, homo Agraulo Cecropis et nymphae Agraulidis filiae mactabatur.* Locus ante male versus erat. Eum autem allegant Patres Graeci, Eusebius lib. IV. de Praeparat. Euang. cap. 16. Sed ibi Κορωνείᾳ scribitur pro Κορωνίδι. Cyrillus lib. IV. contra Iulianum, Theodoretus lib. VII. Therapeut.

— Ἔστι καὶ πόλις Βιθυνίας] Apud Scylacem ponitur in *Paphlagonia* Κορωνὶς πόλις, sed longius a *Bithynia*, unde corruptum existimo legendumque pro eo, Κιμωλίς.

Κόσσα, πόλις Οἰνώτρων, ἐν τῷ μεσογείῳ] Haec est *Compsa*, Samnii sive Hirpinorum civitas. Neque enim ullo modo re-

ferri potest ad *Cosam* sive *Cossam*, coloniam maritimam Hetruriae. Scilicet Graeci asperam appellationem mollierunt. Immo Cluverius etiam apud Latinos scriptores *Compsae* nomen minus notum aliquoties in *Cosam* mutatam ostendit.

*Κοσσέα, μέρος Περσίδος*] Plutarcho in Alexandro pag. 704. *Κουσσαῖον ἔθνος*. Quam gentem ad internecionem delevit Alexander in Hephaestionis parentationem.

*Κόσυρος, νῆσος κατὰ Σελινοῦντα, καὶ Σικελίας ποταμὸς, καὶ πόλις ὁμώνυμος. καὶ Λιβύης νῆσος Κόσυρα*] Philippus Cluverius lib. I. Sicil. Antiq. cap. 18. mirum in modum torquet se in loco hoc explicando, tandemque nimis violentam adhibet medicinam, verba sic transferendo: *Κόσυρος, Σικελίας ποταμὸς, καὶ Λιβύης νῆσος Κόσυρα κατὰ Σελινοῦντα καὶ πόλις ὁμώνυμος*. Sed aut ego vehementer fallor, aut tali medicina opus non est.
171 *Cosyrus*, inquit, *insula est*, intellige Africae, cui illam tribuit
a Scylax in descriptione Carthaginis, *obiacens Selinunti, Siciliae fluvio*. Nam pro *καὶ Σικελίας ποταμὸς* legendum omnino *τῆς Σικελίας ποταμόν*. verba enim sunt Strabonis desumpta ex lib. XVII. pag. 834. *Ἀπὸ δὲ τῆς Ταφίτιδος ἐν τετρακοσίοις σταδίοις νῆσός ἐστι Κόσσουρα κατὰ Σελινοῦντα τῆς Σικελίας ποταμὸν καὶ πόλιν ἔχουσαν ὁμώνυμον, ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα σταδίων οὖσα τὴν περίμετρον, διέχουσα τῆς Σικελίας περὶ ἑξακοσίους σταδίους. Stadiis quadringentis a Taphitide est Cossura insula contra Selinuntem Siciliae fluvium posita, ambitum habens centum quinquaginta stadiorum et urbem eodem nomine: distat a Sicilia ad sexcenta circiter stadia.* Dicta autem insula haec *Cosyrus* et *Cosyra*. Unde ex duplici hac terminatione duplex etiam iuxta analogiam exsurgit gentilitium; e *Κόσυρος Κοσύριος*, ut e *Σύρος Σύριος* aliisque similibus: e *Κόσυρα Κοσυραῖος*, ut e *Κόρκυρα Κορκυραῖος, Κόρτυτα Κορτυταῖος*. Nec illud *Κόσσουρα*, quod apud Strabonem legitur, vitiosum est; nam et sic appellatam patet ex quinque nummis apud Philippum Parutam in Numism. Sicil. pag. 166. in quibus omnibus COSSURA legitur. Errat autem Stephanus, quando *Κόσυραν* Africae insulam facit diversam a *Κοσύρῳ κατὰ Σελινοῦντα*. una enim eademque insula, cui hodie nomen est *Pantalaria*. Corruptum autem insulae huius nomen vetus apud Epiphanium in Ancorato cap. CXV. ubi pro monstrosa voce *Κουρκουδαλοπάδουσα*, legendum, *Κόσσουρα, Λοπαδοῦσα*.

— *Τῆς δὲ δευτέρας, Κοσύραιος*] Scribe, ut iam ante exemplis ostendimus, *Κοσυραῖος*.

*Κοσύτη, πόλις Ὀμβρική. Κτησίας τρίτῃ περιηγήσεως*] Puto cum Cluverio a *Ctesia* scriptum fuisse, *Κοτύλη*. Ita enim haec urbs a reliquis omnibus appellatur.

— *Ὡς Μοτυαῖος, τῆς Μοτύης, Σικελίας πόλις*] Lego cum luverio, *ἡ Σικελίας πόλις*.

*Κοτυάειον, πόλις τῆς ἐπικτήτου Φρυγίας· Στράβων ιβ'*] rdo literarum, tum formatio gentilium postulat *Κοτιάειον*. sic supra vv. *Γορδίειον* et *Δάρειον*, infra v. *Μενέλαος* scribi-r. Apud Strabonem tamen, cuius auctoritatem adducit, etiam hostris exemplaribus lib. XII. pag. 572. legitur *Κοτυάειον*. MSS. iam hic *Κοτυάειον*. et sic pariter scribitur apud Constantinum orphyrogennetam, ubi MS. Reg. *Κοτύαιον*. Chronicon Alexan-inum pag. 642. *Κοτύσειον* pro *Κοτυάειον*. Manifeste corrupta ctio apud Eustathium ad Dionys. pag. 108. *Καττυεύειον* ex Stra-one adducentem. Et hinc gentile quoque sic scribitur. *Ἀλέξαν-ος ὁ Κοτυαεὺς* aliquoties laudatur a Porphyrio in Quaestioni-is Homericis. Apud Aristidem Oratio Funebris in Alexandrum scribitur: *Ἀριστείδης τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ τῶν Κοτυαέων*. 171
amo infra v. *Φιλομήλιον*, in ipso gentili haec scriptura occurrit. b

— *Τὸ ἐθνικὸν, Κοτιαεύς*] Hanc scripturam constanter primunt nummi. Apud R. P. Sirmondum extat nummus cum scriptione: *ΚΟΤΙΑΕΩΝ*. Alius Agrippinae Augustae possidet a Franc. Gotifredo, in quo circum figuram sedentem cum atina: *ΚΟΤΙΑΕΩΝ ΕΠΙ ΟΥΑΡΟΥΤΙΟΥ*. Cuius similem vi-i in Gazophylacio Mediceo, in quo evidentissime legitur: *ΕΠΙ ΥΑΡΟΥΤΙΟΥ*. Item alium Alexandri Severi in eodem Gazo-hylacio, in quo circum Cybelen currui leonum insidentem: *ΠΙ ΜΑΥ. ΚΟΙΝΤΟΥ ΚΥΙΝΤΙΛ.* et subtus: *ΚΟΤΙΑΕΩΝ*. em alium pulcherrimum Macrini ibidem, in quo circum ortunam vel Abundantiam: *ΕΠΙ ΔΗΜΗΤΡΙΑΝΟΥ ΚΕΛΕ-ΟΣ ΑΡΧ. ΚΟΤΙΑΕΩΝ*. et alium Gallieni, in quo circum Ab-ndantiam: *ΕΠΙ ΠΑΙΔΗΜΗΤΡΙΑΝΟΥ ΙΠΠΙΑΡΧ. ΚΟΤΙ-ΕΩΝ*. Denique apud Tristanum Tom. II. pag. 207. exstat num-us, in quo circum Bacchum Satyro innitentem: *ΚΟΤΙΑΕΩΝ*. bi vide virum doctum prolixe de hac urbe disserentem.

*Κοτύλαιον, ὄρος Εὐβοίας, ἀνακείμενον Ἀρτέμιδι, ὥς ησιν Ἀντίμαχος ἐν Ἀρτέμιδος β'*] Salmasius legit: *ἐν Θηβαΐδος '*. Et sic citantur Antimachi libri infra v. *Κύνθρς*.

*Κόρτυτα, χωρίον Λακωνικόν· Θουκυδίδης*] Thucydides b. IV. pag. 288.

*Κουρῆς, ὁ Ἀκαρνανίας. Κουρῆτές τ' ἐμάχοντο, καὶ Αἰ-ολοί. Ὅμηρος*] Supra v. *Ἀκαρνανία*. *Acarnania* dicitur re-o divisa a *Curetibus* iuxta Acheloum amnem. Eustathius ad Ho-eri versum, qui hic adducitur ex Iliad. *I.* digitum intendit in ca, in quibus *Curetes* habitarunt, quando pag. 771. dicit: *στέον δὲ ὅτι Κουρῆτες οἱ τὴν Πλευρῶνα οἰκοῦντες, δῆλον δ'*

ὅτι πόλις Αἰτωλικὴ καὶ ἡ Πλευρῶν, Εὐβοέων ἦσαν ἄποικοι, προφερόμενοι τῷ τόνῳ καὶ τῇ κλίσει, ὡς τὸ ἀβλὴς ἀβλῆτος, οὕτω γὰρ καὶ Κουρὴς Κούρητος.

Κούριοι, ἔθνος Σαβίνων, πολεμῆσαν Ῥωμαίοις. Χάραξ ιβ'] Infra Κύρις dicitur *Sabinorum* metropolis.

— Οἱ φυλέται, Κουρῖται] Philippus Cluverius corrigit οἱ πολῖται Κ. Sed non cogitavit φύλην et φύλον significare δῆμον et ἔθνος, ut noster docet infra, indeque formari φυλέτης. Nihil ergo mutandum.

— Καὶ οἱ Ῥωμαῖοι Κούριτες πρὸς ἐκείνου ἐκλήθησαν] Cluverius pro ἐκείνου vult ἐκείνων. Sed aeque commode ad ἔθνος referri quam ad φυλέται potest. *Quirites* autem Romanos dici notum est.

Κοχλίουσα, νῆσος πρὸς τῇ Λυκίᾳ] Aliis haec insula dicitur
172 Κοχλιοῦς. Sed utroque modo appellata est, ut Ταφιοῦς, Ταφίουσσα.
a Κρᾶγος, ὄρος Λυκίας] Tzetzes ad Lycophronem pag. 94. *Cragum* dicit Iovem in *Lycia* cultum: Κράγον τὸν Δία ἐτίμων ἐν Λυκίᾳ.

Κράμβουσα, νῆσος περὶ Σελεύκειαν τῆς Ἰσαυρίας.

— Τὸ ἐθνικὸν, Κραμβούσης ἢ *] MSS. Κραμβούσιος, ἢ Κραμβουσαῖος.

Κραναὴ, νῆσος Λακωνική. Ὅμηρος· Νήσῳ δ' ἐν Κραναῇ ἐμίγην] Locus Homeri extat Iliad. Γ. v. 445. ad quem Eustathius pag. 433. dicit alios *Cranaen* de *Cytheris*, alios de *Helena* exponere.

— Ἥτις πρόκειται τοῦ Γυθείου] Sic Pausanias lib. III. pag. 204. Ἡ δὲ νῆσος Κραναὴ πρόκειται Γυθείου· καὶ Ὅμηρος Ἀλέξανδρον ἁρπάσαντα Ἑλένην, ἐνταῦθα ἔφη συγγενέσθαι οἱ πρῶτον. *Gytheo obiacet insula Cranaë: in qua Alexandrum rapta Helena cum ea primum congressum Homerus auctor est.*

— Οὕτως ἐκαλεῖτο καὶ ἡ Ἀττικὴ, ἀπὸ Κραναοῦ] Eustathius ad Dionysii Perieg. pag. 60. Ἀττικὴ δὲ ἡ κατὰ Ἀθήνας χώρα λέγεται καὶ Ἀτθίς. τοῦτο μὲν ἀπὸ Ἀτθίδος τῆς θυγατρὸς Κραναοῦ, ἀφ' οὗ καὶ Κραναὴ λέγεται. Et quem Eustathius sequutus est Strabo lib. IX. pag. 397. Ἀττικὴν μὲν γὰρ ἀπὸ Ἀκταίωνός φασιν· Ἀτθίδα δὲ καὶ Ἀττικὴν ἀπὸ Ἀτθίδος τῆς Κραναοῦ, ἀφ' οὗ καὶ Κραναοὶ οἱ ἔνοικοι. *Regionem quippe Atticam dicunt ab Actaeone: Atthidem et Atticam ab Atthide Cranai F. a quo incolae Cranai.* Hinc apud Aristophanem Acharnens. Act. I. Sc. 2. ὦ Κραναὰ πόλις, dicitur de *Athenis*.

— Ἑλένη καλεῖται νῦν] Strabo lib. IX. pag. 399. Πρόκειται δὲ τῆς παραλίας ταύτης πρὸ μὲν τοῦ Θουρίου καὶ τοῦ Σουνίου νῆσος Ἑλένη, τραχεῖα καὶ ἔρημος παραμήκης, ὅσον ἑξήκοντα στα-

*δίους τὸ μῆκος· ἧς φασι μεμνῆσθαι τὸν ποιητὴν, ἐν οἷς Ἀλέξανδρος λέγει πρὸς τὴν Ἑλένην. Ante oram hanc et Thurium ac Sunium iacet insula Helena, aspera et deserta, in longum porrecta spatio circiter LX. stadiorum. Eius aiunt meminisse Homerum in his Alexandri ad Helenam verbis.* deinde subiicitur locus Homeri de *Cranaë* ab Stephano paullo ante adductus.

— *Ἐμοὶ δοκεῖ Ἀλέξανδρος δηλοῦν οὐ τῶν διὰ τῶν νήσων πλοῦν πεποιημένον τῶν εἰσαγόντων, ἀλλὰ τῶν ἔξω*] Videtur legendum: *δηλοῦν οὐ τὸν*, etc. deinde pro *τῶν εἰσαγόντων, τῶν εἴσω Αἰγαίου*, aut potius, *τὸν εἰσάγοντα*. et porro, *ἀλλὰ τὸν ἔξω*.

— *Τὸ ἐθνικὸν, εἰ μὲν τῆς Λακωνικῆς, Κραναάτης, ὡς Καρυάτης· εἰ δὲ τῆς Ἀττικῆς, Κραναῖος, ὡς Ἀθηναῖος*] *ΚΡΑΝΑΑΤΩΝ* nummus habetur apud Goltzium cum vespertilione, qualis etiam in *ΕΛΕΝΙΤΩΝ* nummo visitur. Unde omnino existimo cum ipso Goltzio eosdem isthic esse *Ἑλενίτας καὶ Κρανάτας*. Non autem cum Nonio censeo istum *Κρανατῶν* nummum ad Laconi- 172
cam insulam referendum. Nec me movet quod noster hic gentilia b
diversa facit: in his enim saepissime fallitur.

*Κράνεια, χωρίον Ἀμβρακιωτῶν.*

— *Ὡς φησι Σοφοκλῆς Λαρισσαῖος*] Lege cum MSS. *Λαρισσαίοις*. Et sic corruptum dramatis nomen iam restituit Meursius lib. de fabulis Sophoclis, et Maussacus ad Harpocrationem.

*Κρανίδες, συνοικία πρὸς τῷ Πόντῳ. Παρθένιος ἐν Ἀνθίππῃ*] Lege: *ἐν Ἀνθίππῃ*.

*Κράνιον, πόλις ἐν Κεφαλληνίᾳ τῇ νήσῳ· τετράπολις δὲ ἡ νῆσος*] Thucydides lib. II. pag. 119. *Κεῖται δὲ ἡ Κεφαλληνία κατὰ Ἀκαρνανίαν καὶ Λευκάδα, τετράπολις οὖσα, Παλλῆς, Κράνιοι, Σαμαῖοι, Πρόναιοι. Sita autem est Cephallenia Acarnaniam versus et Leucadem, quatuor habens civitates, Pallenses, Cranios, Samaeos, Pronaeos.* In quo loco postrema vox per ω scribenda, *Πρώναιοι*. *Παλλῆς* autem dicitur pro *Παλλεῖς*, ut *Μεγαρῆς* pro *Μεγαρεῖς*, ut notat Scholiastes Thucydidis ad lib. I. pag. 20. *Παλῆς ὡς Μεγαρῆς*. dein addit: *Πόλις δὲ ἡ Πάλη τῆς Κεφαλληνίας. Τετράπολις γάρ ἐστιν ἡ Κεφαλληνία, Πάλη, Κράναια, Σάμαια, Πρώναια.* Tzetzes ad Lycophronem pag. 125. *Θουκυδίδης εἰς τέσσαρα φῦλα διαιρεῖ τὴν Κεφαλληνίαν. Πρωνίους, Σαμίους, Παλεῖς καὶ Κρανείους.* Hesychius: *Κράνιοι, τῆς Κεφαλληνίας αὗται τέσσαρες Κράνιοι.* Et paullo post apud eundem *Cephalleniae* mentio in *Κραντῆρες ὀδόντες. οἱ δὲ τόπον Κεφαλληνίας.* Existimo autem verba haec non suo loco posita, referendaque ad praecedens *Κράνιον*. Livio quoque quatuor populi in *Cephallenia* commemorantur lib. XXXVIII. cap. 28. *Nesiotae, Cranii, Pallenses et Samaei.* et in sequentibus describitur *Samaeorum* excidium. Unde

Plinius lib. IV. cap. 12. de *Cephallenia: Same diruta a Romanis, adhuc tamen oppida tria habet.* et Strabo lib. x. pag. 455. *Τὴν δὲ Κεφαλληνίαν τετράπολιν οὖσαν, οὔτ' αὐτὴν εἴρηκε τῷ νῦν ὀνόματι, οὔτε τῶν πόλεων οὐδεμίαν, πλὴν μιᾶς εἴτε Σάμης εἴτε Σάμου· ἣ νῦν μὲν οὐκέτ' ἐστὶν, ἴχνη δ' αὐτῆς δείκνυται κατὰ μέσον τὸν πρὸς Ἰθάκῃ πορθμόν. οἱ δ' ἀπ' αὐτῆς Σαμαῖοι καλοῦνται. αἱ δ' ἄλλαι καὶ νῦν εἰσιν ἔτι μικραὶ πόλεις τινὲς, Πρώνησος καὶ Κράνιοι. Cephallenia, cum habeat quatuor urbes, ne illam quidem nominavit adfecit* (Homerus) *nomine, quod nunc habet, neque ullam urbium, Same sive Samo excepta, cuius hodie tantum vestigia extant, ad medium versus Ithacam traiectum: cives Samaei dicuntur. Supersunt alia eius exigua oppida, Pronesus et Cranii.* In ultimis verbis Casaubonus existimat *Πάλην* omissam.

— *Ἀπὸ τῶν Κεφάλου παίδων, Προνήσου, Σάμου, Πηλέως, Κρανίου*] Scribe: *Πρωνήσου.* ut Strabo d. l. Apud Heraclidem in Excerpt. Polit. *Πρόμνησος* dicitur.

178 a — *Τὸ ἐθνικὸν, Κραναεῖς*] Lege: *Κρανιεῖς.* Hesychius: *Κρηνίας, Κεφαλῆνας τινές.*

*Κράνων, πόλις τῆς Θεσσαλίας τῆς Πελασγιώτιδος, ἐν τοῖς Τέμπεσιν.*

— *Ἐν ταύτῃ δύο κόρακας εἶναί φασι μόνους, ὡς Καλλίμαχος ἐν τοῖς Θαυμασίοις, καὶ Θεόπομπος. ὅταν δ' ἄλλους ἐκποσεύσωσιν, ἴσους αὐτοὺς καταλιπόντες, ἀπέρχονται*] Intellige haec de *Cranone* Thessaliae: uti patet ex Antigono Hist. Paradox. cap. xv. (ubi pariter *Theopompus* adducitur) et Aristotele Mirab. Auscult. cap. 136. Legendum autem hic, *ἴσους αὐτοῖς κ. τ. λ.*

— *Ὁ πολίτης, Κρανώνιος*] Hinc Scopas *Cranonius* apud Diogenem Laërtium in Socrate, qui male ab Aldobrandino *Cranonii filius* redditur.

— *Ἡρόδοτος ἕκτῃ. Ἐκ δὲ Θετταλίης ἦλθεν τῶν Σκοπαδέων Διακτορίδης γὰρ Κρανώνιος*] Verba sunt Herodoti e lib. VI. cap. 127. sed in iis *γὰρ* desideratur: quare hic delendum est.

— *Ἀπέχει δὲ σταδίους ἑκατὸν τῆς Γυρτῶνος ἡ Κράνιον πόλις, ὥς φησι Στράβων*] MSS. *ἡ Κραννὼν πόλις.* Quomodo rescribendum. Locus autem apud ipsum Strabonem hodie desideratur in fine lib. VII. Vestigia tamen eius supersunt in Excerptis, sed parum sincera. Scilicet: *ἀπέχει δ' ἡ Γυρτὼν τῆς Τύρρηνος πόλεως Κραννῶν.* quae ex Stephano sic corrigenda: *ἀπέχει δὲ σταδίους ρ' τῆς Γυρτῶνος πόλεως Κραννών.* Sequentia quoque: *Καὶ Ὅμηρός φησιν Ἐφύρους Κρανωνίους· Φλεγύας δὲ τοὺς Γυρτωνίους.* inde deprompta sunt: dicunturque pariter lib. IX. p. 442.

*Κρέμη, πόλις Πόντου*] Videndum an haec civitas sit Plinii *Cremniscos* lib. III. cap. 12. variant enim ibi codices, et alii

*Cremense*, alii *Crene* praeferunt. Herodoto lib. IV. cap. 20. *Κρεμνοὶ* dicuntur emporium ad paludem Maeotim; et rursus cap. 110. eiusdem libri.

*Κρεμμύων, κώμη Κορίνθου*] Pausaniae scribitur *Κρωμύων* lib. II. pag. 86. *Τῆς δὲ Κορινθίας ἔστι γῆς καὶ ὁ καλούμενος Κρωμύων ἀπὸ τοῦ Κρώμου τοῦ Ποσειδῶνος. In Corinthiaco agro vicus est, cui Cromyon nomen, a Cromo Neptuni filio.* Rursus eidem lib. I. p. 50. *Κρομμυών*. Plutarcho *Κρομυών*. Quam scripturam Ovidius sequutus est lib. VII. Metam. ubide *Theseo* v. 435. canit:

*Quodque suis securus arat Cromyona colonus,*
*Munus opusque tuum est.*

— *Καὶ τῶν Θηδέως ἄθλων*] Videtur legendum: *καὶ τὸν Θησέως ἄθλον*. Salmasius addebat *ἐν. καὶ ἐν τῶν Θησέως ἄθλων.*

*Κρηνίδες, πόλις Σικελίας, ἃς Φίλιππος μετωνόμασε Φιλίππους*] In MS. supra vocem *Σικελίας* recentiori manu additum *Θρᾴκης*. Verum infra v. *Φίλιπποι* apparet legendum *Μακεδονίας*. etsi proprie *Thraciae* fuerit.

*Κρήστων, πόλις Θρᾴκης. ἔοικε δὲ εἶναι ἡ Κρηστώνη παρ' Ἡροδότῳ*] Puto eandem esse cum *Γρηστωνίᾳ* et *Γαστρωνίᾳ*, de quibus supra. Apud Herodotum lib. I. cap. 57. *Κρηστὼν* occurrit, pro *Κροτώνᾳ*, oppido Pelasgorum *ὑπὲρ Τυρσηνῶν*, in Italia; et gentile *Κρηστωνιῆται*. 173 b

— *Λυκόφρων,*

*Ὁρκωμοτῆσαι τόν τε Κρηστώνης θεόν*] Lycophron Cassand. v. 937. ad quem locum Tzetzes *Κρηστώνης* explicat, *ἢ Θρᾴκης, ἀπὸ μιᾶς πόλεως οὕτω καλουμένης*. Vide eundem etiam pag. 88.

— *Ὁ πολίτης Κρηστωναῖος*] Sic pariter apud Herodotum lib. V. cap. 3. et lib. VII. cap. 124. Thucydidem lib. IV. pag. 325.

*Κρήτη, ἡ μεγίστη νῆσος, ἣν Κρεήτην ἔφη Ἀρχίλοχος, κατὰ πλεονασμόν*] Eustathius hoc tribuit Archiae ad Dionys. pag. 71. *Ἀρχίας δέ τις, ὡς λέγεται, Κρήτην αὐτὴν ὠνόμασε, πλεονασμῷ τοῦ ε.*

— *Οἱ δὲ ἀπό τινος γηγενοῦς Κρητός*] Hoc Scymnus affirmat ex Ephoro in Perieg. v. 550.

——— *εἶναι φησί τε*
*Ἐπώνυμον τὴν νῆσον ἀπὸ Κρητός τινος,*
*Τοῦ δὴ γενομένου βασιλέως αὐτόχθονος.*
——— *esseque ait*
*Nomen nactam insulam a Crete quodam,*
*Existente rege indigena.*

— *Καὶ Χιτώνη*] Hoc cognomentum Dianae fuit. Infra enim, *Χιτώνη, οὕτως ἡ Ἄρτεμις*. et Callimachus Hymno in Iovem v. 77.

—— ἐπακτῆρας δὲ Χιτώνης
Ἀρτέμιδος.

Ubi Scholiastes docet, sic dictam: ὅτι τικτομένων τῶν βρέφῶν ἀνετίθεσαν τὰ ἱμάτια τῇ Ἀρτέμιδι. Ergo vult venire a χιτὼν, χιτῶνος.

— Καὶ Εὐφρόνη] Epitheton est noctis. Hesychius: Εὐφρόνη νὺξ καὶ εὐφροσύνη. Et sic etiam Suidas.

— Λέγεται καὶ ποιητικῶς Κρῆται] Homerus ipsam insulam plurali numero Κρήτας vocat. Eustathius ad Iliad. Δ. pag. 490. Κρήτην καὶ Κρῆτας τὴν αὐτὴν νῆσον λέγει Ὅμηρος. Item ad Iliad. Ξ. et Π. Hic tamen pro gentili accipere videtur.

— Καὶ Κρηταῖος, καὶ θηλυκῶς καὶ οὐδετέρως] Virgilius in Ciri v. 114.

—— Gortynius heros
Attica Cretaea sternebat rura sagitta.

Vetus poëta apud Charisium lib. IV. Instit. Gramm. in fine:

Seu Cretaea magis, seu tu Dictynna vocaris,
Huc descende.

Apollonius Rhodius lib. II. v. 1237. Κρηταῖον ἄντρον. ubi Scholiastes, Κρηταῖον ὄρος, τὸ Κρητικὸν, γέγονε δὲ καθ' ὁμοιότητα τοῦ Σιναῖον. Denique apud Goltzium extat nummus cum epigraphe, ΚΡΗΤΑΙΩΝ.

— Καὶ Κρητεύς] Diversum ab hoc gentile est Κρητιεὺς, quod in Sept. Severi nummo extat apud Tristanum Tom. II. pag. 93. in quo circum Cererem serpentibus vectam legitur: ΚΡΗΤΙΕΩΝ ΦΛΑΟΥΙ. Quod nequaquam ad Cretam insulam referendum, ut facit vir doctus, sed ad *Cretiam* sive *Critiam* Bithyniae, cognomento *Flaviopolin*. Varie autem ea scribitur, Κράτεια Ptolemaeo; Κράτια Hierocli; in nummo Iuliae Severi apud Franc. Gotifredum: ΚΡΙΤΙΑ ΦΛΑΟΥΙΟΠΟΛΙΣ. sed omnium rectissime in dicto Severi nummo Κρήτια. Atque ita in Iuliae nummo olim quoque excusum fuerat: sed qui ab aerugine eum expurgavit, crus inter P et H compendio hoc P-I factum sustulit: cuius adhuc vestigia apparent accuratius consideranti. Apud eundem Franc. Gotifredum in nummo Antonii Caracallae sub Europa tauro vecta: ΚΡΗΤΙΕΩΝ.

174 a

— Καὶ Κρήσιος, ἀπὸ τοῦ Κρής] Hesychius: Κρήσας, Κρητικὸς, ἀπὸ Κρήτης. Unde Salmasius sic corrigendum hoc loco putabat. Mihi Hesychius medicina potius indigere videtur, quam noster. Κρήσιον enim πέλαγος habes apud Sophoclem in Trachin. pag. 335. et, Κρησίοις ἐν ῥυθμοῖς παῖδα μέλψωμεν, apud Dionysium Halicarn. lib. περὶ Συνθέσ. Ὀνομ. et Κρήσια φῦλα ἵππων, apud Oppianum lib. I. Κυνηγ. v. 299.

— *Καὶ ἀπὸ τῆς Κρητὸς γενικῆς, Κρητίς· καὶ τροπῇ τοῦ τ ς σ, Κρησίς*] Hinc *σίδης Κρησίδος* apud Nicandrum Alexipharm. ıg. 163.

— *Καλεῖται δὲ ἡ νῆσος καὶ Ἀερία*] Vide supra ad v. *ἀερία*.

*Κρητηνία, τόπος Ῥόδου, ἐν ᾧ ὤκουν οἱ περὶ Ἀλθημένην*] istoriam *Althaemenis* habes apud Cononem Narrat. XLVII. in Bibioth. Photii. Unde hic corrigendum *Ἀλθαιμένην*. Sic enim scriitur quoque huius viri nomen ab Eustathio ad Iliad. *B.* pag. 313. ı Cononis autem narratione perperam *Ἰλιάδων* legitur pro *Ἡλιάων*, ut iam monuimus supra v. *Κάμιρος*.

*Κρηθωτή, πόλις Ἑλλησπόντου, ὀγδοήκοντα σταδίους ἀπέχουσα τῆς Καρδίας*] Scribe: *Κριθώτη*, sic postulantibus et literaım ordine et gentili subiecto; denique Demosthene, Strabone, arpocratione, Marciano, Suida. Apud Scylacem tamen et Pliium scribitur ut hic.

*Κρίμισα, πόλις Ἰταλίας, πλησίον Κρότωνος καὶ Θουρίου. Λυκόφρων ἀπὸ Κριμίσης νύμφης*] Apud Lycophronem pag. 148. ;cribitur *Κρίμισσα*.

*Κρίμισσα φιτροῦ δέξεται μιαιφόνον.*

n nummo tamen apud Pyrrhum Ligorium, qui nympham exhibet annis coronatam, legitur, *ΚΡΙΜΙΣΑ*. In aversa illius parte aput Hercalis cum clava expressum, additumque *ΚΡΟΤΩΝ*. 174 lyginus Fab. CXXCVIII. dicit Theophanen Bysaltidis filiam a Nebtuno raptam in insulam *Crumissum* ab eo translatam: mox cives *Crumissenses* vocat. Ubi editores *Cromiusam* substituunt, quae ıfra Iberiae insula dicitur. Sed puto rectius ad *Italiae* vel *Siciae* locum insulam istam referri. Nam et in Sicilia fluvius fuit *Κρισσός*, cuius meminit Lycophron et ad eum Tzetzes pag. 154. ui perperam apud eundem *Κρημισσός* scribitur pag. 83.

*Κρίσα, πόλις Φωκίδος· Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ. ἀπὸ Κρίσσου Φωκοῦ*] A plurimis per duplex *σ* nomen huius urbis scribitur, *Κρίσσα*. A Sophocle tamen in Electra pag. 89. per *σ* simplex. Deinde MSS. hic porro legunt, *ἀπὸ Κρίσσου Φώκου υἱοῦ*. Quomodo hic rescribendum. Nam Eustathius similiter ad Homeri Iliad. *B.* pag. 274. *Κρίσσα δὲ πεδίον καὶ πόλις ἐν Λοκροῖς ἢ ἐν Δελφοῖς ἀπὸ Κρίσσου τινὸς τυράννου, ἢ ὡς Ἑκατεῖός φησι, παιδὸς Φώκου*. Vide et Euripidis ad Oresten pag. 120.

— *Τὸ ἐθνικὸν, Κρισαῖος, καὶ Κρισαῖον πεδίον*] Eustathius l. l. *ἐξ ἧς καὶ πεδίον Κρισσαῖον, καὶ κόλπος ἐκεῖ Κρισσαῖος*. Corruptum hoc gentile in Hymno Homeri ad Apollinem, ubi vulgo egitur v. 446.

—— *αἳ δ' ὀλόλυξαν*

*Κρισσαγῶν ἄλοχοι καλλίζωνοί τε θύγατρες.*
pro *Κρισσαϊῶν.*
—— *ulularunt*
*Crissensium mulieres beneque cinctae filiae.*

— *Τινὲς δ' αὐτὴν τῇ Κίῤῥᾳ φασί*] Per *αὐτὴν* intelligit *Crisam* Phocidis. Hanc enim nonnulli veterum cum *Cirrha* confuderunt. Athenaeus lib. XIII. pag. 560. *Καὶ ὁ Κρισαϊκὸς δὲ πόλεμος ὀνομαζόμενος, ὥς φησι Καλλισθένης ἐν τῷ περὶ τοῦ ἱεροῦ πολέμου, ὅτε Κιῤῥαῖοι πρὸς Φωκεῖς ἐπολέμησαν, δεκαέτης ἦν. Bellum id, quod Crisaicum est nominatum, ut refert Callisthenes libro de bello sacro, in quo Cirrhaei adversus Phocenses bellarunt, decennale fuit.* Etymologus item satis animose reprehendit Leocrinem, qui diversas statuerat. v. *Κρίσα. Λεωκρίνης δὲ ἡγεῖται δύο εἶναι πόλεις, ἄλλην τὴν Κρίσαν, καὶ ἄλλην τὴν Κίῤῥαν. ἀντίκειται δὲ ὑπὸ πολλῶν· οὔτε γὰρ τῶν γεωγράφων εἴπέ τις πόλεις δύο διαφόρους, ἀλλ' οὐδὲ τῶν περιηγητῶν, μόνος δὲ αὐτὸς καὶ τοῦτο δι' ἄγνοιαν τοῦ ἰδιωτισμοῦ τοῦ πάθους.* Sed Etymologum temere pronuntiasse contra Leocrinem Strabonis evincit auctoritas, qui lib. IX. pag. 418. *Ὑποπέπτωκε δὲ τῇ Κίρφει πόλις ἀρχαία Κίῤῥα, ἐπὶ τῇ θαλάττῃ ἱδρυμένη· ἀφ' ἧς ἀνάβασις εἰς Δελφοὺς ὀγδοήκοντά που σταδίων· ἵδρυται δ' ἀπαντικρὺ Σικυῶνος· πρόκειται δὲ τῆς Κίῤῥας τὸ Κρισσαῖον πεδίον εὔδαιμον· πάλιν δ' ἐφεξῆς ἐστιν ἄλλη πόλις Κρίσσα, ἀφ' ἧς ὁ κόλπος Κρισσαῖος. Infra Cirphin iacet urbs antiqua Cirrha, sita ad mare e regione Sicyoni: unde ascensus*
175 *Delphos est stadiorum circiter* XXC. *Ante Cirrham situs est Cris-*
a *saeus campus felix. Sequitur inde alia urbs Crissa, unde Crissaeo sinui nomen.* Cum Strabone concinunt Plinius et Ptolemaeus.

*Κρόβυζοι, ἔθνος πρὸς νότου ἀνέμου, τοῦ Ἴστρου*] Mentio huius populi apud Etymologum v. *Ζάμολξις.* Hesychius, *Κροβυζοί, γένος Θρᾳκῶν.* Et Anonymus in descriptione Ponti Euxini, *Κρόβυζοι, ἔθνος Θρᾳκῶν.*

*Κροκέα, πόλις Λακωνική, τῶν ἑκατὸν πόλεων μία. λέγεται οὖν ἑνικῶς*] Lege numero plurium, *Κροκέαι,* uti evincitur verbis sequentibus: *λέγεται οὖν ἑνικῶς.* In quibus particula *καὶ* omissa est: nusquam enim alio referri possunt: *λέγεται οὖν καὶ ἑνικῶς.* Plurali autem numero extulit Pausanias in Laconicis p. 203. et Corinthiacis pag. 90.

*Κροκοδείλων πόλις, πόλις ἐν τῇ Μοιρίδι λίμνῃ ἐν Αἰγύπτῳ· Ἡρόδοτος δευτέρᾳ*] Herodotus lib. II. cap. 148. *Δόξαν δέ σφι ἐποιήσαντο λαβύρινθον, ὀλίγον ὑπὲρ τῆς λίμνης τῆς Μοιρίος κατὰ Κροκοδείλων καλεομένην πόλιν μάλιστά κῃ κείμενον. Ex placito autem eo fecerunt labyrinthum, paullo supra stagnum Moeridis, maxime urbem versus, quae dicitur Crocodilorum.*

— Ἐκλήθη δὲ οὕτως ὁ μαν * ὑπὸ τῶν ἰδίων κυνῶν διωκόμενος, μεθ' ἵππου φεύγει. καταπεσόντος δὲ τοῦ ἵππου ἐν τῇ Μοιρίδι λίμνῃ, ὑπὸ κροκοδείλου ληφθῆναι, καὶ ἐξενεχθῆναι εἰς τὸ πέραν, καὶ οὕτως ὀνομασθῆναι, καὶ πόλιν κτίσαι, καὶ καθιερώσασθαι τοὺς κροκοδείλους. ἀπεῖπέ τε μηδένα ἀποκτείνειν τὸ ζῶον, ἠγεῖσθαί τε ὡς θεόν] Lacuna huius loci suppleri facile potest ex Diodori Siculi, unde depromptus, lib. I. pag. 56. Φασὶ γάρ τινες τῶν ἀρχαίων τινὰ βασιλέων τὸν προσαγορευόμενον Μηνᾶν, διωκόμενον ὑπὸ τῶν ἰδίων κυνῶν καταφυγεῖν εἰς τὴν Μύριδος καλουμένην λίμνην, ἔπειθ' ὑπὸ κροκοδείλου παραδόξως ἀναληφθέντα εἰς τὸ πέραν ἀπενεχθῆναι, τῆς δὲ σωτηρίας χάριν ἀποδιδόναι βουλόμενον τῷ ζώῳ, πόλιν κτίσαι πλησίον ὀνομάσαντα Κροκόδειλον. καταδεῖξαι δὲ τοῖς ἐγχωρίοις ὡς θεοὺς τιμᾶν ταῦτα τὰ ζῶα, καὶ τὴν λίμνην αὐτοῖς εἰς τροφὴν ἀναθεῖναι. *Vetustorum regum quendam, qui Menas nominatur, dicunt nonnulli canum suorum insectatione in Myridis lacum esse compulsum, quem crocodilus, mirabile dictu, in littus transportarit. Qui ut gratiam pro donata salute bestiae reponeret, urbem Crocodili nomine iuxta aedificarit, et divinis crocodilos honoribus affici iusserit, lacumque eorum alimentis dedicarit.* Eandemque historiam ex Diodoro habes apud Eusebium lib. II. de Praepar. Euang. cap. I. ubi ait fuisse τινὰ τῶν παρ' αὐτοῖς βασιλέων. Ergo legendum, deleto asterisco, aut: Ἐκλήθη δὲ οὕτως, ὅτι Μηνᾶς ὑπὸ τῶν ἰδίων, etc. aut: ὅτι βασιλεύς τις ὑπὸ τῶν ἰδίων.

Κροκύλιον, νῆσος Ἰθάκης· Θουκυδίδης τρίτῃ] Κροκύλιον apud Thucydidem lib. III. pag. 238. non insula, sed in op- 175
posita continente *Aetoliae* oppidum est. Homerus Iliad. *B.* v. b
633. τὰ Κροκύλεια vocat. Quem locum Strabo interpretans lib. VIII. pag. 376. in *Acarnania* esse dicit. Eustathius ad dictum Homeri locum pag. 307. nostrum transscripsit, ut solet.

— Τὸ ἐθνικὸν, Κροκυλεύς] Cl. Salmasius volebat, Κροκυλειδεύς. sed ut hic ita pariter Eustathius: et recte.

— Τὸ τέταρτον Αἰγιρῆα] Non dubito quin legendum sit Αἰγίλιπα. quam Homerus Iliad. *B.* eodem versu cum Κροκυλείοις coniungit. Αἰγίλιψ enim Suidae πόλις Κεφαλληνίας, quae vicina *Ithacae*, dicitur.

Κρότων, πόλις Ἰταλίας εὔσημος, περὶ τὸ Ῥήγιον.

— Τὸ μέν τοι ἐπὶ τοῦ φθαρτοῦ τῶν κανῶν ὀξύνεται] Cl. Salmasius: ἐπὶ τοῦ φθαρτοῦ τῶν κυνῶν.

Κρουσὶς, μοῖρα τῆς Μυγδονίας. Στράβων ἑβδόμῃ, ἡγεμονικῆς Κρουσίδος, ἀπὸ Κρουσέως, τοῦ Μύγδονος υἱοῦ] Haec verba Strabonis nunc desiderantur in libro VII.

— Ἔστι δὲ κρου *] An ἔστι δὲ καὶ Κρουσαῖος?

*Κρυασσὸς, πόλις Καρίας, ἀπὸ Κρυάσσου τοῦ Κάρητος*] Apud Plutarchum lib. de Virt. Mulier. pag. 246. *ἡ Κρύασσα* dicitur. Ubi narrat quomodo haec urbs occupata a Meliis fuerit mulierum auxilio, quomodoque paullo post alia urbs, quae *νέα Κρύασσα* appellata, ab iisdem sit condita.

*Κρωβίαλος, πολίχνιον πρὸς τῇ Ποντικῇ. Ἀπολλώνιος τρίτῳ,*
*Κρωβίαλον*, etc.] Eustathius ad Iliad. *B.* pag. 362. *Ἀπολλώνιος δὲ γράφει ἐν τοῖς ἑαυτοῦ.*

*Κρώμνα, πόλις Παφλαγονίας, ἡ νῦν Ἄμαστρις, ὡς εἴρηται*] Vide quae notavimus supra v. *Ἄμαστρις*. Quibus adde Tzetzem ad Lycophron. pag. 92. item Eustathium ad Iliad. *B.* dicto paullo ante loco.

— *Καὶ Κρωμνατύς*] Eustathius: *Καὶ Κρωμνιεύς.*

— *Ἔστι καὶ Πελοποννήσου πόλις, ἀρσενικῶς, καὶ θηλυκῶς, καὶ ἑνικῶς, καὶ πληθυντικῶς, ἀπὸ Κρώμνου τοῦ Λυκάονος*] Tzetzes d. l. *Κρώμνα δὲ χωρίον Κορίνθου, ἐξ οὗ οἱ στρατεύσαντές φησιν οἱ περὶ Ἴδαν.* Pausaniae *Κρῶμοι* dicuntur *ἀπὸ Κρώμου* lib. VIII. pag. 458. et pag. 498. Corrupte vero bis pag. 510. genitivus occurrit *Κρώμωνος* pro *Κρώμων*, ut iam Sylburgio notatum. Ibidem etiam regio bis *Κρωμῖτις* dicitur, quomodo et vocatur supra v. *Γαθέαι.*

*Κρωπία, δῆμος τῆς Λεοντίδος φυλῆς.*

— *Ὁ δημότης, Κρωπίδης*] Aristophanes in Equitib. Act. I. Sc. 1. appellat *Κλωπίδας*. ubi Scholiastes: *ἐναλλαγὴ πάλιν στοιχείου τοῦ ρ εἰς τὸ λ. Κρωπίδαι γὰρ δῆμος τῆς Λεοντίδος φυλῆς.* Polybio gentile est *Κρώπιος* in Excerpt. lib. XXVII. pag. 130. ubi Aulum Hostilium Consulem in Phanotensium oppido diversatum dicit *παρὰ Νέστορι τῷ Κρωπίῳ.*

176 a *Κτημένη, πόλις Θετταλίας, ὑπὸ Πηλέως Φοίνικι δωρηθεῖσα, ἧς τοὺς πολίτας Ὅμηρος Δολοπάς φησιν*, etc. *καὶ Κτημένην Δολοπιάδα*] Nequaquam Homerus *Κτημένην* appellat *Δολοπιάδα*, ut mutila haec Stephani verba sonant, sed Apollonius Rhodius, cuius locum procul dubio citavit Stephanus. Verum is non *Κτημένην* vocavit urbem, sed *Κτιμένην*. Locus est in lib. I. v. 68.

—— *ἄγχι δὲ λίμνης*
*Ξυνιάδος Κτιμένην Δολοπηΐδα ναιετάασκεν.*
—— *qui prope stagnum*
*Xyneium Ctimenam Dolopeida habitabat.*

Ubi Scholiastes: *Κτιμένη, πόλις τῆς Θεσσαλίας. Δολοπηΐδα δὲ τὴν Θεσσαλίαν εἶπε.* Homerus feminam quidem hoc nomine commemorat Odyss. O. v. 363. sed pariter scribit *Κτιμένην*. Verum

Stephanus Ptolemaeum sequutus videtur scribentem Κτημέναι numero plurium. Immo et sic ab illo quoque scriptum suspicor ex exemplo τῶν Κλαζομενῶν adducto.

Κτησιφῶν, πόλις Ἀσσυρίας] Vide nummum Titi apud Goltzium.

Κύαλος, πόλις Λυδίας, κτισθεῖσα ἀπὸ Διός] Locus procul dubio corruptus, legendusque: ὑπὸ Κυάλου τοῦ Διός. aut similiter.

Κύαρδα, πόλις Καρίας, ἀπὸ Κυάρδου βασιλέως Καρῶν, οἱοῦ Βαργάσου] Existimo esse Κύδρα, oppidum in finibus Lydiae et Phrygiae situm, apud Herodotum lib. VII. cap. 30.

Κύβασσος, πόλις Καρίας, ὡς Κάβησσός] Vide supra v. Κάβησσός.

Κυβέλεια, πόλις Ἰωνίας] Straboni Κυβέλλια lib. XIV. pag. 45. qui apud Erythras ponit.

— Ἔστι καὶ Κύβελλα Φρυγίας] Scribe: Ἔστι καὶ Κύβελα Φρυγίας. per λ simplex; uti ex voce Κυβέλη apparet, tum ex antiquis monumentis. Marmor Arundellianum Chronicon v. 19. ΕΓΚΥΒΕΛΟΙΣ clare per Λ simplex. Orpheus in Argonaut. v. 2. ἐν Κυβέλοις ὄρεσιν. Praeterea Rhiani, veteris Poëtae, Epigramma hactenus non editum,

Ἀνάθημα τῇ Ῥέᾳ παρὰ Ἀχρυλίδος.
Ἀρχυλὶς ἡ Φρυγὴ θαλαμηπόλος ἡ περὶ πεύκας
Πολλάκι τοὺς ἱεροὺς χευαμένη πλοκάμους.
Γαλλαίῳ Κυβέλης ὀλολύγματι πολλάκι δοῦσα
Τὸν βαρὺν εἰς ἀκοὰς ἦχον ἀπὸ στομάτων.
Τὰς δὲ Θεῇ χαίτας περιδικλίδι θῆκεν ὀραίᾳ,
Θερμὸν ἐπεὶ λύσσης ᾧδ' ἀνέκαυσε πόδα.

Scholion marginale: Γαλλαίῳ, τῷ τῶν Γάλλων ἤγουν εὐνούχων. Κυβέλης δὲ τῆς Ῥέας. Κύβελα γὰρ ὄρη Φρυγίας, ἐν ᾗ τιμᾶται ἡ αὐτή. Item simile Dioscoridis itidem ἀνέκδοτον,

Ὡς τοὺς αὐλοὺς τοῦ Φρυγὸς ὑάγνιδος.

Αὐλοὶ τοῦ Φρυγὸς ἔργον ὑάγνιδος ἡνίκα μήτηρ
Ἱερά τ' ἂν Κυβέλοις πρῶτ' ἀνέδειξε θεῶν.
Καὶ πρὸς ἐμὸν φώνημα καλὴν ἀνεδύσατο χαῖταν
Ἔκφρων Ἰδαίης ἀμφίπολος θαλάμης. 176
Εἰ δὲ Κελαινίτης ποιμὴν πάρος οὔπεῳ ἀείσας b
Ἐγνώθη, Φοίβου κεῖνον ἔδειξεν ἔρις.

Κύβος, πόλις Ἰώνων ἐν Λιβύῃ Φοινίκων] Ex exemplis Κάβῳ et Βουτῷ legendum videtur Κυβῷ. nisi potius utroque modo dictum fuit: ut Βοῦτος et Βουτώ.

Κύδνα, πόλις Μακεδονίας.

— *Εστι καὶ Κύδνος ποταμὸς Βιθυνίας*] Lege: *Κιλικίας*. Plinius lib. XXXI. cap. 2. *Cydnus Ciliciae amnis podagricis medetur.*

*Κύδραι, πόλις τῶν δω * Στράβων β'*] Apud Strabonem lib. VII. pag. 327. legitur *Κύδριαι Βυρσῶν*· sive *Βρυγῶν*, uti Casaubonus mavult legere. Deinde corrige, *Στράβων ζ.* ut prima Editio et ipse Strabo habet.

*Κύδραρα, πόλις. Ἡρόδοτος ἑβδόμῃ*] MSS. legunt, *Κύδρα, πόλις.* Atque ita legendum. Nam et sic apud Herodotum, cuius auctoritas adducitur, scribitur lib. VII. cap. 30. *Ἐκ δὲ Κολοσσέων ὁρμεώμενος ὁ στρατὸς ἐπὶ τοὺς ὅρους τῶν Φρυγῶν καὶ τῶν Λυδῶν, ἀπίκετο ἐς Κύδρα πόλιν. Movens autem e Colossis exercitus venit ad oppidum Cydra, quod est in finibus Phrygum et Lydorum.*

*Κυδωνία, πόλις Κρήτης*] Florus *Cydoniam, urbium matrem*, id est, metropolin, appellat lib. III. cap. 7.

— *Ἀπὸ Κύδωνος τοῦ Ἀπόλλωνος, καὶ Ἀκακάλλιδος τῆς Μινέως θυγατρὸς*] MSS. *καὶ Ἀκάλλιδος.* Male. Scholiastes Graecus ad Apollonii lib. IV. v. 1492. *Ἀλέξανδρος δὲ ἐν πρώτῳ Κρητικῶν τῇ Ἀκακαλλίδι συνελθεῖν φησι τὸν Ἑρμῆν καὶ τὸν Ἀπόλλωνα· καὶ ἐκ μὲν Ἀπόλλωνος γενέσθαι Νάξον, ἐκ δὲ Ἑρμοῦ Κύδωνα, ἀφ' οὗ ἡ πόλις Κυδωνία καλεῖται ἐν Κρήτῃ.*

— *Δευτέρα Σικελίας τῆς Λιβύης*] Videtur scribendum, *τρίτη Λιβύης.* uti et Salmasio visum.

*Κύζικος, πόλις τῆς Προποντίδος, κειμένη ἐπὶ χερρονήσῳ*] *Cyzicus* non iacet in peninsula, ut auctor hic dicit, sed in insula duobus pontibus continenti iuncta, teste Strabone lib. XII. pag. 575. *Ἔστι καὶ νῆσος ἐν Προποντίδι ἡ Κύζικος συναπτομένη γεφύραις δυσὶ πρὸς ἤπειρον, ἀρετῇ κρατίστη, μεγέθει δὲ ὅσον πεντακοσίων σταδίων τὴν περίμετρον· ἔχει δὲ ὁμώνυμον πόλιν πρὸς αὐταῖς ταῖς γεφύραις καὶ λιμένας δύο κλειστοὺς καὶ νεωσοίκους πλείους τῶν διακοσίων. Insula in Propontide est Cyzicus, duobus pontibus continenti iuncta, virtute praestans admodum, ambitu ad quingenta stadia. urbem eiusdem nominis habet ad ipsos pontes duosque portus, qui claudi possunt et navalia plura ducentis.*

— *Ἐκαλεῖτο δὲ καὶ ἄρκτων νῆσος*] Multa hoc loco recisa esse patet ex eo, quod supra v. *Ἄρκτων νῆσος*, promisit se hic caussam denominationis huius esse redditurum, cum tamen nihil tale hoc loco fiat.

177 a — *Τὸ ἐθνικὸν, Κυζικηνός*] Occasione gentilis adducendi nummi videntur ad *Cyzicum* pertinentes. Egregium talem habet Franc. Gotifredus Caracallae Imperatoris effigie signatum, in

cuius altera parte circum navem Praetoriam: *ΑΥΤ. ΑΝΤΟΝΕΙΝΙΑΝΩΝ ΚΥΖΙΚΗΝΩΝ Δ. ΝΕΟΚΟΡΩΝ.* Item alium, in cuius una parte circum caput Proserpinae: *ΚΟΡΗ ΣΩΤΕΙΡΑ ΚΥΖΙΚΗΝΩΝ.* in aversa circum Cererem serpentibus vectam: *ΚΥΖΙΚΗΝΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ.* Similiter quoque inveni in nummo L. Veri, quem asservat Gazophylacium Mediceum, circum Proserpinam duas faces gestantem. Item in alio magno et praeclaro Commodi circum Cybelen leone vectam, ab iisdem *Cyzicenis* cuso: *ΣΤΡΑ. ΛΟ. . . . . ΗΛΙΟΥ ΑΣΙΑΡΧΟΥ.*

— *Ὅμηρος δὲ τοὺς κατοικοῦντας Κύζικον Δολίονάς φησιν*] Vide quae notata supra v. *Δολίονες.* Orpheus in Argonaut. v. 530. contra Homeri, Apollonii et reliquorum veterum auctoritatem *Δολίονας* vocat *Δόλοπας.*

— *Λέγεται καὶ κτητικὸν, Κυζικηνικός. κέχρηνται δὲ καὶ τῷ Κυζικηνὸς ἁπλῶ ἀντὶ κτητικοῦ*] Apud Aristophanem in Pace pag. 711. occurrit *βάμμα Κυζικηνικόν.* Quae vox corrigenda apud Hesychium, apud quem perperam *βάμβα* scribitur pro *βάμμα*, et *βάμβα Κυζηνικόν* pro *βάμμα Κυζικηνόν* aut *Κυζικηνικόν.*

— *Διὰ τὸ λῃΐζεσθαι*] MSS. *λῃστρικοὺς εἶναι.*

*Κύθηρα, νῆσος πόλιν ὁμώνυμον ἔχουσα πρὸς τῇ Κρήτῃ.*

— *Ἐκαλεῖτο δὲ Πορφύρουσσα διὰ τὸ κάλλος τὸ παρὰ τῶν πορφυρῶν*] Eustathius ad Dionysium pag. 71. *Ἐκαλεῖτο δέ φασι, καὶ Πορφυροῦσά ποτε, διὰ τὸ καλλίστας ἔχειν πορφύρας.* MSS. hic, *περὶ τῶν π.*

*Κύθνος, νῆσος πρὸς τῇ Δρυόπιδι τῶν Κυκλάδων*] Harpocration v. *Κύθνιοι. Κύθνος μία τῶν Κυκλάδων νήσων, ὡς Ἀριστοτέλης ἐν τῇ Κυθνίων πολιτείᾳ.* Vulgo perperam ibi scribitur *Κυθνέων.*

— *Ὁ νησιώτης, Κύθνιος, καὶ Κύθνιος τυρός*] *Cythnii casei* tamquam optimi et delicatissimi mentio extat apud Diogenem Laërtium in vita Epicuri; sed perperam ibi legitur: *Καὶ πέμψον μοι τυροῦ, φησὶ, Κυθριδίου, ἵν' ὅταν βούλομαι πολυτελέσασθαι δύνωμαι.* pro *Κυθνίου. Et mitte ad me, inquit, casei aliquantulum Cythnii, ut, cum velim, sumptuose convivari possim.* Corrupta pariter huius insulae vox in *casei* mentione apud Lucianum in Dialogo Dorionis et Myrtales: *καὶ τυρόν ποτε μέμνημαι τὸν μέγαν ἐκ Γυθίου.* pro *ἐκ Κύθνου. Magnum etiam caseum aliquando memini afferre me tibi ex Cythno.* et mox in eodem dialogo idem vitium adhuc bis reperitur.

— *Καὶ Κύθνιος ὁ ζωγράφος*] Eustathius ad Dionysium pag. 177
67. *Ἐξ ἧς καὶ ζωγράφος ὄνομα ἔσχεν ὁ Κυδίας.* Meminit huius b
*pictoris* hoc etiam nomine Plinius lib. xxxv. cap. 11. *Eodem*

*tempore fuit et Cydias, cuius tabulam Argonautas Hortensius orator mercatus est eique aedem fecit in Tusculano suo.*

*Κυκνῖτις, ἧς ὁ Κύκνος ἐβασίλευσε*] De *Cygno* Martis filio videndus Pindari Scholiastes ad Olymp. pag. 97. ubi pro *θαλασσίας* rescribendum *Θεσσαλίας*. Nam *Thessaliae* loca insidebat transeuntesque spoliabat *Cygnus*, uti clare ex Hesiodo colligitur in scuto Herculis, ubi certamen adversus *Cygnum* prolixe describitur circa Pagasas, Pharsala, Arnen aliasque *Thessaliae* urbes. Ergo *Cygnitis* Thessaliae regio.

*Κυλλήνη, ὄρος Ἀρκαδίας, σταδίων ἐννέα παρὰ πόδας ὀγδοήκοντα, ἀπὸ Κυλλήνης ναΐδος νύμφης*] Eustathius ad Iliad. *B.* pag. 300. locum hunc describens omittit *stadia* et *pedes*, quorum hic est mentio.

— *Ἐν τούτῳ δέ φασι τῷ ὄρει τοὺς κοττύφους λευκοὺς γίγνεσθαι, ἄλλοθι δὲ μηδαμῆ. καὶ φωνὰς ποικίλας προΐεσθαι, θηρεύεσθαι δὲ πρὸς τῇ σελήνῃ. τὴν δὲ ἡμέραν εἴ τις ἐπιχειροίη, σφόδρα δυσθηράτους εἶναι*] Eustathius d. l. idem de *merulis* huius montis affirmat. At pro *τὴν δὲ ἡμέραν*, legit *τῆς δ' ἡμέρας*. *Merulas* autem omnes in monte *Cyllene* albas esse ex Sostrato refert etiam Aelianus lib. v. de Animal. cap. 27. item Scholiastes Graecus Antholog. Graec. Epigr. lib. III. pag. 314.

— *Ἔστι δὲ καὶ Ἠλείων ἐπίνειον Κυλλήνη*] Eustathius inserit: *Ἔστι δὲ καὶ Κύμης Κυλλήνη.* cuius meminit Xenophon lib. VII. Cyropaed. pag. 179. *Eleensium* vero *Cyllenae* meminit Thucydides lib. I. pag. 22. *Κυλλήνην* affirmans, *τὸ Ἠλείων ἐπίνειον.* Ubi Scholiastes: *ἄλλα Κυλλήνη τῆς Ἀρκαδίας.*

*Κύμη, πόλις Αἰολίδος πρὸ τῆς Λέσβου, ἀπὸ Κύμης Ἀμαζόνος.*

— *Ἐντεῦθεν ἦν Ἔφορος ὁ ἱστορικὸς, καὶ Ἡσίοδος*] *Ephorum* et *Hesiodum* Cumaeos fuisse pariter Strabo testatur lib. XIII. pag. 627. nec refert, quod *Hesiodus* a Graecis Ascraeus dicitur. *Cumae* enim natus, Ascrae educatus est. Strabo d. l. *Καὶ ἔτι πρότερος τούτου Ἡσίοδος ὁ ποιητής. αὐτὸς γὰρ εἴρηκεν ὅτι ὁ πατὴρ αὐτοῦ Δῖος μετῴκησεν εἰς Βοιωτοὺς, Κύμην Αἰολίδα προλιπών,*

*Νάσσατο δ' ἄγχ' Ἑλικῶνος ὀϊζυρῇ ἐνὶ κώμῃ*
*Ἄσκρῃ, χεῖμα κακῇ, θέρει ἀργαλέῃ, οὐδέποτ' ἐσθλῇ.*

*Ante hunc* (Ephorum) *ibidem editus est Hesiodus poëta: ipse enim narrat Dium patrem suum Aeolica relicta Cuma in Boeotos commigrasse, ubi quidem*

*Habitavit pone Heliconem misero in pago*
*Ascra per hiemem mala, per aestatem molesta, nunquam bona.*

— *Ἔστι δὲ καὶ ἑτέρα Φρικωνῖτις λεγομένη*] Falsum, quod

*Cuma Phriconis* diversa a *Cuma Aeolidis*, quam ante descripserat. Eadem plane urbs, sic appellata a monte Locridis *Phricio*, a quoniam Graeci inde profecti *Cumam* in Aeolide condiderant. A Strabone autem lib. XIII. pag. 621. non *Φρικωνῖτις* sed *Φρικωνὶς* appellatur; et sic pariter ante Strabonem ab Herodoto dicta est lib. I. cap. 149. Corrigendus itaque Tzetzis Commentarius ad Hesiodi *Ἔργα καὶ Ἡμερ.* pag. 143. *Φρικώτιδα* appellans, pro *Φρικωνίδα*. *Φρικωνὶς* enim pariter in Hesiodi vita dicitur. 178

— *Αὕτη δὲ καὶ ἡ Λέσβος σκώπτεται εἰς ἀναισθησίαν*] Vide Strabonem lib. XIII. pag. 622.

— *Ταύτης τὸ ἐθνικὸν, Κυμεύς*] Contra usum. Nam nummi veteres, *KTMAIΩN*, praeferunt. Et sic Graeci scriptores ac Latini omnes *Cumaeos* et *Cumanos* appellant. Ita saepe ineptit hic noster Grammaticus, dum regulas suae artis *καὶ τὸν ἐγχώριον τύπον* usu neglecto sequitur.

— *Πέμπτη, τῆς Εὐβοίας*] Nullus antiquorum praeter Stephanum id oppidum refert. Sed puto suo more falli. Legerat ille haud dubie apud aliquem poëtam Graecum *Cumas Euboicas*, quod epitheton apud Latinos satis est frequens, indeque nobis hasce in *Euboea Cumas* confinxit.

— *Καὶ Παμφυλίας*] Pro *καὶ* procul dubio scripsit auctor, *ϛ'*, sive *ἕκτη*.

— *Ἔστι καὶ νῆσος πλησίον Σικελίας*] Hanc insulam nostro simul confingit nobis ex Pindaro eius Scholiastes, Pyth. Od. I. pag. 190. *Κύμη, νῆσος παρακαιμένη Σικελία*. Sed non perceperunt Pindari mentem: loquitur enim de *Cuma* prope Neapolin sita et incendiis vicinis.

*Κύναιθα, πόλις Ἀρκαδίας.*

— *Τὸ ἐθνικὸν, Κυναιθεύς*] Tzetzes ad Lycophronem pag. 71. *Κυναιθεὺς ὁ Ζεὺς ἐν Ἀρκαδίᾳ τιμᾶται.*

— *Ἔστι καὶ Κύναιθα πόλις Θρᾴκης ὑπὸ τῷ Νηρίσῳ ὄρει*] Suspicor legendum: *πόλις Ἰθάκης ὑπὸ τῷ Νηρίτῳ ὄρει. Nerithus* enim *Ithacae* mons Plinio lib. IV. cap. 12.

*Κυνητικὸν, Ἰβηρίας τόπος, πλησίον Ὠκεανοῦ· Ἡρόδοτος δεκάτῳ τῶν καθ' Ἡρακλέα*] *Herodori* locus, unde haec hausta sunt, pro magna parte conservatus nobis a Constantino Porphyrogenneta lib. de Administr. Imp. cap. XXIII. adductusque iam a nobis est supra v. *Γλῆθες*.

— *Οἱ οἰκοῦντες, Κύνητες καὶ Κυνήσιοι*] *Κύνιτες Herodoro* apud Constantinum, sed Herodoto *Κύνητες* lib. IV. cap. 49. et *Κυνήσιοι* lib. II. cap 33. *Cynetes* Avieno.

*Κύνθος, παρ' Ἀντιμάχῳ ἐν πρώτῃ Θηβαΐδος*] *Cynthus*,

mons insulae Deli, unde ipsa insula *Cynthia* dicta. Homerus Hymno in Apollinem v. 141.

*Ἄλλοτε μέν τ' ἐπὶ Κύνθου ἔβησας παιπαλόεντος.*

178 *Interdum quidem Cynthum ascendisti saxis asperum.*

b Erratum igitur eodem Hymno v. 26.

*Κλινθεῖσα πρὸς Κύνθος ὄρος κραναῇ ἐνὶ νήσῳ.*

corrigendumque *Κύνθου ὄρος*.

*Procumbens ad montem Cynthum aspera in insula.*

*Κύνθιον* enim *ὄχθον* vocat v. 17. Tzetzes ad Lycophronem pag. 96. *Κύνθος ὄρος Δήλου, ὅθεν ὁ Ἀπόλλων Κύνθιος καλεῖται.* Vide quae notata supra v. *Δῆλος*.

*Κύννα, πολίχνιον πλησίον Ἡρακλείας.*

— *Τὸ ἐθνικὸν Κυνναῖος*] *Cynnensis* Episcopus occurrit in Subscript. Concilii Nicaeni in Vaticano. In Cod. Canon. *Cynensis* et *Cynon*.

*Κῦνος, ἐπίνειον Ὀποῦντος, ὡς Φίλων καὶ Παυσανίας· Ἑκαταῖος δὲ πόλιν αὐτήν φησιν· Ὅμηρος, Οἳ Κύνον τ' ἐνέμοντ', Ὀπόεντά τε Καλλίαρόν τε*] Eustathius ad Iliad. *B.* v. 331. qui is est, qui hic adducitur, pag. 277. *Ἡ δὲ Κῦνος ἄκρα τις τερματίζουσα τὸν Ὀπούντιον κόλπον. Ἐπίνειον Ὀπόεντος πόλεως Λοκρῶν Ἐπικνημιδίων τῶν πέραν Εὐβοίας κατὰ τὸν ποιητήν.*

*Κυνόσαργες, γυμνάσιον ἐν τῇ Ἀττικῇ, καὶ δῆμος, ἀπὸ Διώμου, ἀφ' οὗ ὁ χορὸς Διώμεια καλεῖται*] Videtur scribendum *Διόμου. Διόμεια. Δίομος.* per o, uti iam monuimus supra v. *Διόμεια*.

— *Τὰ * ξενώσων ἱερὰ Ἡρακλεῖ Ἥρωϊ ἔδειξε, καὶ κύων λευκὸς ἁρπάσας τὰ μηρία εἰς τοῦτο τὸ χωρίον ἤνεγκεν*] MSS. *τὰ ξενώσων Ἡρακλεῖ ἥρωι ἱερὰ ἔδειξε καὶ αὐτῷ κύων*, etc.

*Κυνὸς κεφαλαὶ, λόφος τῆς Θεσσαλίας*] In Vita Pindari una voce legitur: *ἀπὸ κώμης Κυνοκεφάλων.*

*Κυνόσουρα, ἄκρα Ἀρκαδίας, ἀπὸ Κυνοσούρου τοῦ Ἑρμοῦ. τὸ ἐθνικὸν, Κυνοσουρεὺς, καὶ Κυνοσουρὶς θηλυκόν*] Hesychius: *Κυνόσουρα, φυλὴ Λακωνικὴ καὶ ἄκρα τοῦ Μαραθῶνος πρὸς τὴν Εὔβοιαν τετραμμένη.* Callimachus Hymno in Dianam v. 94. *Κυνοσουρίδας* canes appellat Laconicas iuxta Scholiasten: qui addit, *Κυνοσουρὶς γὰρ τόπος Λακωνικῆς.* Similiter Clemens Alexandrinus in Protrept. pag. 18. postquam adduxisset Euripidis versus, in quibus Aesculapius fulmine percussus dicitur, addit: *οὗτος μὲν οὖν κεῖται κεραυνωθεὶς ἐν τοῖς Κυνοσουρίδος ὁρίοις. Hic ergo ictus fulmine iacet in finibus Cynosyridis.*

*Κυνόσσημα, τόπος Λιβύης.*

— *Ἔστι καὶ ἄλλο χωρίον*] Meminit Euripides Hecuba v. 1273.

*Κυνὸς ταλαίνης σῆμα, ναυτίλοις τέκμαρ.*
*Canis misarae sepulcrum, nautis signum.*

Ubi Scholiastes Graecus: *Περὶ τοῦ Κυνὸς σήματος καὶ Ἀσκληπιάδης φησὶν, ὅτι Κυνὸς καλοῦσι δυσμόρου σῆμα.*

*Κύνουρα, πόλις Ἀργοῦς, ἀπὸ Κυνούρου, παιδὸς Περσέως· Παυσανίας τρίτῳ*] Pausanias lib. III. pag. 160. *Λέγονται δὲ οἱ Κυνουρεῖς Ἀργεῖοι, τὸ ἀνέκαθεν εἶναι καὶ οἰκιστὴν φασιν* 179
*αὐτὸν Κύνουρον γενέσθαι τὸν Περσέως. Cynurenses quidem ab* a
*Argivis oriundos esse et in coloniam a Cynuro Persei filio deductos, memoriae proditum est.* In Pyrrhi Ligorii Collectionibus nummus extat, in quo circum iuvenis, quem ipse *Cynurum* putat, imaginem legitur: *ΚΥΝΟΥΡΑΙΩΝ.* In aversa parte caput Minervae conspicitur, cum duabus hinc inde literis *Ο Φ.*

— *Καὶ Κυνούριος, καὶ Κυνουρία*] Sic appellantur Herodoto bis lib. VIII. cap. 73. Formarunt et *Κυνουραῖος*, ut ex nummo constat, tum Pausania lib. VIII. pag. 498.

*Κυνῶν νῆσος, Λιβυκὴ νῆσος.*

— *Ὁ νησιώτης, Κυνονησίτης*] In nummo apud Goltzium occurrit: *ΚΥΝΟΝΗΣΙΩΝ.*

*Κυνῶν πόλις, Αἰγυπτία πόλις. ὁ οἰκῶν, Κυνοπολίτης· ἐν ᾗ πόλει Ἄννουβις τιμᾶται*] Scribe, *Ἄνουβις* per *ν* simplex; Graecis enim Latinisque poëtis prior syllaba corripitur. In Collectionibus Ligorii visitur Hadriani nummus in cuius aversa parte *Anubis* expressus est sinistra sistrum, dextra crucem ansatam gestans, cum hac inscriptione: *ΚΥΝΟΠΟΛΙΤΩΝ. Anubis* autem forma canina pingebatur: de quo videndus Plutarchus lib. de Iside et Osiride pag. 356. et 368.

*Κυπαρισσαία, πόλις Τριφυλίας, ἥτις Ἔραννα ἐκαλεῖτο*] Eustathio ad Iliad. *B.* pag. 297. ex Strabone *Κυπαρισσία* dicitur altera illa *Messeniae*, sive *Triphyliae*, civitas, diversa a *Cyparisseente*, de qua mox: et ita Straboni ipsi lib. VIII. pag. 349.

*Κυπαρισσήεις, πόλις τῆς Μεσσηνίας. Ὅμηρος,*

*Καὶ Κυπαρισσήεντα, καὶ Ἀμφιγένειαν ἔναιον*] Homerus Iliad. *B.* v. 593.

*Κυπάρισσος, πόλις ἐν Παρνασσῷ κατὰ τοὺς Δελφοὺς, ἡ πρότερον Ἔρανος*] Eustathius ad Iliad. *B.* v. 519. pag. 274. *ἐκάλουν δὲ αὐτὴν καὶ Κυπαρισσοῦντα, καὶ Ἀπολλωνιάδα· πρότερον δέ ποτε καὶ Ἔραννον ἐν δυσὶ νν.* Et ante quoque a nostro *Cyparissia* olim *Ἔραννα* dicitur appellata.

*Κύπασις πόλις περὶ Ἑλλήσποντον*] Apud Scylacem in Thraciae descriptione legitur: *Κύπασγις.*

*Κύπρος, νῆσος μεγάλη ἐν τῷ Παμφυλίῳ κόλπῳ, ἀπὸ Κύπρου τῆς θυγατρὸς Κινύρου*] Constantinus lib. I. de Them. The-

mate xv. Ἡ μὲν Κύπρος νῆσός ἐστι μεγάλη καὶ ἐπιφανεστάτη, κειμένη ἐν τῷ Παμφυλίῳ πόλπῳ, καθώς φησιν ὁ περιηγητὴς Διονύσιος·

*Κύπρος δ' εἰς αὐγὰς Παμφυλίου ἔνδοθι πόντου.*

Ἐκλήθη δὲ ἀπὸ Κύπρου τῆς θυγατρὸς Κινύρου. *Porro Cyprus insula est magna et illustris in sinu Pamphylio sita, quemadmodum scribit Dionysius Periegetes:*

*Pamphylio in ponto Cyprus se tendit ad ortum.*

179 *Appellationem vero suam accepit a Cypro filia Cinyri.* Eustathius
b vero ad Dionysium pag. 72. Τινὲς δέ φασι Κύπρον κληθῆναι αὐτὴν ἀπὸ Κύπρου υἱοῦ Κινύρου.

— Ἀστύνομος δέ φησι, κύπτον κεκλῆσθαι διὰ τὸ κρύπτεσθαι πολλάκις ὑπὸ τῆς θαλάσσης] Rescribe cum MSS. Κρύπτον. Eustathius d. l. Οἱ δὲ Κρύπτον ποτὲ κληθῆναι αὐτὴν λέγουσι διὰ τὸ κεκρύφθαι ὑπὸ θαλάσσης. Immo Plinius ex ipso *Astynomo* sic appellatam dicit lib. v. cap. 31. *Vocatam ante Acamantida* (tradit) *Philonides; Cerastin Xenagoras et Aspeliam et Amathusiam et Macariam; Astynomus Crypton et Coliniam.*

— Ἐκαλεῖτο δὲ καὶ Κεραστὶς, ἀπὸ τοῦ πολλὰ ἄκρα ἔχειν, καὶ Κεραστιάς] Κεραστιὰς etiam dicitur Hesychio. Κεραστιὰς ἡ Κύπρος ποτέ. Lycophroni tamen, Etymologo, Eustathio d. l. et Tzetzi ad Lycophronem pag. 79. Κεραστία. Nostro Κεράστεια, infra v. Σφήκεια.

— Καὶ Σφήκεια, καὶ Ἀκαμαντίς] Hunc Stephani locum laudat Etymologus: Σφήκεια, ἡ Κύπρος, πρότερον γὰρ Σφήκεια ἐκαλεῖτο, ὥς φησι Στέφανος. Verum contextum Etymologi ibi corruptum esse existimo, scribendumque: ὡς Φιλοστέφανος. Nam et a Constantino Porphyrogenneta lib. I. de Them. Themate xv. post verba paullo ante ex eo adducta additur: ὡς Φιλοστέφανος ἐν τῷ περὶ νήσων. et Tzetzes ad Lycophronem d. l. pariter: ἡ Κύπρος πρότερον Σφήκεια ἐκαλεῖτο, ὥς φησι Φιλοστέφανος.

Κυραυνὶς, νῆσος κατὰ Γύζαντας, τοὺς ἐν Λιβύῃ· Ἡρόδοτος τετάρτῃ] Κύρανις hodie scribitur apud Herodotum lib. IV. cap. 195. praeterea κατὰ Ζύγαντας, non Γύζαντας, ut hic. Vide quae notata de gentis huius nomine supra v. Γύζαντες.

Κύρβασα, ὡς Πόδασα, Μέδμασα, πόλις Καρίας] Lege: ὡς Πήδασα. uti scribitur infra v. Πήδασα.

Κυρήνη, πόλις Λιβύης, ἀπὸ Κυρήνης τῆς Ὑψέως] Scholiastes Graecus verba Apollonii Rhodii lib. II. v. 502.

*Κυρήνη πέφαται τις ἕλος παρὰ Πηνειοῖο*
*Μῆλα ῥέμεν προτέροισι παρ' ἀνδράσιν.*

*Cyrena quaepiam iuxta Penei paludem, ut perhibuit Antiquitas, pavit oves.*

sic explicat: *ἤγουν λέγεται, ὅτι Κυρήνην τὴν Ὑψέως ὁ Ἀπόλλων θεασάμενος παρὰ Πηνειὸν, εἰς Λιβύην ἐκόμισεν. Ἔνθα μιγεὶς αὐτῇ (ὅπου καὶ Κυρήνη πόλις ἔκτισται) τὸν Ἀρισταῖον ἐγέννησε. Λέγουσι δὲ Κυρήνην οἱ μὲν Πηνειοῦ, οἱ δὲ Ὑψέως τοῦ Πηνειοῦ.* Hinc *Cyrene* *Ὑψηΐς* dicitur. Et in *Cyrenensium* nummo, in cuius uno latere laserpitium conspicitur, quod circa hanc civitatem proveniebat, unde succus exprimebatur lacteus, qui inter delicias erat antiquitatis, teste Theophrasto, circa plantam hanc 180
legitur, *KTP.* ab altera parte caput muliebre expressum est ad- a
ditumque *K.* unde *Cyrenes* esse colligo.

— *Ἡ Κυρῆς πηγῆς ἐγχωρίας*] Eustathius ad Dionysium pag. 32. *ἢ ἀπὸ Κυρήνης πηγῆς ἐγχωρίου.* Sed Callimachus Hymno in Apollinem v. 88. vocat plane ut hic:

*Οἱ δ' οὔπω πηγῆς Κυρῆς ἐδύναντο πελάσσαι*
*Δωριέες.*
*Sed ad fontem Cyren accedere nondum poterant*
*Heraclidae.*

In quo loco Nicodemus Frischlinus *Κυρνῆς* legit contracte pro *Κυρήνης.* Sed nihil mutandum censeo, tum propter Scholiasten, tum propter nostrum, quibus fons iste *Κυρὴ* dicitur. At pro *ἐγχωρίας* legendum, *ἐγχωρίου.*

*Κύρις, μητρόπολις Σαβίνων.*

— *Τὸ κνητικὸν, Κυρήτιος, καὶ Κυρητία ἡ Ἥρα*] Scribe: *Κυρίτιος καὶ Κυριτία* per ι.

*Κύρου πόλις, ἣ καὶ Κυρίσχατα καλεῖται, πόλις πρὸς ταῖς ἐσχάτοις Περσίδος*] Lege, *ἣ καὶ Κυρίσχατα.* Strabo lib. XI. pag. 517. *Κύρα* appellat numero plurali: *καὶ τὰ Κύρα, ἔσχατον ὂν Κύρου κτίσμα ἐπὶ τῷ Ἰαξάρτῃ ποταμῷ κείμενον, ὅπερ ἦν ὅριον τῶν Περσῶν ἀρχῆς. Cyra, ultimum eorum, quae Cyrus condidit ad Iaxartem fluvium sita et terminum Imperii Persici.* Inde *Κυρέσχατα* dicta, quasi *Κύρου τὰ ἔσχατα*, Ptolemaeo lib. VI. cap. 12. Immo ex ipsius Stephani verbis, in quibus rationem nominis reddere conatur, *Κυρίσχατα* eum scripsisse patet. Similiter *Ἀλεξανδρίσχατα ἐν Σκύθαις* apud Appianum in Syriac. p. 125.

— *Κυρεχατηνοί*] Scribe: *Κυρεσχατηνοί.*

— *Καμβυσσηνοί*] Scribe: *Καμβυσηνοὶ* per σ simplex. Vide supra h. v.

*Κύῤῥος, πόλις Συρίας*] Duplex huius urbis scriptura est, *Κύῤῥος* et *Κύρος.* eandemque varietatem in gentilitiis observare est. Procopius lib. II. de Aedific. Iustiniani dicit urbem hanc conditam a Iudaeis e captivitate Babylonica a *Cyro* dimissis, nomen-

que Regis liberatoris grati animi signum a reversis urbi huic inditum. Scribitur autem ibi *Κύρος*. et sic pariter apud Gennadium in Catalogo Viror. Illustr. v. *Theodoretus*. Et ita idem Theodoretus, qui fuit Episcopus huius loci, *ὁ Κύρου* passim vocatur. Apud Epiphanium Haeresi LXXIII. cap. 26. occurrit *Αὔγαρος, ἐπίσκοπος Κύρου Εὐφρασίας*. ubi haud dubie corrigendum *Εὐφρατησίας*. Nam Hierocles manu exaratus in Synecdemo loco XLVIII. *Εὐφρατησίαν* ponit provinciam, cuius metropolis Hiera-
180 polis, cui deinde primo loco *Κύρος* subiungitur. De *Euphratesia*
b vide quae notata supra v. *Γερμανίκεια*. *Κύῤῥος* autem per duo ῥῥ praeterquam apud nostrum scribitur etiam apud Ptolemaeum lib. v. cap. 15. et in Theodoreto *ἁ Κύῤῥου* ipse dicitur. Quam scripturam Illust. Card. Perronius mutat.

— *Ἡ ἀκρόπολις Σίνδαρας*] Lege: *Γίνδαρος*. Haec enim vicina omnino erat *Cyrro*, uti ex Tabulis Ptolemaicis videre est. Deinde Strabo, unde hic locus expressus est, dubitare plane non patitur lib. XVI. pag. 751. *Ἐνταῦθα δ' ἐστὶ πόλις Γίνδαρος, ἀκρόπολις τῆς Κυρηστικῆς καὶ λῃστήριον εὐφυές. Hoc in loco est Gindarus civitas, Cyresticae regionis arx et aptum latronibus receptaculum.* Sed notandum Strabonem arcem hanc regioni tribuere; nostrum ad solam urbem *Cyrum*, unde regioni nomen, eandem restringere, neacio an satis recte. Postea *Ἀγιούπολις* dicta est, unde *Ἐπαρχία Εὐφρατησίας καὶ Ἀγιουπόλεως* Provincia *Euphratensis* et *Cyrestica*.

*Μοσσύνοικοι, ἔθνος, περὶ οὗ Εὔδοξος ἐν πρώτῳ γῆς περιόδου*] Scribe per σσ geminum *Μοσσύνοικοι*, prout postulat ordo literarum, et scribitur supra vv. *Μελάγχλαινοι* et *Μητρόπολις*: infra v. *Τιβαρηνία*. Atque ita apud Apollonium lib. II. Argonaut. v. 879. eiusque Scholiasten et reliquos fere omnes auctores gentis huius nomen scriptum legitur. Per unum tamen σ apud Eustathium exaratum exstat ad Dionysium pag. 100. licet apud ipsum Dionysium per σσ duplex scribatur.

*οἳ Μόσσυνας ἔχουσι*
*Δουρατέους.*

Melae lib. I. cap. 19. *Mossyni*, Orpheo etiam *Μόσυνοι* dicuntur per σ simplex, v. 770.

*λαοί τ' ἐπίχειρες,*
*Μίγδην ἐν Μοσύνοισι πέδον περιναιετάουσι.*

*Μόσυλον, ἀκρωτήριον καὶ ἐμπόριον Αἰθιοπίας. Μαρκιανὸς ἐν πρώτῳ περιόδου*] Hinc *βλάκτος Μοσυλῆτις* apud Dioscoridem lib. I. cap. 12. quae rectius capite sequenti *Μοσυλίτις* dicitur.

*Μόσχοι, Κόλχων ἔθνος, προσεχὲς τοῖς Ματιηνοῖς*] Vide quae notata supra v. *Ματιανή*.

*Μοτύη, πόλις Σικελίας, ἀπὸ Μοτύης Γυναικὸς, μηνυσάσης Ἡρακλεῖ τοὺς ἐλάσαντας τοὺς αὐτοῦ βοῦς.*

— *Τὸ ἐθνικὸν, Μοτυσαῖος*] Lege, *Μοτυαῖος*, ut supra v. *Κοσύτη*. Hinc in tribus nummis apud Parutam, pag. 91. *ΜΟΤΥΑΙΟΝ*.

*Μοτύλαι, Σικελίας φρούριον, περὶ τὴν Μοτύλην*] Cluverius existimat Epitomatoris vitio unum eundemque locum in duo diversa secretum. Valguarnera corrigendo sanare locum conatur hoc modo: *Μότυον Σικελίας φρούριον παρὰ τὴν Μοτύην*. Verum quidem, *Motyum* castellum fuisse Siciliae, uti patet ex Diodoro, sed ab urbe *Motya* tanto intervallo dissitum, ut neque *περὶ*, neque *παρὰ Μοτύην* iacuisse commode dici posset.

*Μουνυχία, λιμὴν Ἀττικῆς, ἀπὸ Μουνύχου*] Harpocration: *Μουνυχία, τόπος παραθαλάσσιος ἐν τῇ Ἀττικῇ. Ἑλλάνικος δὲ ἐν τῇ δευτέρᾳ Ἀτθίδος, ὠνομάσθαι φησὶν ἀπὸ Μουνυχίου τινὸς βασιλέως τοῦ Πανδιονίδου.* Quae omnia extant etiam apud Suidam.

— *Καὶ ἱερὸν Μουνυχίας Ἀρτέμιδος*] Callimachus de Diana in Hymno eius v. 259.

211 b *Πότνια Μουνυχίη, λιμενοδόκε χαῖρε Φερραίη.*
*Sancta Munychia, portus tutans salve Pheraea.*

Photius P. CP. in lexico MS. etiam Minervam vocat *Munycliam*,

hit verbis: *Μουνυχία, τόπος τοῦ πειραιῶς, ἀπὸ Μουνυχίας Ἀθηνᾶς, ἥτις ἐπωνομάσθη ἀπὸ Μουνύχου τοῦ Παντευκλέους.*

*Μοῦρσα, πόλις Ἰωνίας, κτίσμα Ἀδριανοῦ*] Iosephus Scaliger ad Eusebium p. 254. docet legendum *Παιονίας* vel *Παννονίας*. utroque enim modo regio haec appellata est a veteribus. *Mursam* autem *Pannoniae* urbem esse cum ex aliis tum e Iuliano patet, Orat. I. pag. 65. et Orat. II. pag. 110. et 111. describente proelium ad *Mursam*, quo Magnentius a Constantio victus. Sed Iuliano *Μύρσα* dicitur, non *Μοῦρσα*.

— *Λέγεται, καὶ Μούρσιον*] Theophylacto Simocattae. *Μούρσια* Ptolemaeo.

*Μόψιον, πόλις, τῆς Πελασγιώτιδος χώρας Θεσσαλίας. Στράβων ἐννάτῃ.*

— *Ἄλλος δέ ἐστι Μόψιος, ἀφ' οὗ οἱ Ἀττικοὶ Μοψοπίαι*] En oscitantiam Epitomatoris! Utique ex his ipsis verbis sequitur in prioribus mentionem factam alterius *Mopsi*, unius scilicet e Lapithis, unde illa Thessaliae urbs denominata sit. Quae per nimiam festinationem hic omissa sunt. Res ex Strabone, unde haec deprompta sunt, luce meridiana clarius apparet, lib. IX. pag. 443. *Μόψιον δ' ὠνόμασται οὐκ ἀπὸ Μόψου τοῦ μάντεως, τοῦ Τειρεσίου, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ Λαπίθου τοῦ συμπλεύσαντος τοῖς Ἀργοναύταις· ἄλλος δ' ἐστὶ Μόψος ἀφ' οὗ ἡ Ἀττικὴ Μοψοπία. Porro Mopsium nomen habere non a Mopso vate Tiresiae filio, sed a Mopso Lapitha, qui Argonautis expeditionis socius. Est et alius Mopsus, a quo Attica, Mopsopia.* Sed apud Strabonem meliores codices in postremo loco habent *Μόψοπος*, et similiter ante, eodem lib. pag. 397. *Ἀτθίδα δὲ καὶ Ἀττικὴν, ἀπὸ Ἀτθίδος τῆς Κραναοῦ, ἀφ' οὗ καὶ Κραναοὶ οἱ ἔνοικοι. Μοψοπίαν δὲ ἀπὸ Μοψόπου. Attidem vero et Atthicam* (dicunt) *ab Atthide Cranai filia, a quo et incolae Cranai: Mopsopiam a Mopsopo.* Et certe Atticus iste si *Mopsus* fuisset appellatus, Attica non *Μοψοπία* sed *Μοψία* dicta esset. Unde sequitur aut *Μόψοπος* esse legendum in priore Strabonis loco, aut potius *Μόψοψ*, uti mox probabimus amplius. Quod si errorem hunc Stephani Epitomatori adscribamus (occurrit enim pariter apud Eustathium) saltem in sequentibus verbis emendandum videtur, *ἀφ' οὗ οἱ Ἀττικοὶ, Μοψοπίοι*, pro *Μοψοπίαι*. vel scribendum quomodo apud Strabonem: *ἀφ' οὗ Ἀττικὴ Μοψοπία.*

*Μοψοπία, ἡ Ἀττικὴ, ἀπὸ Μόψοπος. Καλλίμαχος, ἄρρητος ἢ Μόψοψ*] Suidas v. *Εὐφορίων. Ἡ ἀττικὴ τὸ πρὶν Μοψοπία ἐκαλεῖτο ἀπὸ τῆς Ὠκεανοῦ θυγατρὸς Μοψοπίας. Attica olim vocabatur Mopsopia ab Oceani filia Mopsopia.* Strabo duobus locis lib. IX. *ἀπὸ Μοψόπου.* Eustathius ad Dionysium pag. 60. 212 a.

ἀπὸ Μόψου. sed Lycophron cum Callimacho concinit, Cassandra v. 733.

*Κραίνων ἁπάσης Μόψοπος ναυαρχίας.*
*Imperator totius Mopsopis classis.*

Unde videtur Strabo corrigendus ex hoc Stephani loco, et *Mopsopi* nomen esse verum illius, a quo Attica *Mopsopia* dicta. [Μόψου ἕστία, Κιλικίας, ἐπὶ τῷ Πυράμῳ ποταμῷ, ἀπὸ τοῦ Μόψου μάντεως.] Hieronymus in Epitaphio Nepotiani locum hunc *Mopsi viculum* vocat: *Constantius Arianae fautor haereseos, dum contra inimicum paratur et concitus fertur ad pugnam, in Mopsi viculo moriens, magno dolore hosti reliquit imperium.* Per *inimicum* intelligit Iulianum. Sed alii non *Mopsuestiae* defunctum Constantium, sed *Mopsucrenis* scribunt, ut Ammianus lib. XXI. pag. 199. Chronicon Alexandrinum pag. 684. caeterum Plinio lib. V. cap. 27. *Mopsuestia* dicitur *Mopsos* in Ciliciae descriptione: *oppida Mallos, Magursos et intus Tarsos, campi Aleii; oppida Cassipolis, Mopsos liberum Pyramo impositum.* Quae verba Vincentius Riccardus in notis ad Epistolas S. Procli pag. 606. frustra sollicitat. Liberum enim oppidum fuisse patet ex lapide apud Gruterum pag. 255. in quo sequens inscriptio:

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΙ ΚΑΙΣΑΡΙ
.·.·.·.ΟΥ ΑΔΡΙΑΝΟΥ ΤΙΩ .·.·.·. ΟΥ
ΤΡΑΙΑΝΟΥ ΠΑΡΘΙΚΟΥ ΤΙΩΝΩ .·.·.·. ΟΥ
ΝΕΡΟΥΑ ΕΚΓΟΝΩ ΤΙΤΩ ΑΙΛΙΩ ΑΔΡΙΑΝΩ
ΑΝΤΟΝΕΙΝΩ ΣΕΒΑΣΤΩ ΕΥΣΕΒΕΙ
ΑΡΧΙΕΡΕΙ ΜΕΓΙΣΤΩ ΔΗΜΑΡΧΙΚΗΣ ΕΞΟΥ. ΣΙΑΣ
ΤΟ. Γ. ΥΠΑΤΩ ΤΟ. Γ. Π. Π. ΤΩ ΕΥΕΡΓΕΤΗ ΚΑΙ
ΣΩΤΗΡΙ ΑΔΡΙΑΝΗΣ ΜΟΨΟΥΕΣΤΙΑΣ ΤΗΣ
ΚΙΛΙΚΙΑΣ ΙΕΡΑΣ ΚΑΙ ΕΛΕΥΘΕΡΑΣ ΚΑΙ ΑΣΥΛΟΥ
ΚΑΙ ΑΥΤΟΝΟΜΟΥ ΚΑΙ ΦΙΛΗΣ ΚΑΙ ΣΥΜΜΑΧΟΥ
ΡΟΜΑΙΩΝ ΗΒΟΥΛΗ ΚΑΙ Ο ΔΗΜΟΣ ΔΙΑ ΤΗΣ
ΘΕΙΑΣ ΑΥΤΟΥ ΔΙΚΑΙΟΔΟΣΙΑΣ ΒΕΒΑΙΑ
ΤΗΡΗΣΑΝΤΟΣ ΑΥΤΗ ΤΑ ΕΞΑΡΧΗΣ ΔΙΚΑΙΑ

Nomen urbs haec accipisse dicitur, ἀπὸ Μόψου τοῦ μάντεως· a quo illam conditam tradit Procopius lib. V. de Aedific. Iustin. Duo autem *Mopsi* fuere, vates ambo; alter Thessalus, alter Argivus: verum de Argivo hic sermo est. Cicero lib. I. de Divin. cap. 40. *Ampilochus et Mopsus Argivorum reges fuerunt, sed iidem augures: iisque urbeis in ora maritima Ciliciae Graecas condiderunt.* Vide plura apud Henricum Valesium ad Ammianum pag. 40. *Mopsuestia* autem vel una coniuncta, vel duabus distinctis vocibus scribitur. In lapide autem ante adducto *Hadriana* cognominatur.

— Ὁπολίτης, Μοψεάτης, κατὰ παραγωγὴν μιᾶς τῶν λέξεων] Hinc in nummo insigni Caracallae, circum Iuliae Domnae caput, apud Franc. Gotifredum: ΜΟΨΕΑΤΩΝ. et in Subscript. Concilii Nicaeni occurrit *Mopseates* quidam Episcopus, qui tamen in nonnullis codd. *Mopsuestiensis*. Et Theodori *Mopsuestiensis* cognomen satis ostendit ἐθνικὸν etiam fuisse Μοψουεστηνιούς. 212 b

Μυγδονία, Μοῖρα Μακεδονίας· καὶ ἑτέρα Φρυγίας τῆς μεγάλης ἀπὸ Μύγδονος· τινὲς δὲ Μάρδους αὐτούς φασι] Lege, Μαιδοὺς α. quomodo etiam legit Salmasius. Vide supra v. Μαιδοί.

Μύης, Μύητος, ὡς Φράγης, Φράγητος, πόλις Ἰωνικῆ. Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ· Τὸ ἐθνικὸν, Μυήσιος, ὡς Φραγήσιος] Scribe, Φάγρης, Φάγρητος. et Φαγρήσιος. Vide infra vv. Φάγρης et Τύνης.

Μυκάλη, πόλις Καρίας. Ἡρόδοτος ἕκτῃ] Videtur legendum, πρώτῃ. Nam lib. I. cap. 148. *Mycalen* describit *Herodotus*.

— Τρύφων δὲ Μυκαλεύς φησιν, ἐν παρωνύμοις] Eustathius ad Homeri Iliad. B. pag. 266. Μυκαλίωι Διὸς ἱερὸν in *Mycalesso* Cariae commemorat. Unde liquido apparet *Mycalen* et *Mycalessum*, quamvis in eo sibi non constet ipse Eustathius, easdem esse.

— Λέγεται καὶ θηλυκῶς Μυκαλησὶς, ὡς Σώστρατος ὁ φαναγορίτης] Scholiastes Graecorum Epigrammatum totum hunc locum descripsit, lib. III. pag. 361. sed pleraque vitiosius quam hic leguntur; ita autem haec verba: λέγεται καὶ θηλυκῶς Μυκαλιῖς, ὡς Σώστρατος ὁ Φανηγορήτης. Unde posset aliquis putare scriptum hic fuisse, Μυκαληῖς. Quo pertinet etiam versus Oraculi apud Eusebium lib. v. De Praeparat. Euang. cap. 16. pag. 204.

Ἐν Διδύμων γυάλοις Μυκαλήϊον ἔνθεον ὕδωρ.
*In Dydimorum cavitatibus Mycaleia divina aqua.*

quem locum ex Pausania lib. v. pag. 299. optime illustrat Vigerus. Nihil tamen mutandum patet ex Callimacho, apud quem Hymno in Delum, v. 50.

οὔπω γὰρ ἦν Σάμος, ἠνί σε νύμφαι
Γείτονες Ἀγκαίου Μυκαλησίδες ἐξείνισαν.
*Nam tunc Samus nondum erat, ubi te nymphae*
*Vicinae Ancaei Mycalesides hospitio exceperunt.*

Ergo ἀπὸ τῆς Μυκαλῆς fiunt Μυκαλεὺς, Μυκαλήσιος et Μυκάλειος seu Μυκαλήϊος. Quod postremum etiam apud Claudian. invenitur lib. II. in Eutrop. v. 264.

*Icarium Pelagus Mycaleaque littora iuncti*
*Marsya Maeanderque petunt.*

Deinde ita scribitur mox:

— *Δίδυμος δ' ὄρος τὴν Μυκάλην φησίν· ἐκλήθη δὲ, ἐπεὶ αἱ λοιπαὶ γοργόνες ἐπὶ τόκῳ μυκώμεναι, τὴν κεφαλὴν Μεδούσης ἀνεκαλοῦντο*] Dictus Scholiastes simpliciter una voce: *ἐκμυκώμεναι*. Eustathius ad Homeri Iliad. *B*. pag. 368. tamquam ex nostro: *ἐπεὶ αἱ γοργόνες ἐπὶ τοῦ ὄρους τούτου μυκώμεναι, τ. κ. μ.*

213 *α*. Forte scripsit: *ἐπὶ τῷ τόπῳ μυκώμεναι*. ut v. *Κάρυστος* et
a passim alibi. Referri huc etiam illa ratio potest, quam Eustathius *Mycalesso* Boeotiae adsignat, ad eundem librum pag. 266. *ἢ ἀπὸ τοῦ ἐκεῖ γεγονυίας τὰς γοργόνας μυκήσασθαι.*

*Μυκαλησσὸς, πόλις μεσογεία Βοιωτίας.*

— *Ἔστι καὶ ἄλλη Καρίας*] Non est alia quam *Μυκάλη*, quam ante descripsit.

— *Ἔστι καὶ ὄρος Μυκαλησσὸς, ἐναντίον Σάμου· καὶ Μυκαλησσὶς, τὸ θηλυκόν*] Puto esse eundem cum *Mycale*, et confinxisse propter sequens gentile, quod et a *Mycale* formari supra ostendit.

*Μυκῆναι, πόλις Πελοποννήσου· Ὅμηρος,*
*Οἱ δὲ Μυκήνας εἶχον*] Homer. Iliad. *B*. v. 569.

*Οἱ δὲ Μυκήνας εἶχον ἐϋκτίμενον πτολίεθρον*
*Qui autem Mycenas tenebant bene aedificatam urbem.*

Scholiastes vetus ad tertium Sophoclis versum in Electra, *Τὸ γὰρ παλαιὸν Ἄργος οὐ πόθεις, τόδε·* haec habet: *Ἄργος, τὰ περὶ τὰς Μυκήνας χωρία λέγει· καὶ αὐταὶ αἱ Μυκῆναι λέγονται Ἄργος. Μυκῆναι δὲ ἡ προκαθεζομένη τοῦ Ἄργους πόλις· ὥσπερ Σπάρτη. ἡ προκαθεζομένη πόλις τῆς Λακεδαιμονίας· Λακεδαιμονία δὲ, τὰ περὶ αὐτὴν χώρία.*

— *Ἀπὸ Μυκηναίου τοῦ Σπάρτωνος, τοῦ Φορωνέως ἀδελφοῦ*] MSS. *ἀπὸ Μυκηνέως*. et ita Eustathius ad Iliad. *B*. pag. 289. in fine.

— *Ἢ ἀπὸ μύκητος τοῦ ξίφους, ὃ ἐφόρει Περσεὺς, οὗ κεφάλοντος κατὰ πέλευσιν Ἑρμοῦ τὴν πόλιν ἔκτισεν*] Ita et Eustathius dicto loco. Quod Nicander sequutus est in Alexipharm. v. 103. agens de arbore Persea:

*Περσεὺς ἦν ποτε πόσσι λιπὼν κηφηΐδα γαῖαν,*
*Αὐχέν' ἀποτμήξας ἁρπηγονόεντα Μεδούσης,*
*Ῥεῖα Μυκηναίησιν ἐνηέξησεν ἀρούρης,*
*Κηφῆος νέα δῶρα, μύκης ὅθι κάππεσεν ἅρπης,*
*Ἄκρον ὑπαὶ πρηῶνα Μελανθίδος.*

*Hanc olim Perseus postquam Cepheia liquit*
*Arva et foecunda praecidit colla Medusae*

*Cephei nova dona, Mycenis intulit agris,*
*Ensis ubi capulus cecidit, quem Graeca Mycetem*
*Lingua vocat, super alta Melanthidis.*

Ad quem locum Scholiastes: *Μύκης κυρίως τὸ ἄκρον τοῦ ξίφους, τὸ κατακλεῖον τὴν θήκην. Ἀπὸ τοῦ μύκητος τοῦ ξίφους φησὶ πεσόντος, ὠνομάσθαι, τὰς Μυκήνας· τινὲς δὲ ἀπὸ Ἡρωΐδος νύμφης, ἧς μέμνηται καὶ Ὅμηρος, Τηρώ τ', Ἀλκμήνη τ' εὐστέφανός τε Μυκήνη.*

— *Καὶ Μυκηνεύς*] Meminit hinc Eustathius dicto loco.

*Μυκοὶ, ἔθνος· περὶ οὗ Ἑκαταῖος ἐν Ἀσίᾳ, Ἐκ Μυκῶν εἰς Ἀράξινόν ποτε*] Apud Herodotum lib. III. cap. 93. in contextu *Μίκων* perperam legitur, in margine recte *Μύκων*. et ita bis scribitur lib. VII. cap. 68. In verbis autem *Hecataei* forte scribendum: *εἰς Ἀράξηνόν ποτε.*

*Μύκονος, μία τῶν Κυκλάδων, ἀπὸ Μυκόνου, τοῦ Ἀἰνείου, τοῦ Καριστοῦ καὶ Ῥυοῦς τῆς Ζάρηκος*] Strabo et Eustathius ad Dionysium pag. 76. *Μύκονος*, scribunt per *o* parvum: reliqui fere per *ω*, *Μύκωνος*. Sed priorem scripturam tuetur Lucilii Hemistichion apud Donatum in Terentii Hecyram, Act. III. Sc. IV. 218 b

*Myconi calva omnis iuventus.*

Videtur etiam *Μύκων* recto casu appellata. Zenobius Cent. V. Prov. 21. *Μυκώνιος Γείτων*. quod explicat: *αὕτη τέτακται ἐπὶ τῶν διαβεβλημένων ἐπὶ σμικρότητι καὶ μικροπρεπείᾳ παρὰ τὴν σμικρότητα τῆς Μύκωνος νήσου καὶ εὐτέλειαν. Usurpatum adagium in homines ob exilitatem vilitatemque contemptos a Mycone insula exigua admodum.* MSS. autem hic habent: *τοῦ Αἰνίου τοῦ Καρυστοῦ*, etc.

— *Καὶ Στράβων τρίτῃ*] Immo, *δεκάτῃ*. ut observavit etiam Schottus ad Zenobium Cent. V. Prov. 17. *Μία Μύκωνος*. quem, si lubet, adi. Extat autem hic locus apud Strabonem lib. X. p. 487.

— *Μύκονος δ' ἐστὶν, ἐφ' ᾗ μυθεύονται κεῖσθαι τῶν γιγάντων τοὺς ὑγιεινοτάτους ὑφ' Ἡρακλέους καταλυθέντας*] Pro *ὑγιεινοτάτους* in vulgatis Strabonis exemplaribus legitur *ὑστάτους*, sed in quibusdam veteribus codicibus teste Casaubono, ut hic. Petavius ad Themistium pag. 522. reponendum censet *δεινοτάτους*. Ego *ὑγιεινοτάτους* rectum censeo; explico autem *robustissimos, valentissimos* vel *validissimos.*

— *Ἀφ' ὧν ἡ παροιμία· Πάντα ὑπὸ μίαν Μύκονον, ἐπὶ τῶν ὑπὸ μίαν γραφὴν ἀγαγόντων τὰ διῃρημένα τῇ φύσει*] Ex hoc loco corrigendus Strabo, apud quem perperam *διηρτημένα* legitur pro *διῃρημένα.*

— *Καὶ τοὺς φαλακροὺς δέ τινες Μυκονίους καλοῦσιν, ἀπὸ τοῦ τὸ πάθος τοῦτο ἐπιχωριάζειν τῇ νήσῳ*] Donatus ad dictum modo Hecyrae locum, in quo *Callidemides hospes Myconius* dicitur

*Magnus, rubicundus, crispus, crassus, caesius,*
*Cadaverosa facie.*

*Imperite Terentium de Myconio* crispum *dixisse aiunt, cum Apollodorus calvum dixerit: quod proprium Myconis est, ut Lucilius*, Myconi calva omnis iuventus. *Unde etiam proverbium Graecum Μυκώνιος φαλακρός. Sed ego Terentium puto scientem facetius Myconium* crispum *dixisse.*

— *Ὁ νησιώτης, Μυκόνιος*] Sic *Μυκώνιος γείτων* apud Zenobium d. l.

*Μύλαι, πόλις Σικελίας.*

— *Εἰσὶ γὰρ οὕτω λέγουσι*] MSS. *λέγονται.*

— *Καὶ θηλυκὸν, Μυλαῖτις*] Scribe, *Μυλαῖτις.* Occurrit apud Polybium lib. I. pag. 23. sed ibi perperam ediderunt, *τὴν Μυλασῖτιν χώραν*, pro *Μυλαῖτιν.*

— *Εἰσὶ δὲ Μυλαὶ Θετταλίας, ἧς τὸ ἐθνικὸν, Μυλαῖος*] Suidas: *Μυλαῖος, ἀπὸ τόπου.*

*Μύλακες, ἔθνος Ἠπειρωτικόν. Λυκόφρων, Καίθις δὲ*
214 *γείτων ἠδὲ Μυλάκων ὅροι*]. Apud Lycophronem v. 1021. in ho-
a diernis exemplaribus legitur *ὅροις.*

*Μυλαντία, ἄκρα ἐν Καυήρῳ τῆς Ῥόδου*] Scribe: *ἐν Καμίρῳ* vel *Καμείρῳ τ. ρ.* et ita Salmasius.

— *Ἀπὸ Μύλαντος ἀμφότερα, τοῦ καὶ * πρώτου εὑρόντος ἐν τῷ βίῳ τὴν μύλου χρῆσιν*] Nihil in his verbis videtur deesse, et MSS. nullam lacunam agnoscunt.

*Μύλασα, πόλις Καρίας, ἀπὸ Μυλάσου τοῦ Χρυσάορος*] Pausanias lib. VIII. pag. 471. *Καὶ Καρῶν οἱ Μύλασα ἔχοντες. Et Cares qui Mylasa habitant.* Vide Strabonem lib. XIV. pag. 658.

— *Λέγεται καὶ Μύλας, ὡς Αἰσχύλος ἐν Καρσὶν ἢ Εὐρώπῃ*] Sub duplici hoc titulo citatur haec fabula in Catalogo Tragoediarum Aeschyli.

— *Τὸ ἐθνικὸν, Μυλασεύς*] Hoc gentile restituendum puto Gellio lib. I. cap. 13. ubi de Crasso obtinente Asiam: *scripsit ad magistrum architectonem Mylasensium sociorum amicorumque populi Romani, ut ex malis duobus, quos apud eos vidisset, uter maior esset eum mittendum curaret.* In vulgatis legitur, *Moleathensium*, in Gryphiana editione, *molis Atheniensium.* Apud Fr. Gotifredum numinus in honorem Augusti cusus sub viro hastato quadrigis invecto habet: *ΜΥΛΑΣΕΩΝ.* super: *ΣΕΒΑΣΤΩ.* in aversa area intra coronam querneam: *ΘΑΛΣΤΟΣ ΑΝΕΘΗ-*

*ΚΕΝ*. In alio Caracallae circum templum Iovis legitur: *ΜΤΛΑΣΕΩΝ*. Vide et alium nummum *ΜΤΛΑΣΕΩΝ* apud P. Firm. in cuius altera parte *Ἰβρέου Γραμματεύοντος*.

— *Οὕτω γὰρ ἀναγράφουσι πολλοὶ, ὡς Μένανδρος κατὰ Ψευδομένων*] Scribe una voce, *Κατψευδομένων*. titulus Fabulae Menandri.

*Μύλισιν, ἔθνος Φρυγίας· Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ*] Existimo scriptum hic fuisse olim, *Μυλιεῖς*, et hos esse eosdem, qui supra *Μιλύαι* vocantur. Unde regio *Lyciae* apud Ptolemaeum lib. v. Geogr. cap. 8. *Μυλιὰς*, et apud Arrianum lib. I. pag. 24. qui illam quidem ad *maiorem Phrygiam* pertinere, sed *Lyciae* a Magno Rege contributam scribit.

*Μύνδος, πόλις Καρίας, Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ· ἔστι καὶ πόλις Καρίας ἄλλη παλαιὰ Μύνδος*] Scribe: *ἔστι καὶ πόλις Ἀρκαδίας α. π. Μ.* Scholiastes Graecus ad Theocriti Idyll. II. pag. 26. *Μύνδος γὰρ Ἀρκαδίας ἔνθα ἦν ὁ νεανίας. οἱ δὲ Καρίας φασὶ τὴν Μύνδον*. Isaacus Casaubonus in Lection. Theocrit. cap. 2. mendi huius admonuit.

— *Ἥς τὸ ἐθνικὸν, Μύνδιος*] In nummo L. Veri apud Fr. Gotifredum circum Minervam: *ΜΥΝΔΙΩΝ*.

— *Καὶ Μυνδία*] Hinc Pallas, *Μυνδία* bis apud Lycophronem, sed male vulgo editur *Μυδία* et *Μωδία*. Regionem etiam 214
*Μυνδίαν* appellat Polybius in Excerpt. lib. XVI. pag. 73. apud b
Constantinum Porphyrogennetam. Et Strabo lib. XIV. pag. 658.

*Μυονία, πόλις Φωκίδος. Παυσανίας ἱ. οἱ πολῖται Μύονες· Θουκυδίδης Μυονέας αὐτούς φησι*] Infra eadem haec urbs *Μύων* dicitur, cives *Μύωνες*· unde apparet, quo iudicio haec consarcinata sint. Locus autem Thucydidis, qui utrobique adducitur, extat lib. III. pag. 240.

*Μυόνησος, πόλις μεταξὺ Τέω καὶ Λεβέδου*] Strabo lib. XIV. pag. 643. postquam pariter inter *Teum* et *Lebedum* posuisset, adddit: *καὶ ἡ Μυόνησος δὲ ἐφ' ὕψους χερρονησάζοντος κατοικεῖται. et Myonnesus quidem in excelso loco peninsulam referente sita est.*

*Μύρων, πόλις Λυκίας, ἀπὸ Μύρα, ἢ ἀπὸ Μύρωνος, ἢ ἀπὸ Μύρου ποταμοῦ παραῤῥέοντος*] Ordo literarum postulat, ut legatur, *Μύρα, πόλις Λυκίας, ἀπὸ μύρων, ἢ*, etc. Huius Archiepiscopus S. Nicolaus, *τὸ εὐῶδες καὶ πολύτιμον τῶν Μύρων μύρον*, in Encomio eius MS. dicitur: quem praedicat etiam urbis huius occasione Imperator Constantinus lib. I. de Themat. Themate 14. *Εἶτα τὴν Λυκίων πόλιν, τὴν μυρίπνουν τε, καὶ τρισόλβιον. ἐν ᾗπερ ὁ μέγας Νικόλαος, ὁ τοῦ θεοῦ θεράπων, ἀναβλύζει τὰ μύρα κατὰ τὸ τῆς πόλεως ὄνομα. Deinde Lyciorum*

*urbem, unguenta spirantem et valde beatam, in qua magnus ille Nicolaus, Dei servus unguenta illa scaturit iuxta urbis nomen.*

— *Τὸ ἐθνικὸν, Μυρεύς*] Apud Franciscum Gotifredum extat Gordiani nummus, in quo Diana Ephesia, et aliud nescio quod numen sive genius, continens pro inscriptione, *ΜΥΡΕΩΝ*. Item in alio eiusdem Principis circum Dianam Ephesiam arbori insidentem; sub qua duo homines nudi duos serpentes recidunt: *ΜΥΡΕΩΝ*.

*Μυργέται, ἔθνος Σκυθικόν· Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ· Ἔν τισι τῶν Ἡρωδιανοῦ γράφεται κακῶς*] MSS. *Ἔντισι δὲ τ. Η. γ. π. διὰ γεγων.*

*Μυριανδρος, πόλις Συρίας, πρὸς τῇ Φοινίκῃ*] Situm huius urbis indicat Arrianus lib. II. de Exped. Alexandri pag. 33. fuisse sub angustiis Amani montis Syriam versus.

— *Τὸ κητικὸν, Μυριανδρικὸς κόλπος*] Apud Herodotum lib. IV. cap. 88. corrupte legitur: *Τὰ δὲ πρὸς νότον, ἡ αὐτὴ αὕτη ἄκνη ἀπὸ τοῦ Μαριανδηνῶν κόλπου τοῦ πρὸς Φοινίκην κειμένου τείνει τὰ ἐς θάλασσαν μέχρι Τριοπίου ἄκρης.* pro *Μυριανδρηνῶν. Austrum autem versus eadem ora a sinu Myriandrico, qui Phoeniciae adiacet protenditur secundum mare ad promontorium usque Triopium.* Gentile igitur, *Μυριανδρηνός.*

*Μυρίνα, πόλις ἐν Λήμνῳ*] Apud Eustathium ad Homeri Iliad. Ξ. pag. 980. scribitur *Μύριννα*, per duplex *νν*, Scholia-
215 stes Apollonii, ad lib. I. v. 604. *Πόλις δέ ἐστιν ἡ Μυρίνη πρὸς*
a *τῷ τέλει τῆς Λήμνου. Δίπολις γάρ ἐστιν ἡ Λῆμνος· ἔχει γὰρ Ἡφαιστίαν καὶ Μυρίνην. Ἐκλήθη δὲ ἀπὸ Μυρίνης τῆς Θόαντος γυναικὸς, Κρηθέως δὲ θυγατρός.* Apud Nonnum in Goltzii Graeciam male: *Μύρινα πολίχνη Τροίας.*

— *Ἔστι καὶ τῆς Αἰολίδος ἄλλη*] Haec fuit patria Agathiae Historici, de qua ipse in principio Historiae suae ita fatur: *Μύρινα δὲ πατρὶς, Μεμνόνιος πατήρ. Τέχνη δὲ τὰ Ῥωμαίων νόμιμα καὶ οἱ τῶν δικαστηρίων ἀγῶνες. Μύρινα δέ φημι, οὐ τὸ Θρᾴκιον πόλισμα, οὐ δὲ εἴ τις ἑτέρα κατὰ τὴν Εὐρώπην τυχὸν ἢ Λιβύην τῷδε κέκληται τῷ ὀνόματι· ἀλλὰ τὴν ἐν τῇ Ἀσίᾳ πάλαι ὑπὸ Αἰολέων ἀπῳκισμένην, ἀμφὶ τὰς ἐκβολὰς τοῦ Πυθικοῦ ποταμοῦ, ὃς δὴ ῥέων ἐκ Λυδίας τῆς χώρας, ἐς τὸν ἔσχατον αὐλῶνα τοῦ κόλπου τοῦ Ἐλαΐτου ἐμβάλλει. Myrina mihi patria, Memnonius pater, Ars vero, Romanorum instituta ac leges et fori certamina. Myrinam autem dico, non illam Thracicam urbem, nec si quae alia per Europam aut Africam hoc nomine vocatur; sed quae est in Asia, veterum Aeolensium colonia, ad ostia Pythici fluminis sita; qui quidem fluvius ex Lydia regione fluens in extremum Elaitidis sinus alveum fertur.* Vitiosa igitur est scriptura apud Suidam; qua

Agathias, Σμυρναῖος dicitur, pro Μυρινάιος, uti iam olim notavit Ortelius. Et ἀμάρτημα est μνημονικὸν insigne Salmasii ad Solinum pagina 865. *Smyrnaeum* nihilominus affirmantis; castigatum recte Petavio, in Miscellaneis Exercitationibus, Iuliano subiunctis, pag. 383. Caeterum ex Agathiae loco patet non omnes *Myrinaas* hic a Stephano enumerari.

— Ἀπὸ Μυρίνης ἀμφότεραι] Diodorus Siculus lib. III. pag. 130. et seqq. meminit *Myrinae* reginae Amazonum, quae de suo nomine urbem in Aeolide condidit. Cum quo concinit Strabo lib. XIII. pag. 623. Scholiastes vetus Apollonii loco paullo ante adducto *Thoantis* facit uxorem, *Cretheï* filiam. Vide et Tzetzem ad Lycophronem pag. 49. et Hesychium.

— Τὸ ἐθνικὸν, Μυρινάιος] Apud Goltzium extat nummus ΜΥΡΙΝΑΙΩΝ, in quo Apollo Gryneus conspicitur ab una parte, ab altera vero flaminica eius ramum myrti vittis comptum praetendens, quem Goltzius perperam Lemno tribuit: nam in Lemniorum nummis Vulcanus cum incude et malleis conspicitur, eadem addita inscriptione ΜΥΡΙΝΑΙΩΝ.

Μύρκινος, τόπος καὶ πόλις κτισθεῖσα παρὰ τῷ Στρύμονι ποταμῷ] Scribe Μύρκινος per ν simplex: ita enim scribitur apud Herodotum, Thucydidem et alios. Herodotus lib. v. cap. 11. vocat Μύρκινον τὴν Ἠδωνῶν, narratque Histiaeum Milesium locum hunc a Dario condendae urbi petiisse et impetrasse. Supra v. Ἀμφίπολις male scribitur Μυρίνην, et adhuc peius *Myrcinus* cum *Amphipoli* confunditur. Distinctas enim civitates fuisse luce meridiana clarius apparet ex Thucydide lib. IV. pag. 324. 215 b

Μύρλεια, πόλις Βιθυνίας, ἡ νῦν λεγομένη Ἀπάμεια.

— Ὁ πολίτης, Μυρλεανός] Supra v. Ἀλεξάνδρεια, etiam legitur Μυρλειανός.

— Ὡς Ἀσκληπιάδης Μυρλεανὸς ἀναγράφεται] De hoc *Asclepiade* videndus omnino Suidas v. Ἀσκληπιάδης, ubi inter alia docet genere illum fuisse *Nicaenum*: unde infra v. Νίκαια, inter claros illius urbis cives etiam recensetur. Apud Scholiasten autem Theocriti Idyll. I. pag. 21. mendose legitur Ἀσκληπιάδης ὁ Μερλεανός. Occasione autem mendi in gentilitio huius *Asclepiadis* nomine commissi apud dictum Scholiasten, recordor Cleophanis *Myrleani* rhetoris, cuius meminit Strabo lib. XII. pag. 566. et erroris non modo in gentilitio nomine eius, verum et proprio admissi, in Theopompi Excerptis apud Photium pag. 393. ibi enim appellatur Κλεοχάρης ὁ Σμυρλεανός, qui Straboni, nisi omnia me fallunt, dicto loco, Κλεοφάνης ῥήτωρ ὁ Μυρλεανός.

Μυρμιδονία, χώρα τῶν Μυρμιδόνων· οὕτω γὰρ ἡ Αἴγινα ἐκλήθη] Vide Eustathium ad Dionysium pag. 73. et ad Homeri

Iliad. *A.* pag. 67. ad *B.* pag. 820. Tzetzem ad Lycophronem p. 37. Scholiasten Pindari Nem. Od. III. pag. 347.

*Μυρμισσὸς, πόλις περὶ Λέμψακον, ὡς Παλέμων*] Scribe, *Πολέμων*.

*Μυῤῥινοῦς, δῆμος τῆς Πανδιονίδος φυλῆς· ὁ δημότης Μυρινούσιος*] Lege, *Μυῤῥινούσιος*. In veteri Inscriptione visa Cyriaco Anconitano: *ΔΩΡΟΘΕΑ ΙΣΙΓΕΝΟΥΣ ΜΥΡΡΙΝΟΥΣΙΟΥ ΘΥΓΑΤΗΡ*.

— *Ὁ δημότης ἐκ Μυρινούττης, διὰ δύο ττ*] Apud Gruterum Inscript. pag. 405. occurrit non modo per duo *ττ*, sed etiam duo *ρρ*. in fine longae Inscriptionis Graecae, quae Venetiis hodie conspicitur: *ΑΝΘΕΣΤΗΡΙΟΣ ΕΚ ΜΥΡΡΙΝΟΥΤΤΗΣ*.

*Μύρσινος, πόλις Ἤλιδος*.

— *Καὶ Μύρσινος ἐσχατόωσα*] Hemistichium ex Homeri Iliad. *B.* v. 616.

— *Ὕστερον δὲ Μυρτούντιον ἐκλήθη*] MSS. *Μυρτώτιον*. Sed Eustathius ad Homeri allegatum versum pag. 304. ut editur. Verba eius, hinc procul dubio descripta, subiiciam: *ἡ δὲ Μύρσινος ἐσχατόωσα μὲν εἴρηται, καθάπου καὶ ἡ Ἀνθηδών. Ἐκλήθη δέ φασιν ὕστερον, Μυρτούντιον· ἐθνικὸν δὲ αὐτῆς εὕρηται, Μυρτούσιος*.

*Μύρτουσσα, ὄρος Λιβύης*] Rectius scriberetur per *σ* simplex, ut apparet in altero gentili, imprimis vero ex Callima-
216 cho, Hymno in Apollinem v. 91. *Στὰς ἐπὶ Μυρτούσης πετρώδεος*. ubi Scholiastes: *Μύρτουσα, ὄρος Λιβύης*.
a

— *Ὁ οἰκήτωρ, Μυρτουσαῖος, καὶ Μυρτίσσιος*] Scribe, *Μυρτούσσιος* vel potius *Μυρτούσιος*· nam *Μυρτίσσιος* haud quaquam *ἀνάλογον* est. Apud Apollonium lib. II. v. 507. legitur *Μυρτώσιος*.

*Λὶ Λιβύην ἐνέμοντο παραὶ Μυρτώσιον αἶπος.*

*Qui Libyam incolebant iuxta Myrtosium promonterium.*

*Μυσία, χώρα καὶ πόλις. Λυδοὶ δὲ τὴν ὀξύνην μυσὴν φασι*] Strabo lib. XII. pag. 572. docet ex Xantho Lydo et Menecrate Elaïta, *Mysos* nomen accepisse ab arbore *oxya*, quae circa Olympum copiosa nascitur et Lydorum lingua *Mysus* dicitur. Hesychius: *Μυσὸν, τὴν ὀξύνην*. nam ita ibi legendum, non *ἀξίνην*. Utroque autem modo reperitur scriptum arboris huius nomen *ὀξύη* et *ὀξύνη*· item duplici *Μυσὸς* et *Μυσὴ*, si Eustathio fides; qui inter alias nominis *Mysorum* caussas etiam huius meminit ad Dionysium pagina 46. his verbis: *ἢ ἀπὸ τοῦ φυτοῦ τῆς μυσῆς, ἢ τοῦ Μυσοῦ (ἀμφοτέρως γὰρ λέγεται) ὅπερ τὴν ὀξύνην δηλοῖ, κατὰ τὴν γλῶσσαν τῶν Λυδῶν, ὡς καὶ ὁ Γεωγράφος φησίν*.

— *Λέγονται καὶ Μυσοὶ καὶ Μύσιοι*] Apud Apollonium Rhe-

dium occurrit etiam *Μυσὶς γαῖα*, lib. I. v. 1349. ubi Scholiastes *τὴν Μυσίδα γαῖαν* explicat *Μυσῶν χώραν· ὥσπερ καὶ τὸ Ἀσίδα ἀντὶ τοῦ Ἀσίαν.*

— *Καὶ Μυσάδιος Αἰολικῶς*] Claudius Salmasius legit *Μυσίδιος*. Aut dicendum *Μυσάδιος* nomen esse proprium non gentile *Αἰολικῶς* formatum a *Μύσιος*, ut *Ἀεξάδιος*, *Ἐξάδιος*.

*Μυτιλήνη, πόλις ἐν Λέσβῳ μεγίστη.*

— *Οἱ δὲ, ὅτι Μυτίλης ἦν ὁ οἰκιστής*] Salmasius legit, *Μύτιλος*.

— *Καὶ Μυτιληναῖος*] Fr. Gottifredus nummum habet in utraque area effigiem continentem; uni adscriptum, *ΦΙΤΤΑΚΟC*. alter, *ΑΛΚΑΙΟΥ ΜΥΤΙΛ*. In Cimeliarchio Mediceo nummus habetur, in cuius uno latere circum Iovem, Neptunum et Plutonem: *ΘΕΟΙ ΑΚΡΑΙΟΙ ΜΥΤΙΛΗΝΑΙΩΝ*. in averso circum caput Iovis: *ΖΕΥC ΒΟΥΛΑΙΟC*. quinam sint *Θεοὶ ἀκραῖοι*, ut hoc obiter addam, docet Pollux lib. IX. cap. 5. his verbis: *Τὰ δὲ δημόσια, ἀκρόπολις· ἣν καὶ ἄκρον ἂν εἴποις καὶ πόλιν· καὶ τοὺς ἐν αὐτῇ θεοὺς, ἀκραίους καὶ πολιεῖς. Publica autem sunt, acropolis, quam et arcem vocaveris et urbem; et deos in hac existentes, castrenses et tutelares, etc.* Item alius in eadem Gaza plane praeclarus, qui in una parte circum caput muliebre turritum, *ΟΥΛΠΙΑC CEOY ΜΥΤΙΛΗΝΗC*. in alia circum Fortunam cum Victoriola quadrigis vectam: *ΕΠΙ CΤΡ. ΒΑΛ. ΑΡΙCΤΟΜΑΧΟΥ ΜΥΤΙΛΗΝΑΙ-* 216
*ΩΝ ΠΕΡΓ. ΟΜΟΝΟΙΑ*. Item in alio magno Alexandri Severi b
ibidem circum Dianam venatricem: *ΕΠΙ CΤΡΑ. ΑΥ ΠΡΟC ΔΕΚΤΟΥ ΠΑΡΔΟΛΟ. ΜΥΤΙΛΗΝΑΙΩΝ*. Plures vide vulgatos apud Goltzium et Tristanum.

*Μυτισέρατα, φρούριον Σικελίας Φίλιστος δεκάτῃ· Τὸ ἐθνικὸν, Μυτισερατῖνος, ὡς αὐτός*] MSS. *Μυσισέρατος*. Sed scribendum *Μυτίστρατα* et *Μυτιστρατῖνος*. Certe ita scripsisse *Philistum* non sine ratione suspicatur Philippus Cluverius lib. II. Sic. Antiq. cap. 12. supra idem locus *Ἀμήστρατος* dicitur ex Apollodoro, gentile *Ἀμηστρατῖνος*· infra mox, *Μυτίστρατον*.

*Μυτίστρατον, πολίχνιον περὶ Καρχηδόνα· Πολύβιος πρώτῳ*] Falsum, quod Epitomator hic ex Polybio affirmat, *Mytistratum oppidulum* esse *circa Carthaginem*, Polybius lib. I. pag. 25. *Μυττίστρατον* per duplex *τ τ* dicit oppidum Siciliae bello Punico primo a Carthaginiensibus possessum, deinde post longam obsidionem cum aliis pariter oppidis a Romanis captum. Error properanti Grammatico inde natus, quod Polybius dicto loco capta ista oppida vocet *πολισμάτια τῶν Καρχηδονίων*, eo quod in potestate *Carthaginiensium* essent; hic enim propterea putavit in Africa sita fuisse *circa Carthaginem*, simili plane ratione, qua ante *Ἀσταταίους* ex Hispania, *Ἱππά-*

γαν ex Sicilia, Κάραλιν ex Sardinia in Africam transtulit. De loco autem hoc egit iam Meursius, ad Antigonum Carystinum cap. 153. ubi perperam ἐν Κυτιστρᾶτῳ legitur pro ἐν Μυτιστρᾶτῳ: ut ille monuit, et post illum Salmasius in Exercitat. ad Solinum pag. 126.

— Τὸ ἐθνικὸν, Μυτιστρᾶτιος] Apud Antigonum d. l. Μυτιστραταῖον oleum occurrit, vel Μυτιστρᾶτιον, ut vult Meursius.

— Ὡς Στρᾶτος, Στρᾶτιον] Scribe, Στρᾶτιος.

Μύων πόλις Δοκρῶν ἐν τῇ Ἠπείρῳ, οἱ πολῖται, Μύωνες, ὡς Θουκυδίδης, τρίτῃ] Supra haec urba appellatur Μυόνια· et Thucydidi lib. III. pag. 240. incolae, Μυονεῖς.

Μώβα, μοῖρα τῆς Ἀραβίας] Eusebius in Topicis scribit Μωὰβ eoque nomine et urbem et regionem appellatam ait. Vide infra vv. Ῥαββάθμωβα et Χαράκμωβα.

— Ἔοικε δ' ἐνδεῖν τὸ πρῶτον· ἦν γὰρ Μώαβα] In MSS. fuit, τὸ Α. Unde scribendum apparet: Ἔοικε δ' ἐνδεῖν τὸ α πρῶτον ἦν γὰρ Μώαβα.

— Καὶ τὸ ἐθνικὸν, Μωαβίτης] Apud Eusebium lib. IX. de Praepar. Euang. cap. 30. Μωαμίτης legitur solemni errore μ pro β posito.

— Τὸ θηλυκὸν, Μωαβίτις] Ita regio ipsa dicitur Epiphanio Haeres. XIX.

217 a Μῶλις, Λίβυσσα πόλις· Ἑκαταῖος Περιηγήσει Λιβύης. Τὸ ἐθνικὸν Μωλύτης, τῷ τύπῳ τῶν Λιβυσσῶν πόλεων, καὶ Μωλυάτης] Ex gentilibus apparet pro Μῶλις scribendum esse, Μῶλυς, ut animadvertit Salmasius.

Μωνυχία, λιμὴν τῆς Ἀττικῆς, οὗ τὴν εἰς τόπον θέσιν φησὶ Θουκυδίδης, ὁ τῶν Μουνιχιάσι τεταγμένος ἄρχων] Ultima verba in MSS. sic scripta sunt: ἡ τῶν Μουνιχιάσι τεταγμένων α.

Μωριεῖς, ἔθνος Ἰνδικὸν, ἐν ξυλίνοις οἰκοῦντες οἴκοις, ὡς Εὐφορίων] Hesychius aliter: Μωριεῖς, οἱ τῶν Ἰνδῶν βασιλεῖς. Caeterum post haec auctoris nostri verba, in MS. Palatino recentiori perscriptum est: Τέλος τοῦ λβ', ἀρχὴ τοῦ λγ' βιβλίου.

## N.

Νάαρδα, πόλις Συρίας, πρὸς τῷ Εὐφράτῃ, ὡς Ῥιανὸς Παρθικῶν ἐν δεκάτῳ] Scribe, Ἀρριανός. Vide supra vv. Ἄτραι, Γάζακα, et alibi.

— Τὸ ἐθνικὸν, Νααρδανὸς, τῷ ἐγχωρίῳ τύπῳ] Pyrrhus Ligorius adducit Traiani nummum, in quo circa tropaeum legitur: ΝΑΑΡΔΑΝΩΝ.

Ναβαταῖοι, ἔθνος τῶν εὐδαιμόνων Ἀράβων, ἀπὸ Ναβάτου τινός] Suidae ipsa gens Ναβάται, idque probat antiqui auctoris loco, gentile Ναβαταῖοι. Verba ipsius: Ναβάται, γένος Ἀρά-

βων. ὁ δὲ πέμπει πρὸς Ἄραβας, τοὺς λεγομένους Ναβάτας. καὶ Ναβαταῖοι, ἐθνικόν. Sed ut hic, ita etiam appellantur supra v. Θαμουδᾶι.

— Ναβάτης δέ ἐστιν ὁ ἐκ μοιχείας γενόμενος] MSS. N. δ. ε. ἀραβιστὶ, etc. Primogenitus filiorum Ismaëlis Ναβαϊὼθ scribitur Genes. c. xxv. v. 13. et c. xxxvi. v. 3. et Esaiae c. lx. v. 7. καὶ κριοὶ Ναβαιὼθ ἥξουσι. ubi regio ipsa intelligitur. In Textu autem Hebraeo ibi legitur *Nebaioth*: in Chaldaica versione *Nabath*. Eusebius in Topicis, Ναβεὼθ, χώρα ἐν Ἡσαΐᾳ. Hac autem voce apud Hebraeos non *spurius*, sed σύνετος καὶ προφήτης significatur, uti habet Libellus Manuscriptus de significatione nominum Hebraicorum in Sacris literis. Quod si Hebraeam originationem sequamur, rectius scribemus Ναβαθαίους quam Ναβαταίους. Iosepho lib. i. Antiq. cap. 13. Ναβαιώθης dicitur Ismaëlis filius primogenitus, qui tamen regionem ipsam Ναβατινὴν ibidem appellatam scribit. Eupolemus apud Eusebium lib. ix. Praepar. Euang. cap. 30. Ναβαταίους pariter vocat.

— Ἀπὸ οὖν τοῦ Ναβάτης, Ναβαταῖος] Hinc apud Ovidium lib. i. Metamorph. v. 61.

*Eurus ad Auroram, Nabathaeaque regna recessit.*

et lib. v. v. 163. *Nabathaeus Ethemon.* et Iuvenalem Sat. xi. v. 126.

*Et quos deposuit Nabathaeo bellua saltu.*

— Καὶ Ναβατινὴ ἡ χώρα] Videtur, Ναβατήνη. Sed Ναβατινὴ occurrit apud Iosephum. Epiphanio Haer. xix. Ναβατική. xxxv. Ναβατὶς dicitur. 217 b

Νάγιδος, πόλις μεταξὺ Κιλικίας καὶ Παμφυλίας] Sic quoque vocatur haec urbs Straboni lib. xiv. pag. 670. Ἐν τούτῳ ἐστὶ Νάγιδος πόλις πρῶτον μετὰ τὸ Ἀνεμούριον. ut recte emendavit Isaacus Casaubonus.

Νάϊσσος, πόλις Θρᾴκης, κτίσμα καὶ πατρὶς Κωνσταντίνου τοῦ βασιλέως] Ex gentilibus subiectis, tum ex aliis scriptoribus apparet, Νάϊσος esse scribendum, per σ simplex. Hierocli in Notit. Provinc. civitas est *Daciae mediterraneae:* Marcellino Comiti, *Illyrici*: aliis *Moesiae*, nostro *Thraciae.* Una tamen eademque urbs et Constantini Magni patria: sed cuius nomen diversimode corruptum extat passim apud auctores. Sic Lex ultima Cod. de dolo malo, quae Constantini est, data legitur *Nesso*, pro *Naisso*: nam Cod. Theod. *Nasso* habet. Passim alibi *Nestus* dicitur. Sed nusquam corruptius huius loci nomen extat, quam in Excerptis Olympiodori apud Photium pag. 193. ubi de Constantio Imperatore, Placidiae marito, haec habentur: Κωνστάντιος Ἰλλύριος ἦν τὸ γένος, ἀπὸ Παναίσου πόλεως τῆς Καδίας. Quod vertitur: *Constantius genere Illyrius fuit, a Panaeso urbe Cadiae.* Sed quis fando audivit unquam *Cadiam* esse, esse *Panaesum?* monstrosa

haec sunt vocabula et omnibus Geographis incognita. Procul dubio rescribendum, ἀπὸ Ναΐσου πόλεως τῆς Δακίας.

— Τὸ ἐθνικὸν, Ναισιτανός] In nummo vel sigillo potius plumbeo, quod apud Equitem Gualdum vidi Romae, legitur: ΝΑΙΣΙΤΑΝΙ.

Νάρκασος, δῆμος καὶ πόλις Καρίας. Ἀπολλόδωρος δεκάτῳ Καρικῶν. ὁ δημότης καὶ ὁ πολίτης, Μαρκασεύς] Ordo literarum videtur postulare, ut legatur Νάκασος, vel Νάκκασος. Sed Pyrrhus Ligorius Augusti profert nummum, in cuius adversa parte templum rotundum Apollinis repraesentatum est et intra templum ipsius Dei effigies lyram manu tenentis, cum inscriptione: ΝΑΡΚΑϹΕΩΝ. Nihilominus puto scriptum fuisse hoc loco Νακρασὸς et intelligi quae aliis auctoribus Ἄκρασα, Hierocli Ἀκρασὸς, Ptolemaeo, qui illam Lydiae tribuit, Νάκρασα dicitur. Et ad hanc pariter pertinere existimo Severi nummum a Tristano adductum Tom. II. pag. 94. in quo circum Aesculapium legitur, ΑΚΡΑϹΙΩΤΩΝ. Vide quae notavimus supra ad v. Ἀκαρασσός.

Νακολία, πόλις Φρυγίας· Στράβων δυοκαιδεκάτῃ καὶ ἔστιν οὐδέτερον] Straboni lib. XII. pag. 576. et Ptolemaeo dicitur Νακόλεια.

218 a — Ἀπὸ Νακόλις νύμφης] Puto scribendum, ἀπὸ Νακόλης ν. Suidas uti scribit Νακώλεια per ω, ita etiam, ἀπὸ Νακώλης. quod et Salmasius notaverat.

— Τὸ ἐθνικὸν, Νακολεὺς] Pyrrhus Ligorius in diversis nummis antiquis se legisse scribit, ΝΑΚΟΛΑΙΩΝ. Sed ego in praeclaro Traiani nummo, quem Gaza Medicea servat, oculis meis vidi sequentem epigraphen: ΝΑΚΟΛΕΩΝ ΕΙΙΙ ΑΚΤΑΛΑΤΟΥ ΠΡΟΚΛΟΥ.

— Εἰ δ' ἔστι Νακόλεια διὰ διφθόγγου, παρὰ τὸ Νάκολον, τὸν Δασκύλου παῖδα] Per diphthongum in penultima scribitur apud Strabonem, Ptolemaeum et Suidam.

Νακόνη, ὡς Ἀλκόνη, πόλις Σικελίας] Suidas: Νακώνη, πόλις Σικελίας κατὰ τὸν ἐθνικογράφον. Ergo iuxta Suidam scribendum Νακώνη. Deinde legendum, ὡς Ἀλώνη, cuius mentio supra suo loco: quamvis voce βέσβικος, per o parvum Ἀλόνη sit scriptum.

Νάξος, νῆσος τῶν Κυκλάδων, ἡ διάσημος ἀπὸ τοῦ Νάξου Καρῶν ἡγεμόνος.

— Εὐφορίων παρὰ τὸ νάξαι, ὅ φασι θῦσαί τινες] Ita pariter hic legit olim Eustathius, uti patet ex Commentario ipsius ad Dionysium pag. 76. Nihilominus Salmasius in Exerc. Plin. pag. 183. ex Hesychio pro θύσαι olim βύσαι scriptum docet,

quod *implere*, *sarcire*, *stipare* significat. Ratio autem cur sic appellata fuerit non apparet.

— *Ἀσκληπιάδης ἱστορεῖ, τὰς Ναξίνας γυναῖκας μόνας ὀκτάμηνα τίκτειν*] Scribe, *τὰς Ναξίας*. uti apud Suidam v. *Νάξης*. utque mox in gentilibus scribitur.

— *Τὰ ἐθνικὰ, Νάξιοι· ἀφ' οὗ καὶ Ναξία λίθος ἡ Κρητικὴ ἀκόνη*] Suidas v. *Νάξης* hunc locum producit, sed ipse mutilus valde et corruptus: *Νάξης, πόλις, καὶ Ναξία λίθος, ἡ Κρητικὴ ἀκόνη. Νάξος γὰρ πόλις Κρήτης. ὁ γράψας ὅτι Ναξία πόλις Καρίας*, etc. Existimo autem legendum, *ὁ γὰρ ἐν τοῖς ἐθνικοῖς γράψας*, aut *ὁ γὰρ ἐθνικογράφος*. aut forte ipsum Stephani nomen excidit. Emendandus praeterea Hesychius, apud quem *Ναξιάλιλος, ἡ ἀκόνη ἀπὸ Νάξου πόλεως*. perperam legitur pro *Ναξία λίθος*. De *Cote* autem *Naxia*, videndus Dioscorides lib. v. cap. 168. Pindarus Isthm. Od. VI. pag. 475.

*Φαίης κέ νιν ἄνδρ' ἐν ἀθληταῖσιν ἔμμεν*
*Ναξίαν πέτραις ἐν ἄλλαις*
*Χαλκοδάμαντ' ἀκόναν.*
*Diceres illum virum inter athletas*
*Naxiam inter alios lapides*
*Cotem, aeris domitricem.*

Ubi Scholiastes: *εἴποι δ' ἄν τις αὐτὸν τὸν Λάμπωνα εἶναι τοιοῦτον ἄνδρα ἐν τοῖς ἀθληταῖς, οἷαν ἐν πέτραις ἑτερογενέσι Ναξίαν ἀκόνην· δυνατὴν μάλιστα παραθῆξαι. Νομίζονται γὰρ διαφορώτατοι τῶν ἄλλων ἀκονῶν αἱ κατὰ τὴν ἐν Κρήτῃ Νάξον.*

— *Ἡ δὲ κριτικὴ ἀκόνη, ἐὰν διὰ τοῦ γράφεται, ἡ διακρίνουσα καὶ φανεροῦσα σημαίνει*] MSS. *ἐὰν διὰ ι γρ.* et sic Suidas d. l. et sententia postulat. 218 b

*Νάπη, πόλις Λέσβου. Ἑλλάνικος ἐν δευτέρῳ Λεσβιακῶν*] Mirum quod hic in testimonium de *Nape* adducitur a Stephano *Hellanicus*, cum is erroris insimuletur a Strabone lib. IX. pag. 426. quod *Lapen* hanc urbem appellaverit. Verba Strabonis: *Νάπη ἐν τῷ Μεθύμνης πεδίῳ, ἣν Ἑλλάνικος ἀγνοῶν Λάπην ὀνομάζει. Nape in Methymnaeo campo, quam Hellanicus ignoratione lapsus Lapen vocat.* Unde suspicor non testem de *Nape* adductum fuisse a Stephano Hellanicum, sed occasione huius erroris nominatum. Quod appareret, si Stephanum haberemus integrum.

— *Εἰσὶ καὶ Ναπαῖοι Ἠπείρου*] Scholiastes Pindari ad Pyth. Od. I. pag. 187. *Pythia* appellata docet a loco, *ὁ ἐκαλεῖτο πρότερον Νάπη, εἶτα Πετρήεσσα, εἶτα Κρίσσα, εἶτα Πυθώ.*

*Νάπις, κώμη Σκυθίας*] Suidas: *Νάπις, πόλις Σκυθίας.*

*Ναρβών, ἐμπόριον καὶ πόλις Κελτική. Στράβων τετάρτῃ·*

*Μαρκιανὸς δὲ Ναρβονησίαν αὐτήν φησι*] Locus hic pariter contra Stephani sensum ab Epitomatore mutilatus est. Strabo enim lib. IV. meminit quidem *Narbonis*, sed propterea eum non fuisse allegatum ex illis, quae de *Marciano* adferuntur, patet. Verum Stephanus Galliam *Narbonensem Ναρβωνίτιν* dixerat a *Strabone* appellari, ut appellatur lib. IV. pag. 178. deinde addidit eandem a *Marciano Ναρβωνησίαν* dici. Ita enim *Marciani* temporibus appellabatur: nec Ptolemaeus aliter appellat. Dioscorides vero lib IV. cap. 80. hanc eandem Provinciam *Ναρβωνίαν τὴν κατὰ τὴν Ἱσπανίαν* dicit. Suidas non videtur animadvertisse hanc labem. *Νάρβων*, inquit, *ἡ Ναρβωνησία, ἐμπόριον καὶ πόλις Κελτική.* Caeterum vel ex Suida apparet rescribendum hoc loco *Ναρβωνησίαν.*

— *Ἔστι καὶ λίμνη Ναρβωνίτις ὡς Ἀσκαλωνίτης*] Verba, *ὡς Ἀσκαλωνίτης* hic perperam repetita videntur ab oscitante librario ex superiore versu.

— *Καὶ ποταμὸς Ἀλακός*] MSS. *καὶ τόπος Ἀλακός.* sed perperam. Scribe, *καὶ ποταμὸς Ἄτακος.* scilicet etiam *Νάρβων* dicitur. Fluvii *Atacis* meminit Strabo lib. IV. pag. 181. *Ἡ μὲν οὖν Νάρβων ὑπέρκειται τῶν τοῦ Ἄτακος ἐκβολῶν καὶ τῆς λίμνης τῆς Ναρβωνίτιδος, μέγιστον ἐμπορεῖον τῶν ταύτῃ. Narbo supra Atacis fluvii ostia et lacum Narbonensem situs est, maximum eorum, quae ibi sunt locorum, emporium.* Plinius lib. III. cap. 4. *Flumen Atax e Pyrenaeo Rubrensem permeans lacum: Narbo*
219 *Martius, decumanorum colonia, duodecim millibus passuum a*
a *mari distans.* Polybius autem *Atacem* vocat *Narbonem*, lib. III. pag. 191. *Κεῖται δ' αὐτῆς τὸ μὲν ὁλοσχερέστατον καὶ βαθύτερον μέρος, ὑπ' αὐτὰς τὰς ἄρκτους, μεταξὺ τοῦ τε Τανάϊδος ποταμοῦ καὶ τοῦ Νάρβωνος, ὃς οὐ πολὺν ἀπέχει τόπον ὡς πρὸς δύσεις ἀπὸ Μασσαλίας καὶ τῶν τοῦ Ῥοδανοῦ στομάτων, δι' ὧν εἰς τὸ Σαρδόνιον πέλαγος ἐξίησιν ὁ προειρημένος ποταμός. Pars eius* (Europae) *potissima atque amplissima subiacet septentrionibus inter fluvium Tanaim et Narbonem, qui in occasu non longe abest a Massilia et Rhodani ostiis, quibus in Sardoum pelagus ille amnis influit.* Et l. XXXIV. teste Athenaeo l. VIII. p. 332. *Πολύβιος δ' ἐν τῇ τετάρτῃ καὶ τριακοστῇ τῶν ἱστοριῶν, μετὰ τὴν Πυρήνην φησὶν ἕως τοῦ Νάρβωνος ποταμοῦ πεδίον εἶναι, δι' οὗ φέρεσθαι ποταμοὺς Ἰλίβεριν καὶ Ῥόσκυνον ῥέοντας παρὰ πόλεις ὁμωνύμους κατοικουμένας ὑπὸ Κελτῶν. Ἐν οὖν τῷ πεδίῳ τούτῳ εἶναι τοὺς λεγομένους ἰχθὺς ὀρυκτούς. Polybius libro quarto et tricesimo historiarum, iuxta Pyrenen usque ad fluvium Narbonem campos esse scribit, per quos Iliberis et Ruscino iuxta civitates cognomines a Celtis habitatae decurrunt: et in eis fossiles, ut vocant, reperiri pisces.* Idem de

piscibus fossilibus refert Strabo lib. IV. pag. 182. Pei *Narbonem* autem fluvium apud Polybium *Atacem* intelligendum, fluviorum a dextro et sinistro urbis *Narbonis* latere in mare decurrentium enumeratio a Strabone dicto loco facta ostendit. Dicit enim: *Ἑκατέρωθεν δὲ τῆς Νάρβωνος ἄλλοι ποταμοὶ ῥέουσιν, οἱ μὲν ἐκ τῶν Κεμμένων ὀρῶν, οἱ δ' ἐκ τῆς Πυρήνης, πόλεις ἔχοντες εἰς ἃς ἀνάπλους οὐ πολύς ἐστι μικροῖς πλοίοις· ἐκ μὲν τῆς Πυρήνης ὅ τε Ῥουσκίνων καὶ ὁ Ἰλυβίῤῥις, πόλιν ἔχων ὁμώνυμον ἑκάτερος αὐτῶν*, et paullo post: *οὗτοι μὲν ἐκ τῆς Πυρήνης ῥέουσιν οἱ ποταμοὶ, μεταξὺ Ναρβῶνος, ἐκ τοῦ Κεμμένου φέρονται πρὸς τὴν θάλατταν, ἐξ οὗπερ καὶ ὁ Ἄταξ, ὅ τε Ὄβρις καὶ ὁ Ῥαύραρις. Ab utraque Narbonis parte alii feruntur amnes, partim e Cemmeno, partim e Pyrena delapsi, et sitae ad has urbes sursum navigiis adiri possunt exiguis. E Pyrena fluunt Ruscino et Ilybirris, uterque urbem habens cognominem*, etc. *Hi ergo e Pyrena defluunt amnes inter Narbonem et Aphrodisium. Ab altera parte Narbonis e Cemmeno in mare delabuntur Atax, Obris et Rauraris.*

*Ναρθηκὶς, νησίδιον ἐγγὺς Σάμου ἐν δεξιᾷ τοῖς προσπλέουσι πρὸς τὴν πόλιν*] Haec mutilata sunt ex Strabone, apud quem de *Samo* haec extant lib. XIV. pag. 637. *Ἐν δεξιᾷ μὲν οὖν προσπλέουσι πρὸς τὴν πόλιν ἐστὶ τὸ Ποσείδιον, ἄκρα ἡ ποιοῦσα πρὸς τὴν Μυκάλην τὸν ἑπταστάδιον πορθμόν· ἔχει δὲ νεὼν Ποσειδῶνος· πρόκειται δ' αὐτοῦ νησίδιον ἡ Ναρθηκίς. Ad dextram qua intro navigatur ad urbem* (Samum) *est Posidium promontorium, quod cum opposita Mycala fretum includit septem stadiorum, templum habens Neptuni: ante id exigua sita est insula, Narthecis.*

— *Τὸ ἐθνικὸν, Νάρθη*] Locus mutilus. Scribe, *Ναρθηκεύς*. ut a *Καβαλὶς, Καβαλεύς*. 219 b

*Νάρμαλις, πόλις Πισιδίας, ὡς Κάβαλις*] Accentus suo loco moti videntur, scribendique: *Ναρμαλὶς π. Π. ω. Καβαλίς*. Genitivus enim in *ίδος* terminans hoc prodit, indice nostro supra v. *Καβαλίς*.

— *Οἱ πολῖται, Ναρμαλεῖς*] Pyrrhus Ligorius nummum profert Claudii Imperatoris, in cuius parte aversa *ΝΑΡΜΑΛΕΩϹ* Apollinis effigies visitur.

*Ναρνία, πόλις Σαυνιτῶν, ἀπὸ τοῦ παραῤῥέοντος ποταμοῦ Νάρνου, ὡς Διονύσιος ὀκτωκαιδεκάτῳ Ῥωμαϊκῆς Ἀρχαιολογίας*] Dionysii libros post undecimum invidit nobis tempus: sed aequalibus eius, ut Straboni, fluvius *Narniam* praeterfluens non aliter quam a Latinis appellatus, *Νάρ.* de quo Virgilius,

*Sulfurea Nar albus aqua, fontesque Velini.*

At posterioribus Graecis dictus est *Νάρνος*. Procopius lib. I.

Gothis. *Κεῖται μὲν ἡ Ναρνία ἐν ὑψηλῷ ὄρει, ποταμὸς δὲ Νάρνος εἰς τὸν τοῦ ὄρους παραῤῥεῖ πρόποδα. Narnia in edito sita est monte, ad cuius radices Narnus fluvius praeterfluit.*

*Νάρυξ, πόλις Λοκρίδος, θηλυκῶς λεγομένη· τινὲς δὲ Νάρυκιον τὴν πόλιν φασὶν ἐξ ἧς Αἴας*] Claudius Salmasius in Exercit. Plinian. pag. 66. legit *τινὲς δὲ Νάρυκον τὴν πόλιν φ.* praeterea emendat in urbis huius nomine Strabonem et Diodorum. Ipsi autem *Νάρυξ*, *Ναρύκη* et *Νάρυκος*. *Aiacis Locri* patria dicta creditur. Apud Lycophronem v. 1148. occurrit *Ναρύκειον ἄστυ.*

— *Ὁ πολίτης, Ναρύκιος*] Virgilius lib. III. Aeneid. v. 399.

*Hic et Narycii posuerunt moenia Locri.*

Et lib. II. Georg. v. 438.

*Et iuvat undantem buxo spectare Cytorum,*
*Naryciaeque picis lucos.*

— *Καὶ Ναρυκία δὲ οὐδετέρως*] Forte: *Καὶ Ναρυκία, καὶ οὐδετέρως.*

*Νασαμῶνες, ἔθνος ἐν Λιβύῃ, ὡς Καλλίμαχος· καὶ Νασαμονὶς ἀπὸ Νασαμόνος τινός*] Gentem hanc illustrat Epigramma vetus *ἀδέσποτον* nondum quod sciam editum:

*Ὅτι Καῖσαρ ἐξεκάθηρε τὴν Λιβύην τῶν ἐνοικούντων θηρίων καὶ ἐποίησεν οἰκεῖσθαι.*

*Ἐσχατιαὶ Λιβύων Νασαμωνίδες, οὐκ ἔτι θηρῶν*
*Ἔθνεσιν Ἠπείρου νῶτα βαρυνόμεναι.*
*Ἦχοι ἐρημαίαισιν ἐπιπτύσσεσθε λεόντων*
*Ὠρυγαῖς ψαμάθους ἄχρις ὑπὲρ Νομάδων.*
*Φύλον ἐπεὶ ἀνήριθμον ἐνιχνοπέδαισιν ἀγρευθὲν*
*Ἐς μίαν αἰχμηταῖς Καῖσαρ ἔθηκεν ὁ παῖς·*
*Αἱ δὲ πρὶν ἀγραύλων ἐγκοιτάδες ἀκρώρειαι*
*Θηρῶν νῦν ἀνδρῶν εἰσὶ βοηλασίαι.*

*Νάστος, πόλις Θρᾴκης· γράφεται καὶ Νεστός*] MSS. *Νάσπος.* perperam. Existimo eandem, quae supra *Νάϊσος* vel *Ναΐσσὸς* dicitur.

*Ναύκρατις, πόλις Αἰγύπτου, ἀπὸ Μιλησίων τότε θαλασσοκρατούντων*] Eusebius Chron. n. MCCLXV. *Mare obtinent Milesii, construxeruntque urbem in Aegypto Naucratim.* Unde non sine ratione affirmat Scaliger Stephani verba ex ipso Eusebii Chronico deprompta, quae egregie illustrat adiecto Strabonis loco e lib. XVII. pag. 801. *Πλεύσαντες γὰρ ἐπὶ Ψαμμιτίχου τριάκοντα ναυσὶ Μιλήσιοι κατὰ Κυαξάρην, οὗτος δὲ τῶν Μήδων, κατέσχον εἰς τὸ στόμα τὸ Βολβίτινον· εἶτ' ἐκβάντες ἐτείχισαν τὸ λεχθὲν κτίσμα· χρόνῳ δ' ἀναπλεύσαντες εἰς τὸν Σαϊτικὸν νομὸν κατεναυμαχήσαντες Ἔναρον πόλιν ἔκτισαν Ναύκρατιν οὐ πολὺ τῆς Σα-*

220 a

*δίας ὕπερθεν. Milesii enim navigantes sub Psammiticho temporibus Cyaxaris, qui Medorum Rex fuit, triginta navibus ad Bolbitinum ostium appulerunt, ibique egressi dictum opus confecerunt: progressu temporis in Saiticam praefecturam navigantes, Inaro navali praelio superato, Naucratim urbem non multum supra Schediam condiderunt.* Vide dicto loco Scaligerum.

*Ναύπακτος, πόλις Αἰτωλίας, ἀπὸ ναυπηγίας τῶν Ἡρακλειδῶν, ὡς Ἔφορος καὶ Στράβων*] Respicit Temeni acta, qui *Naupacti* classem exstruxit, quacum traiecit in Peloponnesum, teste Eusebio lib. v. Praepar. Euang. cap. 20. Sed locus iste magnopere corruptus sanabitur a nobis infra ad v. *Ῥύπαι*. Meminit eiusdem exstructionis Strabo lib. ix. pag. 426. et ex eo Eustathius ad Homeri Iliad. *B.* pag. 276.

— *Ὁ πολίτης, Ναυπάκτιος*] Extat hoc gentile in nummo apud Goltzium.

*Ναυπλία, πόλις Ἄργους· Στράβων ὁγδόῃ, ἀπὸ τοῦ ταῖς ναυσὶ προσπλεῖσθαι· Οἱ οἰκοῦντες, Ναυπλιεῖς ὡς Στράβων, καὶ Ναυπλία*] Ultima vox videtur corrupta. Apud Euripidem occurrit *Ναυπλίειος* in Orestis Prologo v. 54.

*Λιμένα δὲ Ναυπλίειον ἐκπληρῶν πλάτῃ.*
*Portum vero Nauplieum implens remo.*

ubi Scholiastes Graecus: *Ναύπλιος Ἀργεῖος ἀνὴρ, ναυτικῆς ἔμπειρος λιμένα κατασκευάσας, ἀφ' ἑαυτοῦ ἐκάλεσε Ναύπλιον.*

*Νέαι, νῆσος πλησίον Λήμνου*] Antigonus Hist. Mirab. cap. ix. *Ἐν δὲ ταῖς τῶν Λημνίων νήσοις ταῖς καλουμέναις Νέαις, Πέρδικες οὐ γίνονται, ἀλλὰ κἂν ἴδῃ τις, ἀπόλλυνται. In Lemniorum insulis, quae Neae*, seu *Novae*, *vocantur*, *neque nascuntur perdices: et si importentur*, *pereunt.*

— *Ἐν ᾗ Φιλοκτήτης κατά τινας ἐδήχθη ὑπὸ ὕδρου*] Huc pertinet quod in Inscriptione Arae Dosiadae legitur:

*Καθαρὸς γὰρ ἐγὼ*
*Ἰὸν ἱέντων τεράων· οἷα κέκευθ' ἐκεῖνος*
*Ἀμφὶ Νέαις Θρηϊκίαις ὃν σχεδόθεν Μυρίνης*
*Σοὶ Τριπάτωρ πορφυρέου φῶρ ἀνέθηκε κριοῦ.*

Vide quomodo Salmasius hoc explicet pag. 187.

— *Ἔστι καὶ Νέα κώμη καὶ φρούριον Μυσίας*] Strabo lib. XIII. pag. 603. *Ἐν δεξιᾷ δὲ τοῦ Αἰσήπου μεταξὺ Πολίχνας τε καὶ Παλαισκήψεως ἡ Νέα κώμη καὶ Ἀργύρια. Ad dextram Aesepi inter Polichnam et Palaescepsin Novus est pagus et fodinae argenti.* 220 b
in sequentibus argenti fodinas confictas docet ab iis, qui Homerica omnia suis locis attribuunt.

*Νεάνδρεια, πόλις Τρωάδος ἐν Ἑλλησπόντῳ.*

— *Ἔν τισι δὲ Λέανδρος γράφει διὰ τοῦ λ κακῶς*] Suidas hac

voce: ἣν τινες διὰ τοῦ λ Λεάνδρειαν γράφουσι κακῶς. MSS. ἐν τισι δὲ Λέανδρος γράφεται διὰ τοῦ λ κακῶς. Ergo scribendum, ἐν τισι δὲ Λεάνδρεια γράφεται, etc. idque Salmasius probabat.

— Λέγεται καὶ Νεάνδριον οὐδετέρως] Scribe ex Suida, Νεάνδρειον.

— Ὁ πολίτης, Νεανδρεύς] Pyrrhus Ligorius Valeriani Imperatoris laudat nummum, in cuius altera area circum Dianae caput cum pharetra post collum per geminam diphthongum legitur: ΝΕΑΝΔΡΕΙΑΙΩΝ. Apud Antigonum Carystium cap. CLXXXVII. scribitur, περὶ τῶν Νεανδρίδων, nescio an pro Νεανδριέων.

Νεάπολις, πόλις Ἰταλίας διάσημος, ἐν ᾗ Παρθενόπη ᾕρηται, μία τῶν Σειρήνων] De *Parthenope* vide sis Eustathium ad Dionysium pag 50. et Tzetzen ad Lycophronem pag. 117. Sed quid est illud ᾕρηται? num quid ab ἠρίον? Ita credidit Benedictus Aegius Spoletinus, qui in versione MS, quae in Vaticana Bibliotheca servatur, vertit, *sepulta est*. Verum Suidas: ἐν ᾗ Παρθενόπης ἵδρυται Σειρῆνος ἄγαλμα. Unde Ioannes Meursius hoc loco ita restituendum putat: et infra v. Σειρηνούσσαι similiter: ἐν ᾗ καὶ νεὼς αὐτῶν ἵδρυται.

— Ὁ πολίτης. Νεαπολίτης] In omnibus antiquis nummis, quos profert Iulius Caesar Capacius in Historia sua Neapolitana, qui non pauci sunt, scriptum est: ΝΕΟΠΟΛΙΤΩΝ.

— Ἔστι καὶ ἄλλη Λιβύης καὶ ἄλλαι] Inter has etiam est una in Syria Palaestina vel Samaria, Iustini Martyris patria, *Flavia* vel *Flaviopolis* cognominata, cuius ipse Iustinus meminit in Princ. Apol. II. Ἰουστῖνος Πρίσκου, τοῦ βακχείου, τῶν ἀπὸ Φλαυΐας Νέας πόλεως τῆς Συρίας Παλαιστίνης. In nummo Caracallae apud Franc. Gotifredum circum templum in monte. ΑΥΡ. ΦΛ. ΝΕΑΣ. ΠΟΛΕΩΣ. ΣΑΜ. Est autem mons Garizim, de quo videndus Procopius lib. I. de Aedif. Iustin. Item in Vespasiani nummo apud eundem circum templum: ΕΠΙ ΜΙΡΦΝΕΑΣΠΟ . . . . ΑΥΤ. et a latere: ΗΡΑΣ. In Domitiani vero, apud Illustrem Eq. Cassianum Puteum, Coronae inscriptum legitur: ΦΛΑΟΥ. ΝΕΑΠΟΛ. ΣΑΜΑΡΕΙΑΣ. Alios vide apud Goltzium.

221 a Νέδων, πόλις καὶ τόπος τῆς Λακωνικῆς. τὸ τοπικὸν, Νεδούσιος καὶ Νεδουσία ἡ Ἀθηνᾶ· κλίνεται δὲ Νέδοντος] Suidas Νέδων, ποταμὸς καὶ τόπος dicitur: et sic quoque legendum hoc loco ex Strabone evincitur, apud quem lib. VIII. pag. 360. Παρὰ δὲ Φηρὰς Νέδων ἐκβάλλει, ῥέων διὰ τῆς Λακωνικῆς, ἕτερος ὢν τῆς Νέδας· ἔχει δ' ἱερὸν ἐπίσημον Ἀθηνᾶς Νεδουσίας· καὶ ἐν Πυιηίσσῃ δ' ἐστὶν Ἀθηνᾶς Νεδουσίας ἱερὸν, ἐπώνυμον τόπου τι-

νὸς Νέδοντος. *Apud Pheras Nedon fluvius in mare exit, lapsus per Laconicam, diversus a Neda: habet autem nobile templum Nedusiae Minervae: sed et Poeeeesa habet Minervae Nedusiae Templum, nomen habens a Nedonte loco quodam.* Tzetzae ad Lycophronem pag. 67. mons dicitur Euboeae.

*Νεῖλος, πόλις Αἰγύπτου. Ἑκαταῖος περιηγήσει αὐτῆς· καὶ ἱερὸν Νείλου ποταμοῦ*] Ptolemaeo lib. IV. Geogr. cap. 5. dicitur *Νειλούπολις*. Eusebio lib. VI. Histor. Ecclès. *ἡ τῆς Νείλου καλουμένη πόλις*. ubi Rufinus recte *Nilopolis* vertit. et sic in nummo Hadriani, quem Gaza Medicea servat, circum caput Isidis: *ΝΕΙΛΟΥ. ΑΙΑ.* Stephanus aut Epitomator non observavit nomina haec in obliquo non in recto formari.

— *Τὸ ἐθνικὸν τῆς πόλεως Νειλοπολίτης*] Apud Goltzium in nummo legitur: *ΝΕΙΛΟΠΟΛΕΙΤΩΝ.*

— *Εἰ δὲ ἡ πόλις μόνη κέκληται, ὀφείλει ἕκεσθαι τῷ κτητικῷ τοῦ ποταμοῦ Νειλαῖος, ὡς Ἀπολλώνιός φησιν*] Alia possessiva a *Nilo* ducta Tzetzes habet Chiliad. x. c. 300. *Νειλῶος*, *Νειλώϊος* et *Νείλιος*. In isto autem carmine per *Νειλώους ῥύακας*, *Niliaca fluenta*, intelligit Tzetzes S. Nili Epistolas, ut apparet ex praefixo in MSS. epigrammate. Apud Hesychium v. *Τυφλῶνος* legitur *Νειλώειος*. Invenitur et *Νειλώτης* et *Νειλώτις* in foeminino: ut in Oraculo apud Eusebium lib. IX. de Praepar. Euang. pag. 242.

*Οἱ τὸ καλὸν πίνοντες ὕδωρ Νειλώτιδος αἴης.*

— *Ὅσα γὰρ τῶν κτητικῶν * τοῦ ι, ἢ τὴν γενικὴν ποιεῖ τοῦ πρωτοτύπου, ἢ τὴν εὐθεῖαν*] Supple cum Salmasio: *Ὅσα γὰρ τῶν κτητικῶν παραληγόμενα τοῦ ι* etc.

— *Σάβιος*] Scribe, *Σάκιος*. Vide infra h. v. Error natus ex eo, quod *β* et *κ* eodem fere modo in MSS. pinguntur.

*Νέμαυσος, πόλις Γαλλίας, ἀπὸ Νεμαύσου Ἡρακλείδου, ὡς Παρθένιος*] Apud Suidam h. v. *Νέμαυσος, πόλις Ἰταλικὴ, ἀπὸ Νεμαύσου Ἡρακλείδου*. mendose videtur scriptum *Ἰταλικὴ* pro *Κελτική*. Neque enim existimo ideo *Italicam* dixisse, quoniam colonia erat Romanorum: nam Stephani verba eum transcribere satis evidenter apparet. Sic autem legitur in Aldina Editione: nam in illa, quam Aemilius Portus dedit, plane ut apud Stephanum scribitur.

*Νέμεα, χώρα τῆς Ἤλιδος· ἐν ταύτῃ Δρύοπες ᾤκουν*] In Argumento tertio Nemeorum Pindari pag. 330. *Ἔστι δὲ ἡ Νεμέα* 221
*τῶν Ἀργείων τῆς χώρας μοῖρα, ὠνομασμένη ἀπὸ τῆς Σελήνης καὶ* b
*Διός. οἱ δὲ ἀπὸ τῶν βοῶν τῶν ὑπὸ Ἄργον νεμομένων ἐν τῷ χωρίῳ. αἳ ἦσαν Ἥρας ἱεραί. οἱ δὲ ἀπὸ τοῦ Δαναοῦ παίδων, οἳ κατενείμαντο καὶ ἐκληρούχησαν τὸ χωρίον.*

— *Καὶ Νεμέα λέγεται καὶ Νεμεήτης Ζεὺς καὶ Νεμεῆται*] Huc pertinet etiam femininum *Νεμεάς*. Unde *Νεμεάδα χαράδραν* apud Aeschinem in Orat. *περὶ τῆς παραπρεσβείας*. ubi tamen Harpocration legisse videtur *Νεμέαν χαράδραν*. sed apud Pindarum Nem. Od. III. *ἐν ἱερομηνίᾳ Νεμεάδι*.

— *Οἱ πολῖται τῆς Λοκρίδος πόλεως, Νέμειοι*] Ex his verbis satis apparet praecedentia mutila esse. Caeterum in libello, qui Hesiodi et Homeri Agon inscribitur, in *Οἰνόῃ*, *Locridis* oppido, dicitur locus esse, qui *Διὸς Νεμείου ἱερόν* vocatur, ubi Hesiodus interfectus est: *Ὁ δὲ Ἡσίοδος ἀκούσας τοῦ χρησμοῦ τῆς Πελοποννήσου μὲν ἀνεχώρει, νομίσας τὴν ἐκεῖ Νεμέαν τὸν Θεὸν λέγειν· εἰς δὲ Οἰνόην τῆς Λοκρίδος ἐλθὼν καταλύει παρὰ Ἀμφιφάνει καὶ Γαννύκτορι, τοῖς Φηγέως παισὶν, ἀγνοήσας τὸ μαντεῖον. ὁ δὲ τόπος οὗτος ἐκαλεῖτο Διὸς Νεμείου ἱερόν.* Meminit huius loci etiam et illius occasione quoque necis Hesiodi Thucydides lib. III. et Plutarchus in Convivio septem Sapientum, pag. 162. ubi *Λοκρικὸν Νέμειον* dicitur.

*Νεοκαισάρεια, Ποντικὴ πόλις*] Metropolis fuit Ponti Polemoniaci. In Gaza Medicea nummus asservatur Severi, in quo circum templum legitur: *KOINON NEOKAI. MHTPO.* et subtus: ET. PAR. Quibus literis fortassis annus a condita vel denominata urbe, et quidem CXLII, scilicet post consecrationem Augusti, cuius hoc templum, denotatur.

— *Τὸ ἐθνικὸν, Νεοκαισαριεὺς*] Scribe, *Νεοκαισαρεύς*. Sic enim supra v. *Καισάρεια* gentile formatur: et apud Suidam similiter *Νεοκαισαρεῖς* vocantur.

— *Ὡς Φλέγων πεντεκαιδεκάτῳ Ὀλυμπιάδος*] Salmasius legit: *πεντεκαιδεκάτῃ Ὀλυμπιάδι*.

*Νέον τεῖχος, τῆς Αἰολίδος, ὡς Χωλὸν τεῖχος*] Meminit huius urbis Herodotus lib. I. cap. 149. Fuit etiam Thraciae oppidum hoc nomine, cuius meminit Xenophon lib. VII. de Exped. Cyri pag. 411. *ὡς ἐπειδὰν ἐπὶ θάλατταν ἀπέλθοι, παραδώσει αὐτῷ Βισάνθην, καὶ Γάνον καὶ Νέον Τεῖχος. Posteaquam ad mare pervenisset Bisanthem, Ganum, Castellum Novum ei traditurum.*

— *Τὸ ἐθνικὸν Νεοτειχίτης, ὡς Χωλοτειχίτης, ὡς Ἡρόδοτος ἐν Ὁμήρου βίῳ*] Apud Herodotum de Vita Homeri cap. 10. nominantur *Νεοτειχεῖς* a singulari *Νεοτειχεύς*, non *Νεοτειχίτης*. Unde
222 a apparet hunc locum mutilum esse et supplendum, *καὶ Νεοτειχεύς, ὡς Ἡρόδοτος*, etc.

*Νέσπετος, πόλις Ἰταλίας. Διονύσιος τρισκαιδεκάτῳ Ῥωμαϊκῆς Ἀρχαιολογίας*] Rescribe ocyus, *Νέπετος*. uti apparet ex Suida, qui Stephanum fere verbotenus transscripsit. Cluverius et Salmasius concedunt quidem a Dionysio urbem sic appellatam,

vitium tamen commissum ab ipso Stephano promanasse existimant ob literarum ordinem. Qua in re humanitas aliquid passi sunt: nam literarum ordo tam *Νέπετος*, quam *Νέσπετος* patitur. Straboni lib. v. pag. 226. *Νέπιτα* dicitur, Ptolemaeo *Νέπετα*, Latinis *Nepet*, ubi docet Sigonius ad Livium lib. vi. cap. 9. Sed apud Livium in Codicibus Manuscriptis legitur *Nepete*, et semel *Nepe*. Apud Velleium Paterculum lib. i. cap. 14. pariter *Nepe* scribitur. Priscianus lib. vi. pag. 687, *Git, μελάνθιον, et Nepet, nomen oppidi Italici, indeclinabilia sunt.* A *Nepet* autem vel *Nepete* formatum Stephani *Νέπετος*, ut a Praeneste *Πραίνεστος*. Apud Frontinum in libro de Coloniis occurrit Colonia *Nepensis* et *Nepis*: ubi Onuphrius, in Collectaneis Coloniarum, putat reponendum *Nepet*. Sed nihil temere mutandum: diversimode enim urbis huius nomen iam olim scriptum esse certum est.

— *Τὸ ἐθνικὸν Νεσπεσῖνος*] Scribe, *Νεπεσῖνος*: et sic apud Livium lib. vi. cap. 10. *Nepesini*.

— *Ἡ τροπὴ δὲ τοῦ τ εἰς σ, ἰδιάζουσα καὶ σεσημείωται*] Sic a *Μίλητος*, *Μιλήσιος*.

*Νέσσων, πόλις Θεσσαλίας· Διονύσιος τρίτῳ γιγαντίδος*] Hinc *Νεσσωνὶς λίμνη* apud Suidam hac voce. Apud Straboneni lib. ix. aliquoties scribitur *Νεσωνὶς* per σ simplex, sed in MSS. ubique *Νεσσωνίς*. Tamen Pindari Scholiastae Pyth. Od. iii. pag. 219. quoque *Νεσωνίς*. Verba ipsius: *Ἡ δὲ Βοιβιὰς, καὶ Κορωνὶς ἢ κατ' ἐνίους Νεσωνὶς ἐλέγετο.* Strabo autem libro ix. pag. 430. Boebeidem paludem a *Nessonide* diversam facit, et pag. 441. dicit *Nessonidis* paludis mentionem ab Homero non fieri, cum *Boebiadis* fiat, quoniam haec perpetuo maneret, illa contra modo impleretur modo iterum exaresceret.

*Νεῦροι, ἔθνος τῆς Σαρματίας. Διονύσιος ἐν Περιηγήσει· καὶ Νευρὶς, ἡ χώρα*] Herodotus lib. iv. cap. 17. ponit hanc gentem iuxta Hypanin ad occidentale Borysthenis latus. Postea eodem libro cap. 51. Tyren fluvium separare dicit Scythicam *καὶ Νευρίδα γῆν*.

*Νεφελοκοκκυγία, πόλις κωμικῶς ἐπινοηθεῖσα παρὰ Ἀριστοφάνει καὶ ἑνικῶς καὶ πληθυντικῶς λεγομένη*] Suidas v. *Εἰ τὸ* 222
*μέσον κτήσαιο Κορίνθου καὶ Σικυῶνος*, ait conditam esse hanc b
civitatem, *μεταξὺ οὐρανοῦ καὶ γῆς*, *medio inter coelum terramque spatio.* Una citta in aria.

*Νεφθαλῖται, ἔθνος κρατῆσαν τῆς Ἕω, ὡς Ἰώσηπος*] Huius gentis nomen corrupte legitur in Excerptis de Legationibus Menandri Protectoris pag. 106. ubi pro *Ἐφθαλιτῶν* scribendum *Νεφθαλιτῶν*, retracto *N* a praecedente voce.

*Νέων, πόλις Φωκίδος. Ἡρόδοτος ὀγδόῃ*] Harpocrationi

*Νεώη* dicitur his verbis: *Νεώη, Δημοσθένης καν' Αἰσχίνου· πόλις ἐστὶ ἐν τῇ Φωκίδι, ἣν Ἡρόδοτος μὲν ἐν ὀγδόῃ, Νεώνα ὀνομάζει. Ἀνδροτίων δ' ἐν ἕκτῃ Ἀνθίδος Νεώνας.* Herodoti locus extat lib. VIII. cap. 33.

*Νήϊον, ὄρος Ἰθάκης, ἀφ' οὗ, κατὰ Κράτητα, αἱ Νηϊάδες. Οἱ δὲ τὰς διακριβούσας ἐπὶ τὰ νάματα*] Posteriorem sententiam sequitur Porphyrius, de antro Nymphaarum pag. 256. *Διὸ καὶ ἱερὸν νυμφῶν, οὐκ Ὀρεστιάδων, οὐδὲ ἀκραίων, ἢ τινῶν τοιούτων, ἀλλὰ Ναιάδων. αἳ ἀπὸ τῶν ναμάτων οὕτω κέκληνται. Eamque ob causam non montanis nec iugicolis, aliisve huiusmodi, sed Naiadibus sacrum est, quae a fontibus (νάματα Graeci vocant) sic appellantur.*

— *Τὸ δὲ Ὑπερνήϊον σύνθετον, ὥσπερ τὸ ἐπιστημόνιον*] Scribe, *Ὑπονήϊον.* Sic enim Suidas: *Νήϊα, τὰ νοσσηγήσιμα ξύλα. καὶ Νήϊον ὄρος Ἰθάκης· τὸ καὶ Ὑπονήϊον.* Salmasius etiam notavit hanc correctionem. Apud Homerum Odys. *Δ.* v. 186. in pluribus exemplaribus legitur,

*Ἐν λιμένι Ῥείθρῳ ὑπὸ Νηΐῳ ὑλήεντι.*
*In pontu Rethro sub Neïo sylvoso.*

Sed in nonnullis una voce exprimitur *Ὑπονηΐῳ*· uti et Odyss. *Π* v. 81.

*Ἡμεῖς ἐξ Ἰθάκης Ὑπονηΐου εἰλήλουθμεν.*
*Nos ex Ithacae Hyponeio venimus.*

Ubi Scholiastes: *τῆς ὑπὸ τὸ Νήϊον ὄρος κειμένης.* quibus verbis ostendit ideo sic appellatam, quoniam *Neïus* mons in *Ithaca* eminebat. Strabo lib. x. pag. 454. dubitat, utrum *Neïus* et *Neritus*, qui in eadem insula ab Homero ponitur, idem sint. Apud Homerum enim Odyss. *I.* v. 22.

*Ναιετάω δ' Ἰθάκην εὐδείελον· ἐν δ' ὄρος αὐτῇ*
*Νήριτον εἰνοσίφυλλον, ἀριπρεπές.*
*Habito autem Ithacam clarissimam: in ipsa vero mons est Neritus arboribus abundans, valde celebris.*

Sed Crates et Philoxenus apud Homerum *Νήϊον* legerunt Eustathio teste ad dictum locum pag. 1613. *Τὸ δὲ Νήριτον περὶ οὗ καὶ προγέγραπται, Κράτης τε ἐν τῷ περὶ λιμένων Νήϊον γράφει, καὶ Φιλόξενος δὲ ὁμοίως. ὃς καὶ τὴν Ἰθάκην Ὑπονήϊον ἐκεῖθεν εἰρῆσθαι φησίν.*

*Νηκούϊα, πόλις Ὀμβρίκων· Διονύσιος ἐπτακαιδεκάτῳ Ῥωμαϊκῆς Ἀρχαιολογίας. Τὸ ἐθνικὸν, Νηκουϊάτης*] Philippus Cluverius lib. II. Ital. Antiq. cap. 7. existimat scripsisse, si non Stephanum, saltem ipsum Dionysium *Νηκουϊνάται*, pro civibus, quorum oppidum erat *Νηκουΐνον*, *Nequinum*, sive *Νηκουΐνα*,

223 a

*Nequina*. *Nequinum* autem Romanis appellatum primo ex Livio et Plinio patet; postea *Narnia* dici coepit.

*Νήρικος, πόλις Ἀκαρνανίας*] Salmasius in Exercitationibus Plinianis pag. 715. docet quomodo Plinius lib. IV. cap. I. oppidum hoc perperam *Neritum* vocet, quod nomen montis esse in *Ithaca* paullo ante audivimus. Scilicet alios eundem errorem errantes Plinius sequutus est, cuius admonuerat idem Strabo lib. X. pag. 454. *Ὁ μέν τοι ἀντὶ Νηρίτου γράφων Νήρικον, ἢ ἀνάπαλιν, παραπαίει τελέως. Qui vero pro Nerito Nericum aut contra scribit, is omnino errat.*

— *Ἣν Ὅμηρος ἀκτὴν φησιν Ἠπείροιο, ἥτις ἐστὶν Ἀκαρνανία*] Odyss. Ω. v. 376.

*Οἷος Νήρικον εἷλον ἐϋκτίμενον πτολίεθρον*
*Ἀκτὴν Ἠπείροιο, Κεφαλλήνεσσιν ἀνάσσων.*
*Qualis Nericum cepi bene aedificatam urbem,*
*Littus Epiri, Cephallensibus imperans.*

Ad quem locum videndus Eustathii commentarius, pag. 1964. et eiusdem ad Dionysium pag. 70. Quod autem noster *littus* istud *Epiri* facit *Acarnaniam*, a Strabone hausit, lib. X. pag. 451. et seq.

— *Δούκερκος δὲ ταύτην Νηριτός φησιν*] Hanc sententiam damnat Strabo, uti modo diximus.

— *Ἡ Νήριτος, ὡς τὸ ὄρος*] MSS. *Νήριτον*. quomodo rescribendum: ita enim mons Ithacae insulae a quibusdam dictus est. Vide Eustathium ad Homeri Iliad. *B*. pag. 307. Videtur autem Stephanus dixisse in superioribus *Neritum* Ithacae esse montem, et ista verba ab Epitomatore relicta. Adde Tzetzen ad Lycophronem pag. 123. et 126.

*Νησαῖον, πεδίον· ἀφ' οὗ παρὰ Μήδοις οἱ Νησαῖοι ἵπποι*] Apud Strabonem lib. XI. pag. 525. et 530. scribitur *Νισαῖοι*, et sic pariter apud Eustathium aliosque. Rursus apud Dionem, Eustathium, alios *Νησαῖοι*. Vide de hac *διττογραφίᾳ* et de his ipsis equis Henricum Valesium ad Ammianum Marcellinum, pag. 269.

*Νῆσος, ἡ ἐν θαλάσσῃ πόλις*] Poëtas notat Pollux, *insulas* appellare *urbes* lib. IX. cap. 9. in fine: *Τοῖς γὰρ ποιηταῖς καὶ τὰς κώμας λέγουσι πόλεις οὐ προσεκτέον. ὡς παρ' Εὐριπίδῃ ἐν Ἰξίονι, Εὔβοια Ἀθήναις ἔστι τις γείτων πόλις. καὶ πάλιν ἐν Τιμενίδαις, Ἅπασα Πελοπόννησος εὐτυχεῖ πόλις.*

*Νισώπη, νῆσος Λέσβου, ἡ τὸν Σίγριν λιμένα ποιοῦσα. Τὸ ἐθνικὸν Νισωπαῖος*] MSS. habent *Νησώπη*. optime. Deinde pro *Σίγριν* videtur rescribendum *Σίγριον*, uti scribitur infra v. *Σίγριον*. Caeterum post hanc vocem in MSS. legitur: *Ἀρχὴ τοῦ λδ' βιβλίου*. 223 b

*Νίβις, πόλις Αἰγύπτου· Φλέγων ἑκατοστῇ τεσσαρακοστῇ Ὀλυμπιάδος*] Scribe, *ἑκατοστῇ τεσσαρακοστῇ Ὀλυμπιάδι*, vel *Ὀλυμπιάδων*. ut vv. *Λῆνος* et *Ταῤῥαχίνη*.

*Νίγρητες, ἔθνος Λιβύης, ἀπὸ ποταμοῦ Νίγρητος*] Aliis *Νιγρῖται* appellantur hi populi et Plinio *Nigritae*: fluvius Latinis *Niger*, Ptolemaeo *Νίγειρ*, aliis *Νίγρης, Νίγρητος*.

— *Διονύσιος· καὶ ἀγχίμαχοι Νίγρητες*] Apud Dionysium v. 215. in nostris exemplaribus legitur: *καὶ ἀγχίγυοι Νίγρητες*.

*Νίκαια, πόλις Βιθυνίας, Βοττιαίων ἄποικος*] Memnon apud Photium cap. XLIII. pag. 737. refert urbem hanc nomen habere a Naide nympha, cui nomen *Nicaea*, Sangarii et Cybelae filia, e qua Bacchus Satyrum aliosque liberos genuit. Quod illustrat Neronis nummum apud Franc. Gotifredum a me visum, in cuius altera area circa aram legitur: *ΔΙΟΝΥΣΟΥ ΚΤΙΣΤΟΥ*. subtus: *ΝΙΚΑΙΑ*.

— *Ἐκαλεῖτο δὲ πρότερον Ἀγκώρη*] *Ἑλικόρη* legitur in antiquo Scholio Notitiae Episcopatuum Leonis Imperatoris inserto, Tom. I. Iuris Graeco-Romani pag. 92. quod ex Stephano adhuc integro concinnatum videtur.

— *Εἶτα Ἀντιγόνεια· Ὕστερον δὲ ἀπὸ τῆς Λυσιμάχου Γυναικὸς Νίκαια ἐκλήθη*] MSS. *μετεκλήθη*. Eustathius ad Iliad. B pag. 365. *Νίκαια, κτίσμα πάλαι μὲν Ἀντιγόνου, ὅθεν καὶ Ἀντιγόνεια ἐκλήθη. Εἶτα Λυσιμάχου, ὃς ἀπὸ τῆς γυναικὸς μετωνόμασε, Νίκαιαν*.

— *Δευτέρα τῶν Ἐπικνημιδίων Λοκρῶν*] Situs huius urbis clare patet, ex Strabone lib. IX. pag. 426. *Μετὰ δὲ ταῦτα, Σκάρφη σταδίοις ὑπερκειμένη τῆς θαλάσσης δέκα, διέχουσα δὲ τοῦ Θρονίου τριάκοντα· ἔπειτα Νίκαια καὶ αἱ Θερμοπύλαι. Sequitur Scarphe a mari decem, a Thronio triginta stadiis dissita: deinde Nicaea et Thermopylae.* Unde apparet Stephanum errare, quando postea adhuc aliam commemorat ad *Thermopylas*. Erravit hunc errorem etiam Suidas, et, quod peius est, hanc *Locridis* cum illa etiam *Bithyniae* confudit.

— *Τετάρτη, ἐν Ἰνδοῖς*] Ad *Hydaspem* ab Alexandro condita Arriano teste lib. V. pag. 114. Fuit et alia apud *Paropanisadas*, eodem referente lib. IV. pag. 93.

— *Ἑβδόμη, Κελτικῆς, Μασσαλιωτῶν ἄποικος*] Colotium eo deduxisse Augustum Pyrrhus Ligorius putat.

— *Ὁ πολίτης, Νικαιεὺς καὶ Νικαεὺς διχῶς*] Miror tertium et usitatissimum Latinis *ἐθνικὸν* omitti, quod est *Νικαηνός*· unde Epiphanius *Νικαηνὰ σκεύη χαλκᾶ*. Latini pro *Nicaenus* male
224 *Nicaenum*, quasi *Νικαινὸς* esset Graece, quod nullam *ἀναλογίαν*
a habet. Reliqua autem duo in nummis occurrunt uti et alia;

quorum inscriptiones indigeste subiicio. In nummo Magno Antonini Pii inter Thesauros Mediceos circum Hygeam et Aesculapium, *ΥΓΕΙΑ ΚΑΙ ΑϹΚΛΗΠΙΩ.* subtus, *ΝΙΚΑΙΕΙϹ.* In nummo vero Commodi ibidem circum caput Herois Leonina opertum, *ΘΗΣΕΑ ΝΙΚΕΕΙϹ.* perspicuis plane litteris: quae eadem plane inscriptio visitur etiam in alio Commodi apud Franciscum Gotifredum circum Herculem cum clava. In nummo Commodi apud Tristanum, Tom. I. pag. 744. supra Bacchum quadriga elephantorum invectum, *ΤΟΝ ΚΤΙϹΤΗΝ.* infra, *ΝΙΚΑΙΕΙϹ.* ubi vide Tristanum ex Memnone ante laudato nummum hunc recte interpretantem: eodemque pertinet Neronis nummus ante adductus, in quo circa aram, *ΔΙΟΝΥϹΟΥ ΚΤΙϹΤΟΥ.* subtus, *ΝΙΚΑΙΑ.* Alludit et eodem alius in Mediceis Gazis, in quo Satyrus vel Faunus conspicitur caprum proculcans, cum inscriptione, *ΝΙΚΑΙΕΩΝ.* Apud Pyrrhum Ligorium reperiuntur octo cum hac epigraphe, *ΝΙΚΑΙΕΩΝ.* et diversos tales habent Franc. Gotifredus et P. Mareschallus. In tribus aliis legitur, *ΝΙΚΑΙΑΤΩΝ.* In duobus, *ΝΙΚΑΙΩΝ.* In Domitiani nummo apud Franc. Gotifredum circum caduceum, *ΝΕΙΚΑΙΕΙϹ ΠΡΟΤΟΙ ΤΗϹ ΕΠΑΡΧ.* De controversia Primatus inter *Nicaeam* et Nicomediam videndus Tristanus, Tom. I. pag. 592. et infra v. *Νικομήδεια.* In nummo Antonini Pii circum Cybelam turritam leoni insidentem apud eundem Gotifredum, *ΝΕΙΚΑΙΕΩΝ.* Item in alio eiusdem Antonini, in cuius averso latere M. Aurelius Caesar hastatus in equo conspicitur, epigraphe haec: *ΑΥΡΗΛΙΟΝ ΚΑΙϹΑΡΑ ΝΕΙΚΑΙΕΙϹ.* In alio Faustinae, in quo Hercules cum Cupidine leoni insidet, *ΝΙΚΑΙΕΩΝ.* In alio M. Aurelii circum figuram militis hastati, *ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΝ ΝΙΚΑΙΕΙϹ.* In alio circum Hygeam et Aesculapium, *ΝΙΚΑΙΕΩΝ.* Rursus in Iuliae Domnae nummo circum figuram muliebrem sedentem cui Victoria retro stans coronam imponit, *ΝΙΚΑΕΩΝ ΤΩΝ ΕΝ ΚΛΑΒΙΑΝΩΝ.* In alio Gordiani rarissimo circum equitem equo insidentem crura anteriora humana habenti, quibus Aesculapii virgam serpente obvolutam sustinet, *ΙΠΠΟΝ ΒΡΟΤΟΠΟΔΑ ΝΙΚΑΙΕΩΝ.* In alio Commodi circum vas agonale, *ΝΙΚΑΙΕΩΝ ΙΕΡΟϹΑΓΩΝ.* Tandem in Anniae Faustinae, *ΤΥΧΗ ΝΙΚΑΙΕΩΝ.* circum fortunam stantem.

— *Ἐξ αὐτοῦ, Ἀρηγόνος*] Scribe, *Ἰσίγονος* qui Plinio *Isigonus Nicaeensis*, cuius libri, de Incredibilibus, passim citantur. 224 b

— *Καὶ Ἀσκληπιάδης*] Hic *Asclepiades* Diotimi filius, teste Suida patria fuit Myrleanus, genere *Nicaeensis*. Vixit, eodem auctore, sub Attalo et Eumene Pergami Regibus et Romae docuit

Pompeii Magni temporibus. Sed cum haec duo sint ἀσύστατα, existimat Vossius duos fuisse *Asclepiades* Myrleanos. Quod omnino dicendum, si Suidae verum tradidit.

— *Καὶ Παρθένιος*] Hic pariter, Suida teste, *Νικαεὺς ἢ Μυρλεανός. Nicaensis aut Myrleanus.* Poëta Tiberio Caesari quondam in deliciis.

*Νικασία, νησίδιον μικρὸν πλησίον Νάξου. Τὸ ἐθνικὸν Νικάσιος*] *NIKACIΩN* memimit nummus apud R. P. Sirmondum.

*Νικάτορις, πόλις Συρίας πρὸς τῇ Εὐρώπῃ*] Puto legendum, *πρὸς τῇ Εὐρώπῳ.* quae erat ad Euphratem.

— *Κεῖσμα Σελεύκου τοῦ Νικάτορος*] Pyrrhus Ligorius nummum adfert *ΣΕΛΕΥΚΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ.* in cuius aversa parte Apollinis figura visitur cum inscriptione, *ΝΙΚΑΤΟΡΕΙΤΩΝ.*

— *Τὸ ἐθνικὸν, Νικατορίτης*] Occurrit apud Goltzium in Vespasiani nummo, *ΝΙΚΑΤΟΡΙΤΩΝ.*

*Νικηφόριον, οὕτως ἡ Κωνσταντίνα ἡ περὶ Ἔδεσσαν πόλις*] Suidas: *Νικηφόριον· οὕτω φασὶν ἐκαλεῖτο ἡ περὶ Ἔδεσσαν Κωνστάντεια.* Occurrit etiam *Nicephorium* apud Diodorum in Excerpt. lib. xxv. apud Constantinum pag. 294. sed templum erat sub ipsis Pergami moeniis situm, ut apparet ex iisdem Excerptis, dicto loco et pag. 337. Polybius dicit lucum in Excerpt. lib. xvi. pag. 66. et pag. 169.

*Νικίου κώμη, Αἰγύπτου*] Dubito an *Κώμη* ad loci nomen pertineat, an simpliciter locus *Νικίου* vocatus fuerit, quemadmodum infra *Χειρέου.* ubi huius vocis gentile pro exemplo adducitur. et supra *Ἀργέου.* Atque ita absolute *Νικίου* in Hieroclis Notitia scribitur, et apud Ptolemaeum lib. iv. Geogr. cap. 5. *Προσωπίτης νομὸς καὶ μητρόπολις Νικίου.* quae nostram coniecturam plane confirmant.

— *Ὁ οἰκήτωρ, Νικιώτης*] In Iure Graeco-Romano pag. 190. occurrit Plusammon *Νικιωτῶν* episcopus.

*Νικομήδεια, πόλις Βιθυνίας*] De controversia primatus inter *Nicomediam* et Nicaeam intelligendus nummus Antonini Pii apud Tristanum T. I. p. 592. in quo circum serpentem arae insistentem legitur: *ΜΗΤΡΟΠ. ΠΡΩΤΗC ΝΙΚΟΜΗΔΕΙΑC. Nicome-*
225 *diae* enim tunc primatus videtur fuisse restitutus. Item alius eius-
a dem Antonini apud Illustr. Eq. Cass. Puteanum, in quo circum Isidem expanso velo quasi navigantem: *ΝΙΚΟΜΗΔΕΙΑC ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩC.* quomodo pariter legitur in alio eiusdem Principis circum triremem cum velis, inter Gazas Mediceas servato.

— *Ἀπὸ Νικομήδους τοῦ Ζήλα παιδὸς, ἐπισημοτάτου βασιλέως*] *Nicomedes* Magnus, *Nicomediae* conditor filius fuit *Zipoe-*

tae, pater *Zelae*. Vide nostrum supra v. *Ζήλα*. Tzetzes Chiliad. III. v. 950.

*Ὁ τοῦ Ζειποίτου μὲν υἱὸς ἐκεῖνος Νικομήδης,*
*Ὁ κτίσας Νικομήδειαν, πατὴρ ὁ τοῦ Προυσίου.*
*Zipoetae filius iste Nicomedis,*
*Qui condidit Nicomediam, pater Prusiae.*

— *Ἣ καὶ Ὀλβία ἐκλήθη*] Supra ad v. *Ἄσταχος* diximus *Nicomediam* iuxta quosdam veteres prius *Astacum* fuisse dictam, aut *Ἀστάκειαν*, uti ait Chronici Alexandrini auctor, pag. 406. Quomodo autem *Olbia* etiam potuerit appellari pariter supra traditur. Astacus enim, urbis conditor, Neptuni et *Olbiae* nymphae filius ibi dicitur.

*Νικόπολις, πόλις Ἠπείρου, ὡς Μαρκιανός*] De *Nicopoli* a Caesare Augusto condita elegans extat Epigramma ἀνίσδοτον Antipatri sequens:

*Λευκάδος ἀντί με Καῖσαρ, ἰδ' Ἀμβρακίης ἐρεβώλου,*
*Θυρρείου τε πίλειν, ἀντί τ' Ἀνακτορίου·*
*Ἄρτιος Ἀμφιλόχου τε, καὶ ὁππόσα ῥείσαντο πύκλῳ·*
*Ἄστε' ἐπιθρώσκων δουρομανὴς πόλεμος,*
*Εἷσαν Νικόπολιν θείην πόλιν· ἀντὶ δὲ Νίκης*
*Φοῖβος ἄναξ τεύχην δείκνυται Ἀκτιάδος.*

Ad hanc urbem pertinere videtur Augusti nummus apud Franc. Gotifredum in cuius una area corona rostrata circa palmam continet: *ΙΕΡΑ ΝΙΚΟΠΟΛΙϹ.* in altera circum Augusti caput legitur, *ΣΕΒΑϹΤΟΥ ΚΤΙϹΤΟΥ.* Item Caracallae, in quo caput turritum cum alis tribus montibus suffultum cum his verbis: *ΙΕΡΑ ΝΕΙΚΟΠΟΛΙϹ.* apud eundem. Getae etiam, in quo circum Annonam sive Abundantiam: *ΙΕΡΑϹ ΝΕΙΚΟΠΟΛΕΩϹ.* Et ne turbet scripturae diversitas in his duobus nummis, Goltzius quoque aliquos adducit, in quibus constante errore scribitur: *ΝΕΙΚΟΠΟΛΕΩϹ.* et *ΝΕΙΚΟΠΟΛΕΙΓΩΝ.*

— *Ἔστι καὶ Βιθυνίας*] Condita a Pompeio eo loci, ubi Mithridatem vicerat. Videndus Dio lib. XXXVI. pag. 25. et Historia Miscella lib. VI. pag. 167.

— *Ἔστι καὶ ἄλλη τῆς μικρᾶς Ἀρμενίας*] Ex Basilii Magni Epist. 292. apparet *Nicopolin Minoris Armeniae* olim fuisse metropolim, quamvis Sebastia in Hieroclis aliorumque Notitiis primo loco ponatur. Meminit huius urbis Procopius lib. III. de Aedif. Iustiniani. Verum praeter has ab auctore commemoratas fuit et *Nicopolis* ad Istrum in inferiore Moesia: ad quam nummus pertinet Gordiani Imperatoris a Franc. Gotifredo possessus, in quo circum castellum: *ΤΠ. ϹΑΙΝΟΛΕϹΤΟΥ ΝΙΚΟΠΟΛΕΙΤΩΝ ΠΡΟϹ ΙϹΤΡΟΝ.* Item Macrini apud eundem, in quo, *ΤΠΑ-*

225 b

*ΓΡΙΠΠΑ ΝΙΚΟΠΟΛΕΙΤΩΝ ΠΡΟΣ ΙΣ* circum figuram Abundantiae cum Copiae cornu. Et alius eiusdem Imperatoris in Instrumento Medicee in quo circum eadem figuram hastae vel conto innitentem: *ΤΗ ΑΓΡΙΠΠΑ ΝΙΚΟΠΟΛΙΤΩΝ ΠΡΟΣ ΙΣΤΡΩ*. Item alius Caracallae plane insignis apud Franc. Gotifredum, in quo circum figuram muliebrem una manu stateram bilancem, altera cornu Copiae tenentem, legitur: *ΟΤΑΠ. ΝΙΚΟΠΟΛΕΩΣ ΠΡΟΣ ΜΕΣΤΟ*. Ex quo apparet vetustos codices Plinii et Solini, in quibus fluvius hic appellatur *Mestus* non vitiosos, ut putat Salmasius ad Solinum pag. 158. sed sinceros esse. In Peutingerorum Tabula haec *Nicopolis* dicitur *Nicopolistro*. Meminit huius urbis et Iornandes de Reb. Get. cap. XVIII. *Cnivà Nicopolim accédit, quae iuxta Iatrum fluvium est constituta notissima; quoniam devictis Sarmatis Traianus eam fabricavit et appellavit Victoriae civitatem.* In quo loco pro *Iatrum* omnino reponendum est *Istrum*. Rursus aliam *Nicopolim* Ptolemaeus recenset ad montem Aemum sitam, cuius mentio in Antonini Caracallae nummo, in quo effigies Dianae turritae monti Aemo insidens, cornu Copiae manu tenens, post collum habens lunulam, ad pedes arietis figuram; inscriptio vero sequens ex fide Pyrrhi Ligorii: *ΝΕΙΚΟΠΟΛΕΙΤΩΝ ΑΙΜΩΝΕΙΤΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ*. Apud Franc. Gotifredum vidi nummum Iuliae Domnae, in quo circum figuram rupi insidentem, quasi in habitu pastoris aut venatoris cum urso, ut videtur, aut apro, scriptum extat: *ΝΙΚΟΠΟΛΙΤΑΝ ΕΠΙ ΣΤΡΑ ... ΤΕΤΤΑΛΟΥ*. et in medio nummo *ΑΙΜΟΣ*.

*Νικωνία, πόλις ἐν τῷ Πόντῳ πρὸς ταῖς ἐκβολαῖς τοῦ Ἴστρου· Στράβων ἑβδόμῃ*] Ex Strabone lib. VII. pag. 306. scribendum *τοῦ Τύρα*. Urbs autem *Νικώνειον* Scylaci, *Νικώνιον* Ptolemaeo dicitur.

— *Ὡς Ῥιθυμιάτης*] Lege, *Ῥιθυμνιάτης*. Vide infra h. v. et supra v. *Βοβώνεια*.

*Νινόη, ἡ ἐν Καρίᾳ Ἀφροδισιάς.*

— *Εἶτα ἐκλήθη Μεγαλόπολις*] MSS. *εἶτα δὲ Μεγάλη πόλις* atque ita vocatur supra h. v.

226 a — *Ὅθεν Πυλάτιδος ἀγοραί*] Sophocles in Trachiniis pag. 353. *ἔνθ' Ἑλλάνων ἀγοραὶ Πυλάτιδες καλέονται.* Thermopylas intelligit, ubi Amphictyonum conventus habebantur. Vide et Hesychium vv. *Πυλάτιδες ἀγοραὶ* et *Πυλαγόραι*.

*Νῖνος, πόλις Ἀσσυρίων, ἣν ἔκτισε Νῖνος Σεμιραμίδος ἀνὴρ ἐν τῇ Ἀτουρίᾳ*] Dio *Assyriam* a barbaris dicit *Atyriam* appellatam lib. LXVIII. pag. 783. *Καί που καὶ Ἀτυρία, διὰ τοῦτο βαρβαρισὶ τῶν Σίγμα ἐς τὶ Ταῦ μεταπεσόντων ἐκλήθη.* Quae

*etiam more barbarorum Atyria dicta est, duobus σσ in τ transmutatis.*

— *Οἱ πολῖται Νίνιοι*] Restituendum hoc gentile Philostrato est in vita Apollonii cap. 3. ubi *τῷ Νίνῳ* perperam legitur pro *τῷ Νινίῳ*. et *ὁ Νῖνος* pro *Νίνιος*. Damis enim, cui hoc gentile tribuitur, ex urbe *Nino* oriundus erat.

*Νισαία, ἐπίνειον Μεγαρίδος· καὶ αὕτη ἡ Μεγαρὶς, ἀπὸ Νίσου τοῦ Πανδίονος*] An non leni spiritu, *καὶ αὐτὴ ἡ Μεγαρίς*? unde apud Theocritum Idyll. XII. *Νισαῖοι Μεγαρῆες*. ubi Scholiastes: *ἐπίνειον γὰρ Μεγαρέων ἡ Νίσα· ἀφ' οὗ Νισαῖοι καλοῦνται οἱ Μεγαρεῖς· ὠνομάσθησαν δὲ ἀπὸ Νίσου τοῦ Πανδίονος*. Apud Apollonium Rhodium lib. II. v. 749. perperam legitur *Νεισαῖοι Μεγαρῆες*, pro *Νισαῖοι*. et eodem lib. v. 849. *Νεισαίοισι* pro *Νισαίοισι*. Strabo lib. IX. pag. 392. Pandionem quatuor ait reliquisse filios Aegea, Lycum, Pallantem et *Nisum*. hos inter se divisisse Atticam et *Nisum Megaridem* obtinuisse, *Nisaeamque* condidisse. Idem habes apud Suidam v. *Παράλων*.

— *Ἑλλάνικος ἐν Ἱερείαις πρώτῳ, καὶ ἐν τῷ δευτέρῳ· καὶ Νισαῖαν εἶλε, καὶ Νίσον τὸν Πανδίονος καὶ Μεγαρέατον τὸν Ὀγχήστιον*] Locum hunc illustrat Plutarchus in Quaest. Graecis pag. 295. *Νίσος ἀφ' οὗ προσηγορεύθη Νισαῖα, βασιλεύων ἐκ Βοιωτίας ἔγημεν Ἀβρώτην Ὀγχήστου θυγατέρα, Μεγαρέως δὲ ἀδελφὴν γυναῖκα καὶ τὸ φρονεῖν (ὡς ἔοικε) περιττὴν καὶ σώφρονα διαφερόντως. Nisus rex Megaridis, quae ab eo Nisaea fuit cognominata, e Boeotia uxorem duxit Abrotam, Onchesti filiam, Megarei sororem, mulierem insigniter prudentem iuxta atque pudicam.*

*Νίσιβις, πόλις ἐν τῇ Περαίᾳ τῇ πρὸς τῷ Τίγρητι ποταμῷ*] Dio Cassius lib. XXXV. pag. 3. *Nisibis* describit situm et coloniam Romanam fuisse testatur: idque confirmat Alexandri Severi nummus apud Illustrem Equitem de Puteo, in quo circum caput turritum cum duabus stellis, quorum altera post verticem, altera ante os conspicitur, extat ..... *ΚΟΛ. ΝΕϹΙΒΗΝΩΝ.* Ad hanc pariter urbem pertinere videtur Seleuci Nicatoris nummus a Tristano prolatus, in Addendis ad T. II. in quo ab utraque parte Minervae hastatae cum Victoriola legitur: *ΒΑϹΙΛΕΩϹ ϹΕΛΕΥΚΟΥ ΕΠΙΦΑΝΟΥϹ ΝΙΚΑΤΟΡΟϹ·* et sub dextra Minervae: *ΝΕΙϹΙ.* quod ad *Nisibenos* videtur referendum. Sed omnium clarissime Philippi Imperatoris, quem Medicea Gaza servat, ad hanc urbem pertinet, in quo circum templum, cum nescio quo Numine: *ΙΟΥ. ϹΕΠ. ΚΟΛΩΝ. ΝΕϹΙΒΙ. ΜΗΤ.* Numen forte explicari potest ex nummo simili apud Franc. Gotifredum, in quo lagena ansata, cui Capricornus super impositus, cernitur.

226 b

— *Οὐράνιος δὲ διὰ τοῦ ε Νέσιβις*] In Chronico Alexandrino pag. 674. *Νήσιβις* et *Νησιβινοὶ* aliquoties legitur: sed corruptissime ille liber scriptus est. Vide et pag. 696.

— *Σημαίνει δὲ, ὥς φησι Φίλων, Νάσιβις τὰς στήλας· ὡς δὲ Οὐράνιος, Νέσιβις, φησὶ, σημαίνει δὲ τῇ Φοινίκων φωνῇ, λίθοι συγκειμένοι, συμφόρητοι*] Claudius Salmasius legit, *λίθους συγκειμένους, συμφορήτους*. Sed vulgata lectio ferri potest, nec offendit Scaligerum ad Eusebium pag. 257. Videtur autem urbis huius nomen deductum ab Hebraeo נצב quod est statuit, collocavit: unde נְצִיב statua. Quo nomine etiam oppidum commemoratur tribus Iudae, apud Iosuam cap. xv. v. 43. quae Vulgato Interpreti *Nesib*, LXX. *Νασὶβ* dicitur. Eusebius in Topic. *Νεσὶβ, φυλῆς Ἰούδα· ἔστι Νασὶβ ἀπὸ ϙ' σημείων Ἐλευθεροπόλεως ἐπὶ χευρών*. id est, D. Hieronymo interprete, *Nesib in tribu Iuda, quae nunc vocatur Nasib, in septimo milliario Eleutheropoleos pergentibus Chebron. Explicatur autem significatio huius nominis stans seu statio vel erectio.*

— *Ὡς Σωφηνὸς, Ταξηνός*] Scribe, *Ταβηνός*. Vide infra v. *Τάβαι*.

*Νίσυρος, μία τῶν Κυκλάδων. Ὅμηρος· Οἳ δ' ἄρα Νίσυρόν τ' εἶχον*] Hemistichion est Homeri Iliad. *B*. v. 676.

— *Πολυβώτης γὰρ εἷς τῶν γιγάντων, ὑπὸ Διὸς βληθεὶς ἠνείμετο*] MSS. *ἐνήχετο*. recte. *Polybotes enim unus e gigantibus, a Iove fulminatus, enatabat.*

— *Ποσειδῶν δὲ ἐπ' αὐτὸν ἀφεὶς τὴν Τρίαιναν, τοῦ μὲν ἥμαρτε*] Strabo lib. x. pag. 489. aliter hanc fabulam narrat: videlicet *Neptunum* cum Polybotem persequeretur frustum insulae Coae tridente defractum in eum coniecisse, idque insulam *Nisyron* esse factum, sub qua situs ille gigas. Atque ita pariter Apollodorus et Eustathius ad Dionys. pag. 76.

— *Γέγονε γὰρ νῆσος τὸ βληθὲν Νίσυρος*] Verba Strabonis dicto loco: *καὶ γένοιτο νῆσος τὸ βληθὲν ἡ Νίσυρος*. Eustathius dicto loco addit Etymologiam: *οὕτω καλουμένη ἀπὸ τοῦ νέω καὶ*
227 *τοῦ σύρω, διότι ἀποκοπεῖσα τῆς νήσου τῆς Κῶ τῇ τοῦ Ποσει-*
a *δῶνος τριαίνῃ, ἐπεσύρη τῷ γίγαντι Πολυβώτῃ νέοντι, ὃ ἐστιν, οἰχομένῳ.*

— *Ἐκαλεῖτο καὶ Πορφυρὶς, ἀπὸ τῶν ἐν αὐτῇ πορφυρῶν*] Eustathius ad Homeri Iliad. *B*. pag. 318 pro *πορφυρῶν* habet *πορφυρέων*. Abundabat haec insula molari lapide teste Strabone lib. x. pag. 488. unde *βάρος Πέτρης Νισυρίτιδος* in Antholog. Graec. Epigr. lib. I. pag. 76.

*Νίτραι ωι, τόπος Αἰγύπτου*] Ex gentili videtur scribendum, *Νίτρια* vel *Νίτριαι*.

— *Τὸ ἐθνικὸν, Νιτρήτης καὶ Νιτριώτης.*] MSS. *Νιτρίτης καὶ N.* recte. Vide Heribertum Rosweidum ad Vitas SS. Patrum.

*Νίψα, πόλις Θράκης· ὁ πολίτης, Νιψαῖος*] Hunc locum esse mutilum apparet ex illis, quae infra v. *Σίρες*, tamquam hic dicta allegantur.

— *Ἡρωδιανὸς τετάρτῃ*] Scribe, *Ἡρόδοτος τ.* Ita enim Suidas: *Νίψα, πόλις Θράκης παρὰ Ἡροδότῳ.* Et ipse Herodotus lib. IV. cap. 93. *Nipsaeorum* meminit, licet in nostris exemplaribus perperam *Μυψαῖοι* hodie scribatur pro *Νιψαῖοι.*

*Νομάντια, πόλις Ἰβηρίας*] Diodorus in Excerptis pag. 241. *Νομαντίαν, τῆς Κελτιβηρίας πόλιν*, vocat.

*Νόμβα, πόλις τῆς Ἰουδαίας· Ἰώσηπος ἕκτῳ τῆς Ἰουδαϊκῆς Ἀρχαιολογίας. Τὸ ἐθνικὸν, Νομβαῖος*] Pyrrhus Ligorius Claudii Imperatoris laudat nummum, in cuius altera area coronae laureae inscriptum legitur: *KOINON NOMBAIΩN.*

*Νόσσρα, νῆσος ἐν τῇ ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ*] Arriano dicitur *Νόσαλα.* Plinio et Solino *Solis insula.*

— *Οὐράνιος Ἀραβικῶν*] Deest numerus libri.

*Νοστία, κώμη Ἀρκαδίας.*

— *Ἔφορος τὸ ἐθνικὸν, Ἑστανικὸς, ἔφη, ὥστε κατ' αὐτὸν Ἑστιανίαν λέγεσθαι*] Lege omnino *Νεστανικὸς* et *Νεστανίαν* ex Suida, apud quem: *Νοστία, κώμη Ἀρκαδίας. Ἔφορος δὲ τὸ ἐθνικὸν Νεστανίους εἰπὼν, δοκεῖ Νεστανίαν αὐτὴν εἰδέναι. Nostea, pagus Arcadiae. Ephorus autem cum gentile dixit Nestanios, videtur sensisse Nestaniam ipsam dici.* Scilicet prima litera a praecedentis vocis ultima absorpta est.

*Νότιον, πόλις Ἰωνίας*] Meminit huius urbis Xenophon lib. I. Hist. Graec. pag. 433. Harpocration dicit esse *χωρίον προκείμενον τῆς Κολοφωνίων πόλεως.* Verum Herodotus lib. I. cap. 149. inter civitates *Aeoliae* diserte numerat.

*Νοῦβαι, ἔθνος Λιβύης παρὰ Νείλῳ· Ἀπολλόδωρος δευτέρῳ περὶ γῆς*] Gentem *Νουβῶν* ex Ptolemaeo commemorat incertus Geographus Graecus MS. eaque occurrit apud Ptolemaeum lib. IV. cap. 8. et 6. ubi interpretes male *Nuborum* vertunt.

— *Λέγονται καὶ Νουβαῖοι, ὡς Δαβαῖοι, καὶ Νούμιδες οἱ αὐτοί*] 227 b
Legendum *Δαμαῖοι.* Hos enim supra in eadem regione commemorat ex eodem Apollodoro. Pro *Νούμιδες* autem Salmas. legit *Νούβιδες.*

*Νουκρία, πόλις Τυρσηνίας.*

— *Τὸ ἐθνικὸν, Νουκρῖνος*] Pyrrhus Ligorius nummum adfert, in cuius uno latere equus stans repraesentatur, additum: *NOYKPINΩN.* in altero caput, puto, Apollinis coronatum.

*Νυμφαία, Θηλυκὸν ἡ νῆσος Καλυψοῦς, παρὰ τῷ Ἀδρίᾳ*] Eustathius ad Dionysium pag. 109. insulam hanc prius *Μίλητον*

dicit appellatam. *Nymphaeam* appellat Apollonius Rhodius lib. IV. v. 574. *Ogygia* dicitur Homero Odyss. *M.* in fine. Sedes *Calypsus*, quae immortalitatem frustrà Ulyssi obtulisse dicitur, ut Penelopen relinqueret, teste Iamblicho lib. I. de vita Pythagorae cap. 11.

— *Νυμφὰς Ἀρκαδίας· Παυσανίας ὀγδόῳ*] Pausanias lib. VIII. pag. 510. *Νυμφάδα* recenset inter Cromonis urbis rudera et Hermaeum; dicit autem locum fuisse aquis valde irriguum et arboribus condensum.

*Νύσαι, πόλεις πολλαί*] Eustathius ad Dionysium pag. 88. scribit *Νύσσαι* per σ duplex. et supra v. *Ἄθυμβρα* ipse noster *Νύσσα*.

— *Δευτέρα, ἐν Θρᾴκῃ*] Supra v. *Θεστίδιον* occurrit *Νύσα χωρίον Θρᾴκης*.

— *Τρίτη, ἐν Καρίᾳ*] Supra: *Ἄθυμβρα, πόλις Καρίας πρὸς Μαιάνδρῳ, Ἀθύμβρου κτίσμα, ἥτις μετὰ ταῦτα Νύσσα ἐκλήθη.*

— *Πέμπτη, ἐν Αἰγύπτῳ*] De hac vide Scholiasten Apollonii ad lib. II. v. 1218.

— *Δεκάτη, ἐν Εὐβοίᾳ, ἔνθα διὰ μιᾶς ἡμέρας τὴν ἄμπελόν φασιν ἀνθεῖν καὶ τὸν βότρυν πεπαίνεσθαι*] Eustathius ad Dionysium v. 626. *Νύσσαι δέ φασι, διάφοροι, Αἰθιοπικὴ, Ἀῤῥαβικὴ, Εὐβοικὴ, περὶ ἣν λέγεται καὶ τὸ τῆς ἀμπέλου τεράστιον, βότρυν ἐκφερούσης καθημέριον.*

— *Ἀφ' οὗ κτητικὸν, Νυσήϊος*] Homero Iliad. Z. v. 123. scribitur per σ geminum *Νυσσήϊον*. et sic pariter apud Apollonium Rhodium loco paullo ante adducto. Apud Sophoclem Aiace pag. 42. occurrunt *Νύσσια ὀρχήματα*. et Aristophanes in Ranis pag. 222. *Ἦν ἀμφὶ Νυσήϊον Διὸς Διόνυσον ἐν Λίμναισιν ἰαχήσαμεν. Quo* (cantu) *Nyseium Iovis Dionysum apud Limnas memoravimus.* ubi Scholiastes: *Νύσιος δὲ ὁ Διόνυσος τοῖς Ἰνδοῖς ὀνομάζεται, ἀπὸ τῆς ἐν Ἰνδοῖς Νύσης.*

— *Λέγεται καὶ Νυσαῖος*] Tristanus T. II. pag. 209. adducit nummum elegantem, in cuius uno latere Pax repraesentata cum hac epigraphe, *ΕΙΡΗΝΗ ΝΥϹΑΙΩΝ.* in altero figura nuda ma-
228 nu sinistra tripodi innixa, dextram super caput elevans, Bac-
a chum significans, cum his verbis, *ΕΠ. ΑΙΛ. ΠΑΙΑΝΙΟΥ.* Verum Tristanus in Commentariis a nummi scriptura dissentiens, quod aliquando ipsi accidit, scribit, *ΝΥϹΑΕΩΝ.* quomodo deinceps pag. 286. eiusdem Tomi in Caracallae nummo legitur. *Νυσαῖος Θεὸς* vocatur Bacchus apud Philostratum lib. II. cap. 8.

— *Ἐς αὐτοῦ Νυσαιεὺς τρυφύλλαβα, καὶ Νυσαιεὺς ἄνευ σίγμα*] Ultimum hoc gentile admodum frequens est in veteribus nummis. Ligorius producit quatuor, in quibus *ΝΥΣΑΕΩΝ.* Pariter in alio

admirabili C. IVL. VA. MAXIMI C. apud Franciscum Gotifredum, in quo septem pueri ducunt bovem, in uno latere, additum: *ΝΤϹΑΕΩΝ.* in altero circum effigiem. *Γ. ΙΟΥ. ΟΥΑ. ΜΑΞΙΜΟϹ. Κ.* Similiter apud Erizum pag. 386. extat nummus Divorum Fratrum Lunum Deum exhibens cum inscriptione: *ΕΠ. ϹΤΡ. ΑΥΡ. ΔΙΟΔΟΤΟΥ ΝΤϹΑΕΩΝ.* Et alius similis in Hadriani nummis apud Tristanum T. I. pag. 500. in quo patrium istius Dei nomen extritum est, hoc modo, *Κ . . . . . ΝΤϹΑΕΩΝ.* Cuius nominis pars aliquanto maior conservata est in eiusdem typi nummo apud Franc. Gotifredum, in quo legitur, *ΚΑΜΑ . . . . . ΝΤϹΑΕΩΝ.* Perperam autem nummum istum ad Mesopotamiam mihi trahere Tristanus videtur, cum idem Deus Lunus isto habitu reperiatur in Ancyranorum nummo apud ipsum T. I. pag. 546. Extat et Gordiani nummus magnus in Thesauris Medicei, in quo circum Cererem serpentum biga vectam: *ΕΠ. ϹΤΡ. ΔΙΟΔΟΤΟΥ ΝΤϹΑΕΩΝ.*

*Νῶλα, πόλις Λυσόνων.*

— *Τὸ ἐθνικὸν, Νώλιος· Πολύβιος δὲ Νωλανεῖς αὐτοὺς φησι*] Index nummorum Cl. Menetrierii, *ΝΩΛΑΙΩΝ.* sed quomodo in nummis, nescio. Suidas: *Νῶλα, πόλις Λυσόνων*, etc. *οἱ πολῖται Νώλιοι καὶ Νωλανοί.* Et *Νωλανός* occurrit supra vv. *Ἀπίολα* et *Μέσμα*· infra v. *Νῶρα.* Atque ita pariter habet Polybius lib. III. pag. 242. quem hic auctorem citat.

*Νωμεντὸς, πόλις οὐ πόρρω Ῥώμης*] Haec eadem urbs quae supra ab auctore dicta *Λωμεντὸς*, quae vulgo adhuc hodie dicitur *Lamentano.*

— *Τὸ ἐθνικὸν, Νωμεντῖνος. Διονύσιος ἐν δευτέρῳ Ῥωμαϊκῆς Ἀρχαιολογίας*] Scribe, *Νωμεντανός.* Sic enim Dionysius passim, aliique. Suidas autem ut hic.

*Νῶρα, πόλις ἐν Σαρδοῖ τῇ νήσῳ*] Pyrrhus Ligorius lib. XXVIII. Antiq. Rom. qui est de nummis Imperatorum, adfert Domitiani nummum cum hac Inscriptione, COLONIA FLAVIA 228
NORA AUGUSTA. Ptolemaeo etiam *Νῶρα* dicitur.

*Νωράκος, πόλις Παιονίας*] Accentus a Suida notatur in priore syllaba, *Νώρακος*, nisi forte in ultima *Νωρακὸς*, ut *Ὠρικός*. MSS. autem et editio Aldina pro *Παιονίας* habent *Παννονίας*.

— *Ὁ πολίτης, Νωράκιος, ὡς Ἐπαφρόδιτος ἐν τοῖς Ὁμηρικοῖς φησιν· ὅτι γίγνεται ἐν Παιονίᾳ σίδηρος, ὃς ἀκονηθεὶς λαμπρότατός ἐστιν*] Haec quae ex *Epaphrodito* hic adferuntur habet etiam Suidas v. *Νῶρος*. MSS. autem et editio Aldina hic iterum habent, *ἐν Παννονίᾳ*, pro *Παιονίᾳ*. Quaecumque autem haec fuerit urbs, *Noricum* provincia inde nomen habere videtur: unde *Νωρικοὶ* et *Νωρίκιοι*. Suidas *Νωρικία, ὄνομα χωρίου. καὶ Νω-*

*Νωρικοὶ, ἔθνος.* et sic Appianus in Illyricis sub finem, more Latinorum. Dionysius in Periegesi v. 321.

*Πρὸς δὲ νότον Γέρραι καὶ Νωρίκ' ἄστε' ἐρυμνά,*
*Παννόνιοι, Μυσοί τε βορειότεροι Θρηΐκων.*
*Ad austrum autem Gerrae et Noricae urbes munitae,*
*Pannonii, Mysique magis boreales Thracibus.*

ad quem locum plane cespitat Eustathius, dum *Noricum* et *Ὁρικὸν* confundit. Clemens Alexandrinus, atque ex illo Eusebius lib. x. de Praep. Evang. pag. 476. *Ἀλλὰ καὶ Νώροικς, ἔθνος ἐστὶ Παιονικόν· οἱ δὲ Νωρικοὶ καλοῦνται, κατεργάσαντο χαλκὸν καὶ σίδηρον πρῶτοι.* Huc etiam pertinet *Noricus ensis* apud Horatium.

— *Ἀρ' οὐ καὶ τὸ, Νώροικα χαλκόν*] Homeri est Iliad. B. v. 578.

*ἐν δ' αὐτὸς ἐδύσσατο νώροπα χαλκὸν*
*Κυδιόων ὅτι πᾶσι μετέπρεπεν ἡρώεσσιν.*
*et ipse induebat splendidissima arma*
*Exultans quod omnes inter eluceret heroas.*

et alibi saepius.

— *Καὶ θηλυκὸν, Νωρακία· καὶ οὐδέτερον Νωράκιον*] Post haec verba in MSS. sequitur: *Ἀρχὴ τοῦ λέ βιβλίου.*

## Ξ.

*Ξάνθοι, ἔθνος Θρᾴκιον. Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ*] Strabonis lib. XIII. pag. 590. appellantur *Ξάνθιοι.*

*Ξάνθος, πόλις Λυκίας· Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ· παρ' ἧς Ξάνθος ἐξίησι ποταμός*] Supra v. *Ἄρνα* dicit *Xanthum*, civitatem *Lyciae*, *Arnam* fuisse appellatam, ab *Arno*, qui Protogenem oppugnavit. Eustathius ad Dionysium pag. 112. urbis hujus meminit, et ad Iliad. B. pag. 396. haec descripsit ad verbum.

— *Ὁ πολίτης Ξάνθιος, ὡς Εὐρίπιος*] MSS. *ὡς Εὐρυπίδης.*
229 a In nummo autem Vespasiani apud Goltzium: *ΞΑΝΘΙΝΩΝ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΝ.*

— *Καὶ τοῦ ποταμοῦ τὸ κτητικὸν ὁμοίως*] Hinc apud Herodotum lib. I. cap. 176. *Τὸ Ξάνθιον πεδίον.*

*Ξερξήνη, ἀπὸ Ξέρξου, ὡς Καμβυσήνη ἀπὸ Καμβύσου*] Supra v. *Καμβυσήνη*, utraque haec vox corrupte edita hinc corrigenda est.

*Ζιφήνη, χώρα Παλαιστίνης· Ἰώσηπος ἕκτῳ Ἰουδαϊκῆς ἱστορίας*] Apud Iosephum lib. VI. Antiq. Iud. cap. 13. legitur hodie *Ζιφήνη.* Sed vide de hac *διττογραφίᾳ* Ortelii notam in Thesauro h. v.

Ξιφωνία, πόλις Σικελίας] Huius oppidi nummum antiquum vide elegantissimum in Thesauro Nummario Eminentissimi Cardinalis Barberini, cum inscriptione supra triremem, ΞΙΦΩΝΙΑ. cui subiunguntur literae aliquot Punicae: in adversa parte caput mulieris turritum visitur. Verum in aliis clarius expressis legitur: ΣΙΛΩΝΙΑ. idque verum esse credimus.

Ξοῆς, πόλις καὶ νῆσος Αἰγυπτία] Scribe, Ξόις, ut supra v. Θμοῦις. et apud Ptolemaeum. In Oraculis Sibyllinis lib. v. pag. 307.

Θμοῦις καὶ Ξοῦις θλίβεται, καὶ κόπτεται βουλὴ
Ἡρακλέους τε Διός τε καὶ Ἑρμείαο.
*Opprimitur Thmuis et Xuis, consiliumque frangitur*
*Herculis, Iovis et Mercurii.*

Similiter Strabo lib. XVII. pag. 802. Plutarchus lib. de Iside pag. 368. Unde in Notitia Episcop. ὁ Ξόεως, et in Iure Graec. Rom. pag. 190. ὁ Ξοΐτων Episcopus legitur.

— Ἐν τῷ μεσογειώτῃ ἀπὸ τοῦ Σεβεννιτικοῦ καὶ φατνικοῦ στόματος] Scribe, ἐν τῇ μεσογαίᾳ τῇ etc. uti apud Strabonem, cuius haec sunt verba, loco paullo ante allegato.

Ξούχης, πόλις Λιβύης] Scribe: Ξοῦχις, in forma Aegyptiorum, et prout alibi scribitur.

Ξυνία, Θετταλίας πόλις.

— Τὸ ἐθνικὸν, Ξυνιεύς, ὡς Ἠλιεύς] Lege, Ἰλιεύς. supra h. v.

— Καὶ Ξυνιὰς λίμνη, ἣν Βοιβαΐδα φασί] Apollonius Rhodius lib. I. v. 67. ἄγχι δὲ λίμνης Ξυνιάδος. ad quae verba Scholiastes vetus: Ξυνιὰς, λίμνη τῆς Θεσσαλίας. Τινὲς δὲ πόλιν παρακειμένην τῇ Βοιβηΐδι λίμνῃ. ἀπὸ δὲ τῆς πόλεως εἴρηκε Ξυνιάδα, ἐπειδὴ πλησίον αὐτῆς ἐστιν ἡ πόλις.

Ξυπέτη, δῆμος Κεκροπίδος φυλῆς· ὁ δημότης Ξυπετέων] Ξυπέτη pariter δῆμος dicitur apud Harpocrationem, sed δημότης, Ξυπεταιών. Verum apud Strabonem lib. XIII. pag. 604. ipse δῆμος, Ξυπετέων dicitur, quem Τρώων prius appellatum docet.

— Φιλόχορος δὲ Ξυπετέωνον, τὸν δῆμόν φησι διὰ τοῦ ω καὶ τοῦ ο μικροῦ ἐν τέλει] MSS. Ξυνπετέωνον.

Ξύστις, ὡς Σάρδις, πόλις Καρίας. Τὸ ἐθνικὸν, Ξυστιανός] 229
*Xystiani* commemorantur a Plinio lib. v. cap. 29. Caeterum post b
hanc vocem quae ultima est literae Ξ in MSS. legitur: Ἀρχὴ τοῦ ιϛ' βιβλίου.

## O.

Ὄανος, πόλις Λυδίας. Διονύσιος ἐν τρίτῳ Βασσαρικῶν]

Huc pertinet *Oanesia* in nummo Julii Philippi Imperatoris apud P. Ligorium.

Ὄαξος, πόλις Κρήτης, Ἐλευθέρας οὐ πόρρω.

— *Τινὲς δὲ διὰ τὸ κατὰ γῆν εἶναι τὸν τόπον, καὶ κρηπιδώδη ὑπάρχειν*] Gl. Salmasius legit *κατάκρημνον* pro *κατὰ γῆν εἶναι*. Ego legendum existimo, *κατάγνυκτον*, *confractum esse*, a κατάγνυμι. Nisi quis *κατάγη εἶναι* malit: ut *κατάγης* dicitur, quemadmodum *κεφιάγης*, sicque idem, quod *κατεαγὼς* et *κατάγνυκτος*; unde apud Galenum *κατεαγὲν* et *κατεαγὲν ὀστοῦν*, *os confractum*, et Heliodorus statim in princ. lib. I. *ἐκεῖντο δὲ ὁ μὲν κείλεσι κατρωμένος, ὁ δὲ κάχληκι βεβλημένος αὐτόθεν ἀπὸ τῆς βαχίας κεκορισμένος, ἕτερος ξύλῳ κατεαγώς, ὁ δὲ δαλῷ κατεφλεκτὸς καὶ ἄλλος ἄλλως. Iacebant vero hic securi vulneratus, ille littoreâ testa ictus, quae indidem ex littore suppeditarat, alius ligno confractus, uno ibi non nemo forte adustus, alii alio modo.* Glossae, *confragosus*, κατεαγώς. Certe hanc lectionem sequentia manifestissime confirmant.

— *Καλοῦσι γὰρ τοὺς εὐσεβοῦντας τόπους ἄξους, καθάπερ καὶ ἡμεῖς ἁγιοὺς*] Hinc forte ratio petenda, cur noster supra hanc ipsam urbem vocaverit *Ἄξον*, cuius tamen testem falso ibi laudat Herodotum. Apud Hesychium *Ἄξος* dicitur *θεὴ, παρὰ Κρησὶ δόσιν*.

— *Ὁ πολίτης, Ὀαξιός*] Hinc *Ὀαξὶς*, et Poetice *Ὀαξίς* γῆ, quomodo occurrit apud Apollonium lib. I. v. 1131.

*τὸς κοτὲ νύμφη*

*Ἀγχιάλη Δικταῖον ἀνὰ σπέος, ἀμφοτέροισιν*
*Δραξαμένη γαίης Ὀαξίδος ἐβλάστησε.*

*quos olim nymphae*

*Anchiala circa Dictaeum antrum ambobus manibus*
*Tenens terram Oaxidem peperit.*

Ad quem locum respexit auctor Etymologici Magni his verbis: *Ὀαξὶς, χωρίον Κρητικὸν ὑψηλόν· τινὲς δὲ ὅτι πλεόνασμα τοῦ ι· Ὀαξὶς γὰρ ἦν. Δραξάμενος γαίης Ὀαξίδος.*

*Ὀγκαὶ αἱ πύλαι, πύλαι Θηβῶν Εὐφορίων Θρᾳκὶ*] *Ὀγκαὶ* fuere vicus Boeotiae prope *Thebas*, testibus Scholiaste Pindari ad Olymp. Od. II. pag. 20. et Tzetze ad Lycophronem pag. 182. Inde *Ὀγκαῖαι πύλαι Θηβῶν*. *Ὀγκαῖαι* autem *πύλαι* et *σκαραὶ πύλαι* [illegible]
230 plurium dicuntur, quod olim portae civitatum duplices vel triplices
a essent, ne intrantes et exeuntes sibi invicem incursitarent. Atque ita omnes Coloniarum Romanarum portae exstruebantur: immo ipsius urbis portae tales erant; uti adhuc videre est in Portuensi porta, quamvis altera iam obstructa: et similiter porta, quae vulgo *Maggiore* dicitur, duas maximas fornices sive arcus

habet: atque ita saepe civitates in antiquissimis nummis depictas videmus, videlicet geminas portas inter duas turres.

Ὄγκα γὰρ ἡ Ἀθηνᾶ κατὰ Φοίνικας] Apud Scholiasten Pindari loco paullo prius citato dicitur Ὀγκαία ἡ Ἀθηνᾶ. Sed Hesychius: Ὄγκα· Ἀθηνᾶ ἐν Θήβαις ἐστὶ χωρίον ἐπώνυμον ἔχουσα. et paullo post: Ὄγκας Ἀθήνας· τὰς Ἀργυγίας πύλας λέγει. Vide plura de hac voce notata a V. Cl. Ioanne Seldeno lib. II. de diis Syris cap. 4. P. Ligorius Dianam Ὀγκαίαν dictam existimat ἀπὸ τῶν Ὄγκων, hoc est, a telis; unde et Ὄγκιον pro *pharetra* sumitur.

Ὀγκεῖον, χωρίον Ἀρκαδίας ἀπὸ Ὄγκου δυνασευσάντος] Etymol. M. Ὄγκα, πόλις ἐν Ἀρκαδίᾳ ἀπὸ Ὄγκου τινὸς ὀνομασθεῖσα.

Ὀγχηστός. Ὅμηρος· Ὀγχηστόν θ' ἱερὸν Ποσειδήϊον ἄγλαον ἄλσος] Iliad. B. v. 506. De hoc nemore diversa produnt Strabo et Pausanias: illo dicit nullum esse, hic suo tempore superfuisse.

— Κεῖται δὲ ἐν τῇ τῶν Ἁλιαρτίων χώρᾳ] MSS. Ἁλιαρτῶν. male. Strabo lib. IX. pag. 412. ἐν τῇ Ἁλιαρτίᾳ πρὸς τῇ Κωπαΐδι λίμνῃ. καὶ τῷ Τηνεριεῖ πεδίῳ.

— Ἰδρυθῆναι δ' ὑπὸ Ὀγχηστοῦ τοῦ Βοιωτοῦ, ὡς φησιν Ἡσίοδος] Eustathius ad Iliad. B. pag. 270. recte ἱδρυθὲν legit. Aliter locus erit hiulcus.

— Ἔστι καὶ πόλις Βοιωτίας, ὡς Παυσανίας ἐννάτῳ] Est unus idemque locus, urbs scilicet cum nemore. Vide Scholiasten Pindari Isthm. Od. I. pag. 489.

— Ἀπολλώνιος δὲ ὁ Ῥόδιος πόλιν μεγάλην φησὶ τὸν Ὀγχηστόν, μεταξὺ Ἁλιαρτίων καὶ Ἀκραιφίων] MSS. in posterioribus variant: habent enim Ἁλιαρτῶν καὶ Κραιφίων. male. Verum priora omnino corrupta et miserum in modum confusa sunt. Nam quod *Apollonio Rhodio* hic tribuitur id nusquam apud eum reperies. Apollonius lib. III. v. 1241. semel *Onchesti* meminit his verbis:

Ἠὲ κατ' ἄλσος Ὑαντίου Ὀγχηστοῖο.
*Aut ad locum Hyantii Onchesti.*

ubi Scholiastes haec addit: Ὑαντίου τοῦ Εὐβοϊκοῦ. Ὑαντες γὰρ τὸ πρὶν ᾤκουν τὴν Βοιωτίαν. Ὀγχηστὸς δὲ, πόλις τῆς Βοιωτίας, ἱερὸν Ποσειδῶνος. additque Homeri versum paullo ante hic adductum. Apud Eustathium, qui locum hunc exscripsit, sic legitur: 230
Ἔστι δὲ καὶ πόλις μεγάλη κατά τινας. Unde sic hoc loco legendum existimo: ὡς Παυσανίας ἐννάτῳ καὶ Ἀπολλώνιος ὁ Ῥόδιος· τινὲς δὲ πόλιν μεγάλην φασὶ τὸν Ὀγχηστον. Illud quod sequitur, esse *Onchestum* inter *Haliartum* et *Aeraephiam*, id ex Strabone b

liquet, qui dicto libro Boeoticas urbes sic enumerat: *Ἀτρομήτιον, Φοινικὶς, Ὀγχηστὸς, Ἁλιαρτός.*

*Ὀγχόη, πόλις Φωκίδος. Τὸ ἐθνικὸν, Ὀγχαῖος, ὡς νῆς Οἰνόης Οἰνοαῖος*] Videtur scribendum, *Ὀγχεαῖος*, ex sequentis exempli analogia. Sed Pyrrhus Ligorius se vidisse scribit Alexandri Magni nummum cum inscriptione: *ΟΓΧΑΙΩΝ.*

*Ὀδησσὸς, πόλις ἐν τῷ Πόντῳ, πρὸς τῇ Σαλμυδησσῷ*] Apud Nicephorum Callistum lib. XVI. Hist. Eccl. cap. 38. ubi interpres Latinus vertit *Ulyssopolim* satis infeliciter.

— *Ὁ πολίτης, Ὀδησσίτης*] In nummo Gordiani apud Fram. Gotifredum legitur circum Cererem: *ΟΔΕCCEΙΤΩΝ.* et in alio M. Aurelii circum figuram equestrem: *ΟΔΗCCEΙΤΩΝ.* et in alio Gordiani apud M. Ducem, circum Aesculapium: *ΟΔΗΣΣΕΙΤΩΝ.* et in alio simili eiusdem circum providentiam similiter.

*Ὁδὸς, παρὰ τὸ ἕδος, ἡ πεπατημένη τρίβος. Τὸ παράγωγον, ὅδιος, καὶ ἐνόδιος, καὶ ὅδιος Ἑρμῆς*] Et *ὁδίτης*· unde *τριοδῖτις Trivia* apud Athenaeum in Chariclidis verebus lib. VII. pag. 325.

*Ὁδόμαντοι, ἔθνος Θρᾴκης*] Herodoto lib. V. et VII. *Ὀδόμαντοι.* Apud Aristophanem Acharnens. A. I. Sc. 4. quater occurrit *Ὀδομάντων*, in secundo casu: Suidae *Ὀδόμαντες.* Dicti haud dubie ab *Odomante*, cuius mentio supra v. *Βιστονίδα.*

— *Καὶ Ὀδομαντὶς*] Occurrit apud Parthenium in Erotic. cap. 6.

*Ὄδρυσαι, ἔθνος Θρᾴκης· Στράβων ἑπτακαιδεκάτῃ*] Scribe, *ἑβδόμῃ.* Fuit enim lib. VII. quo loco Macedoniae et *Thraciae* descriptio nobis deperiit. *Ὄδρυσον* autem *τῶν Θρᾳκῶν προπάσσῃ* appellat Epiphanius lib. I. Panar. c. 7.

— *Λέγεται Ὀδρύσιος καὶ Ὀδρυσία καὶ Ὀδρυσίδαι καὶ Ὀδρυσιάδες θηλυκῶς καὶ Ὀδρυσίς*] Lib. I. Epigr. pag. 18. legitur *γᾶς Ὀδριάδος*, pro quo Ioannes Brodaeus reponit, *Ὀδρυσάδος.* sed mihi rectius videtur *Ὀδρυσίας* vel *Ὀδρυσίδος.* Nam *Ὀδρυσία*, *Ὀδρυσὶς* et *Ὀδρυσιὰς* gentilia foeminina sunt.

— *Λέγεται καὶ Ὀδρύσης*] Orpheus *ἀνὴρ Ὀδρύσης* dicitur Theodoreto Serm. I. Therapeut. Est et fluvius hoc nomine in Ponto de quo Strabo lib. XII. pag. 551.

*Ὀζόλαι, Λοκρῶν μοῖραι τρεῖς εἰσιν. Ἐπικνημίδιοι, Ἐπιζεφύριοι, οἱ καὶ Ὀπούντιοι, ὧν ἦν Αἴας· οἱ δὲ Ὀζόλαι*] Immo μοῖραι τέσσαρες. Deinde nihil ineptius dici potest, quam *Epizephyrios* dictos etiam *Opuntios.* Unde Salmasius traiectione restituebat hunc locum: *Ἐπιζεφύριοι, Ἐπικνημίδιοι οἱ καὶ Ὀπούντιοι.* id enim verissimum. Eustathius utrumque sic habet: ut illum

231 a

nysium pag. 61. Τῶν δὲ Ἐπικνημιδίων μέρος ἐκεῖνος τοὺς Ὀπουντίους φησὶν, οὕτω λεγομένους ἀπὸ πόλεως Ὀποῦντος, τῆς τοῦ Πατρόκλου πατρίδος, ἣν σεμνολογεῖ ὁ Πίνδαρος. ὥστε συνακτέον τεσσάρων Λοκρῶν εἶναι γένος, τρία μὲν ταῦτα, τοὺς Ὀπουντίους καὶ τοὺς Ἐπικνημιδίους καὶ τοὺς Ὀζόλας· τέταρτον δὲ, τοὺς Ἰταλικοὺς, ἤτοι τοὺς Ἐπιζεφυρίους.

Ὀθρωνος, πόλις. οἱ δὲ νῆσος πρὸς νότον Σικελίας] MSS. νῆσον. et sic vetus editio.

— Ἄλλοι δὲ Μελιτηνῆς] Est principium versus, quantum iudico, Lycophronis, sed corruptum, et ex eo restituendum: legitur autem apud illum v. 1027.

Ἄλλοι Μελίτην νῆσον Ὀθρώνου πέλας
Πλαγκτοὶ κατοικήσουσιν.
*Alii Melitem insulam iuxta Othronum*
*Errones occupabunt.*

ad quem locum videri potest Tzetzes.

Οἰάνθη, πόλις Λοκρῶν. Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ] Infra v. Χάλαιον, quae pariter urbs *Locrensium*, citatur Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ.

— Οἰανθεὺς δ' ἔστι, καὶ Οἰάνθειον καὶ Οἰανθὶς ἐξ αὐτοῦ Οἰάνθιος] Videtur scripsisse Οἰανθεὺς δ' ἔστιν ἐθνικόν. Οἰανθέας enim commemorat Thucydides lib. III. pag. 240. quos noster infra v. Χάλαιον ex Thucydide vocat Οἰανθίους. Pyrrhus Ligorius ΟΙΑΝΘΕΙΩΝ. nummum se vidisse testatur. et hinc *Oeanthia* luno apud eundem.

Οἶκος. Ἡρωδιανὸς μὲν παρὰ τὸ εἴκω, ἐν ᾧ εἴκομεν. δύναται δὲ εἶναι τὸ ἴδιον ἐνδιαίτημα, παρὰ τὸ οἰῶ, τὸ μόνον ἐῶ, κατὰ πλεονασμὸν τοῦ κ] MSS. παρὰ τὸ οἶον, τὸ μόνον, ἐῶ μονούμενος. Salmasius duo posteriora vocabula censet esse delenda.

— Παρὰ τὸ Οἶκος, Οἰκία καὶ Οἰκιάτης κατὰ πλεονασμὸν τοῦ κ] MSS. κατὰ πλεονασμὸν τοῦ α. recte.

Οἶνα, πόλις Τυρρηνίας ἐχυρὰ λίαν· μέσον δὲ αὐτῆς λόφος ἐστὶν ὑψηλὸς τριάκοντα σταδίων, ἔχων ἄνω ὕδατα καὶ ὕλην παντοδαπὴν, ὡς Ἀριστοτέλης] Locus hic verbotenus descriptus est ex Aristotele de Mirab. Auscult. cap. 99. e quo pro Ἐχυρὰ rescribendum Ὀχυρά. Verum apud Aristotelem locus hic non Οἶνα sed Οἰναρία dicitur. De quo anquirendum ulterius.

Οἰνειάδαι, πόλις Ἀκαρνανίας πρὸς τῷ Ἀχελῴῳ] Apud Scylacem, Dionysium Halicarnassensem, Pausaniam lib. I. pag. 20. et Sophoclem in Trachin. pag. 348. scribitur Οἰνιάδαι cum ι. supra v. Ἐρυσίκη, Οἰνειάδαι et Οἰνιάδαι. MS. Catalogus urbium 231
Vaticanus: Ἀκαρνανία ἔνθα οἱ Οἰνιάδαι. b

— Ἡ καὶ Ἐρυσίχη καλουμένη] Supra hac voce scribitur Ἐρυσίκη. male.

*Οἰνιῶν, Λοκρίδος λιμήν· Θουκυδίδης τρίτῃ*] Apud Thucydidem hodie legitur *Οἰνεών*. In Homeri et Hesiodi agone hic *portus* vocatur *Οἰνόη*. et paullo post *ἐν τοῖς Οἰνῶσιν* Hesiodus interfectus fuisse dicitur. Nec dubium esse potest quin idem sit locus. nam ibidem *Οἰνόη τῆς Λοκρίδος* vocatur, additurque occisi corpus in mare proiectum, quod est inter Euboeam et *Locridem*. Vide supra v. *Νεμέα*.

— *Τὸ ἐθνικὸν, Οἰνωνεύς*] *Οἰνιωνεύς*.

*Οἴνη, πόλις Ἄργους· Ἑκαταῖος.*

— *Ὅρος δὲ Οἰνώνην αὐτήν φησιν*] Apud Pausan. lib. II. p. 130. bis scribitur *Οἰνόη* per o *μικρὸν*, et sic pariter apud Apollodorum lib. I. MSS. tamen non abeunt hic a codicibus vulgatis.

— *Οἰνωάτις, Ἄρτεμις, ἡ ἐν Οἰνώῃ τῆς Ἀργείας ἱδρυμένη ὑπὸ Προίτου*] MSS. *Ἀργίας*.

*Οἰνόη, μία τῶν ἐν Ἰκαρίᾳ δύο πόλεων*] Hausta haec ex Strabone lib. XIV. pag. 639. *Ἔστι δὲ καὶ Ἀρτέμιδος ἱερὸν καλούμενον Ταυροπόλιον ἐν τῇ νήσῳ καὶ πολισμάτιον Οἰνόη καὶ ἄλλο Δράκανον, ὁμώνυμον τῇ ἄκρᾳ ἐφ' ᾗ ἵδρυται πρόσορχον ἔχον. Est etiam templum Dianae nomine Tauropolium in insula* (Icaria) *et oppidulum Oenoë et aliud Dracanum, eiusdem cum promontorio nominis cui incumbit, et habet locum appellentibus aptum navibus.* Sed praeter hanc aliae *Oenoae* fuere. Supra v. *Ἔφυρα* ex Strabone patuit *Ephyram* sub monte Pholoe ad Selleentem fluvium prope Elidem aut *Oenoëm* fuisse dictam aut huius nominis urbem habuisse vicinam. Praeterea fuit tribus Attica hoc nomine, cuius gentile *Οἰναῖος* Harpocrationi: quod frustra mutat Ioannes Meursius libro de Populis Atticae. Nam veteri Inscriptione, in fine, apud Gruterum pag. 405. confirmatur. *ΑΝΘΕΣΤΗΡΙΟΣ ΕΚ ΜΥΡΡΙΝΟΥΤΤΗΣ ΞΕΝΟΦΙΛΟΣ ΟΙΝΑΙΟΣ ΔΗΜΗΤΡΙΟΣ ΜΑΡΑΘΩΝΙΟΣ ΕΠΕΨΗΦΙΣΤΗ ΚΑΙ ΕΝ ΑΘΗΝΗΣΙΝ.* Vulgo editum ibi *ΘΙΝΑΙΟΣ*. sed perperam.

*Οἰνοῦσαι, νῆσος τῇ Χίῳ προσεχής*] Herodotus libro I. cap. 165. et Thucydides lib. VIII. pag. 571. scribunt *Οἰνούσσας*. Fuerunt autem plures, uti apparet ex Herodoti verbis: *Οἱ δὲ Φωκαιέες ἐπί τε σφι Χίοι τὰς νήσους τὰς Οἰνούσσας καλεομένας οὐκ ἐβούλευντο ὠνευμένοισι πωλέειν. Phocaenses autem quum ipsis Chii insulas, quae Oenussae vocantur, licitantibus addicere nollent.* Et propterea Ferd. Nonius ad Melam hic legit *νῆσοι τῇ Χίῳ προσεχεῖς*. Sed puto hanc auctoris nostri oscitantiam esse.

232 *Οἰνώνη, νῆσος μία τῶν Αἰακιδῶν*] MSS. destituuntur v. *μία*. et supra v. *Αἰγίναι*, *Oenone* dicitur una ex tribus insulis quae communi nomine *Aeginae* dicuntur.

*Οἶον, δῆμος τῆς Λεοντίδος φυλῆς*] Supra v. *Μεσσόγειον*

pariter dicitur *Οἶον*: verum apud Eustathium *Οἰός*, Diogenes Laërtius in Polemone: *τὸν δῆμον Οἰηθεν*.

*Οἰσύμη, πόλις Μακεδονίας. Θουκυδίδης τετάρτῳ*] Supra v. *Γαληψός*, *ἡ Σύμη* corrupte legitur pro *Οἰσύμη*.

— *Ἡ νῦν Ἡμάθεια*] Scymnus Chius v. 660.

*Μετ' Ἀμφίπολιν δὴ πρότερον Οἰσύμη πόλις*
*Θασίων γενομένη, μετὰ δὲ ταῦτα Μακεδόνων*
*Ἀπὸ τῆς Μακίσσης, Ἡμαθίας τε λεγομένης.*
*Post Amphipolim olim Oesyma urbs*
*Thasiorum existens, postea vero Macedonum*
*A Macessa Emathiaque dicta.*

Vulgo apud Scymnum legitur, fere ut supra apud nostrum, *ἡ Συβή*. *Ἡμαθία* autem supra *πόλις καὶ χωρίον, ἡ νῦν Μακεδονία*.

*Οἴτης, ὄρος περὶ Τραχῖνα*] Scribe: *Οἴτη*. Ita enim a Scylace, Philostrato, Ptolemaeo, Pausania, Plinio aliisque dicitur. Vide et infra v. *Τραχίς*.

— *Ἔστι καὶ πόλις Μηλιέων*] Antoninus Liberalis Narrat. XXXIII. *Ἐπεὶ δ' ἔγημεν αὐτὴν ὕστερον Ἀνδραίμων ὁ Ὀξύλου, γεννᾷ παῖδα ἐξ Ἀπόλλωνος Ἄμφισσον. Οὗτος ἐπεὶ τάχιστα ἡνδρώθη, ἀνὴρ ἐγένετο πάντων κρατῶν· καὶ ἔκτισε παρὰ τὴν Οἴτην, πόλιν ὁμώνυμον τῷ ὄρει, καὶ τῶν ἐκεῖ τόπων ἐβασίλευσεν. Post cum eam* (Dryopen) *Andraemon Oxyli F. duxisset, puerum ex Apolline conceptum parit, Amphissum. Hic, cum virilem aetatem attigisset, omnibus praevaluit; urbem ad Oetam condidit, monti isti cognominem, ibique regnavit.*

— *Σοφοκλῆς· Ἐγὼ μὲν γένεθλον Οἰταίου πατρός*] MSS. *Ἐγὼ μὲν ὦ γ.* recte. Nam sic in *Philocteta* adhuc extat pag. 402. Praeter autem gentilia ab auctore commemorata possessivum *Οἰταϊκὸς* occurrit apud Nicandrum.

*Οἴτυλος, πόλις Λακωνικῆς. οἱ δὲ Οἴτυλον ὡς δάκτυλον, ἀπὸ τοῦ Οἰτύλου ἥρωος*] Vereor Stephanum humanitus aliquid hoc loco passum, aut potius Epitomatorem, qui exemplum adiecit aut mutavit. Verba enim, *οἱ δὲ Οἴτυλον*, ab auctore videntur allata pro exemplo ex Homero. Supra enim v. *Λᾶ* ita adduxit Homericum versum,

*Οἴτε Λάαν εἶχον, οἱ δ' Οἴτυλον.*

qui apud Poëtam, ut ibi diximus, legitur hodie,

*Οἵ τε Λάαν εἶχον, ἠδ' Οἴτυλον ἀμφενέμοντο.*

— *Τινὲς δὲ τὸ οἱ ἄρθρον φασὶ*] Salmasius censet legendum, *τινὲς δὲ τὸ ὁ*, ut nomen ipsum sit *Ἰτυλος*. sed falso. Legendum omnino, ut editur: respicit enim ad diversam lectionem supe- 232
rioris Homerici versus, quem quidam codices ita scribebant etiam b
olim, uti nunc faciunt nostri; quidam vero,

*Οἵτε Ἀφὰν εἶχον, ἠδ' οἳ Τύλον ἀμφενέμοντο.*
uti colligere licet ex Strabone lib. VIII. pag. 360. *Μεταξὺ δ' ἀπὸ τῶν Θυρίδων ἀρξαμένοις, ὁ Τύλος ἐστί. καλεῖται δ' ὑπό τινων Οἴτυλος.* *Medio loco, si a Thyridibus initium sumas, Tylus est, quem nonnulli Oetylum vocant.* Immo clare haec γραφὴ διάφορος notatur ab Eustathio ad istum Homeri versum pag. 295. Cuius verba propterea, tum etiam propter illa quae dicta sunt ante, subiicio: *Οἴτυλος δὲ τρισυλλάβως, ὡς δάκτυλος. ἀπὸ Οἰτύλου ἥρωος ὡς ὁ τὰ ἐθνικὰ γράψας φησίν. Ἕτεροι δὲ τὸ, Οἴτυλον ἀμφενέμοντο, ἐν δυσὶ μέρεσι λόγου ἀναγινώσκουσιν, ἄρθρον μὲν τιθέντες τὸ οἵ· πόλιν δὲ τὴν Τύλον.*

*Οἰχαλία, πόλις ἣν Ὅμηρος.*

— *Οἵτ' ἔχον Οἰχαλίην πόλιν Εὐρύτου*] Hic locus legitur Iliad. B. v. 730. Sophocles in Trachin. pag. 340. appellat *πόλιν τὴν Εὐρυτείαν.*

— *Οἱ δὲ νεώτεροι τεθείκασιν αὐτὴν ἐν Εὐβοίᾳ*] Haec deprompta sunt ex Apollonii Scholiaste lib. I. v. 87. quae Heinds iterum Eustathius ad dictum Homeri locum pag. 298. totidem verbis transscripsit. Sophocles in Trachin. *Oechaliam*, quam Homerus in *Thessalia* ponit, ipse in *Euboea* collocat, notatque hoc discrimen Strabo. Scholiastes Sophoclis ad Trachin. pag. 343. ex Pherecyde *Oechaliam* Arcadicam sitam fuisse ait in *Arcadiae Thule* his verbis; *Φερεκύδης φησὶν οὕτω, μετὰ δὲ τὸν ἀγῶνα Ἡρακλῆς ἀφικνεῖται πρὸς Εὔρυτον τὸν Μέλανος τοῦ Ἀρκεσιλάου εἰς τὴν Οἰχαλίαν. ᾤκειτο δὲ αὕτη ἐν Θούλῃ τῆς Ἀρκαδίας.* Locus manifestissime corruptus: an legendum, *ἐν Φολόῃ τ. Α.* Sophocles autem ipse pag. 333. *Εὐβοῖδα χώραν φασὶν Εὐρύτου πόλιν.* ad quem locum Scholiastes notat nonnullos *Thessaliae* urbem hanc tribuere, quos ipse conciliare conatur, dicendo duo esse eiusdem nominis oppida, pag. 354. idem Sophocles *πανεύτυχον ἑστίαν* vocat. Rursus Hecataeus Milesius apud Pausaniam lib. IV. pag. 218. *Oechaliam* facit *ἐν Σκίῳ μοῖραν τῆς Ἐρετριάδος.*

— *Ἔστι καὶ Μεσσηνὶς Οἰχαλία*] Eustathius, *Μεσσήνης.* Vid. Pausaniam lib. IV. pag. 218.

— *Καὶ Οἰχαλίηθεν ἐκ τόπου*] Homerus Iliad. B. v. 596.
*Οἰχαλίηθεν ἰόντα παρ' Εὐρύτου Οἰχαλιῆος.*

*Ὀκρίκολα, πόλις Τυῤῥηνίων*] Immo, *Sabinorum.*

— *Τὸ ἐθνικὸν Ὀκρικολανός*] Pyrrhus Ligorius aliquot inscriptionibus antiquis confirmat.

233 *Ὄλβηλος, πόλις Μακεδονίας*] Antipater meminit Ὀλβήλου
a montis Macedoniae lib. VI. Anthol. pag. 569.

*Ὀλβία, πόλις Λιγυστική.*

— *Δευτέρα, πόλις ἐν Ποντῳ. Τρίτη Βιθυνίας ἀπὸ Σαγαρίου*

ὑμφης] Videtur una eademque urbs *Olbia*, *Pontica* et *Bithynica*. yrrhus Ligorius ex veteri nummo adfert: COLONIA. AUGUSTA. LBIA. LEGIO. GEM. SARM. unde apparet Augusti Coloniam fuisse. ed quod is eam distinguit a Pontica, haud probo; existimo nim secundam et tertiam apud nostrum eandem esse. Vide in- a v. *Χαζήνη*.

— *Τετάρτη, Παμφυλίας, ὡς Φιλόξενος. οὐκ ἔστι δὲ Παμυλίας, ἀλλὰ τῆς τῶν Σολύμων γῆς· καὶ οὐδὲ Ὀλβία, ἀλλὰ Ὄλβα λεῖται*] MSS. habent, *ὡς Φίλων*. recte. Sed temere reprehenit *Philonem*. Nam *Ὀλβία Pamphyliae* et *Ὄλβα Ciliciae* distincta ppida sunt. Strabo lib. XIV. pag. 672. *Ὑπερθε τούτων τε καὶ ὑν Σόλων, ὀρεινή ἐστιν, ἐν ᾗ Ὄλβη πόλις, Διὸς ἱερὸν ἔχουσα, Αἴαντος ἵδρυμα τοῦ Τεύκρου. Supra Quinda et Solos montana int et urbs Olbus, Iovis habens templum, a Teucri F. Aiace edicatum.* Ptolemaeo pariter *Ὀλβία* adscribitur *Pamphyliae*; *Ὀλβασα* vero Pisidiae. Ut certo certius sit Stephanum suo more uo diversa oppida hic confundere: per *Solymorum* enim regioem *Pisidiam* intelligit, ut ipse infra h. v. explicat. Distinuenda igitur videntur *Ὀλβία*, *Ὄλβασα* et *Ὄλβα*. illa *Pamphyiae*, ista *Pisidiae*, haec *Ciliciae*, a quibus diversi *Ὄλμοι* sive *Ὀλμεία Ciliciae Trachiae* urbs, quae postea *Seleucia* dicta, de ua infra v. *Σελεύκεια*. Vide Salmasium in Exercitat. ad Solium pag. 619. ubi quae Ptolemaeo *Ὀλβασα* eandem censet, quae liis *Ὄλβα* vel *Ὄλβη* dicitur.

— *Ἕκτη Σαρδοῦς*] *Olbiae* in Sardinia mentio apud Florum b. II. cap. 2. *L. Cornelio Scipione, quum iam Sicilia esset urana populi Romani provincia; serpente latius bello Sardiniam nnexamque Corsicam transiit: Olbiae hic ibi Aleriae urbis exidio incolas terruit.* uti ex vestigiis Veteris scripturae locum unc emendavit Salmasius.

— *Λέγεται καὶ Ὀλβηνὸς καὶ Ὀλβιακός*] An pro *Ὀλβηνὸς* on legendum *Ὀλβανὸς*, ut legitur supra v. *Ἄγκυρα*. *Ὀλβιοπολίτης* vero, quod in principio commemoravit, occurrit apud Heodotum lib. IV. cap. 18. *Ἀτὰρ διαβάντι τὸν Βορυσθένεα ἀπὸ θαλάσσης πρῶτον μὲν ἡ Ὑλαίη· ἀπὸ δὲ ταύτης ἄνθρωποι οἰκέουσι Σκύθαι γεωργοί· τοὺς Ἕλληνες οἱ οἰκέοντες ἐπὶ τῷ Ὑπάνι ποταμῷ καλέουσι Βορυσθενείτας· σφέας δὲ αὐτοὺς Ὀλβιοπολίτας. Verum transmisso Borysthene, a mari prima est Hylaea: dehinc habitant Scythae agricolae, quos Graeci, qui ad Hypanim incount, Borysthenitas appellant, ipsi vero se Olbiopolitas.*

*Ὀλβίσιοι, ἔθνος ἐπὶ Ἡρακλείων στηλῶν. Καὶ Ὀλβιείνιοι* λλο] Non dubito, quin hic *Olbisii* iidem sint, qui supra *Elbe-* 233
*tii* vocantur ex Hecataeo: falso enim illic Africae tribuuntur. b.

Nec puto alios esse *Olbiniios*, quamvis noster distinguat. Nisi pro *ἄλλο* scripserit *ἄλλοις*· quod mihi verum videtur in Fragmento Stephani apud Constantinum Imperatorem de Administr. Imperio cap. XXIII. dicuntur *Ἐλευσίνιοι*. MSS. autem hic pro *ἐπὶ Ἡρακλείων* habent *ἀπό*.

*Ὀλιζὼν, πόλις Θετταλίας.*

— *Καὶ Πιτύειαν ἔχον καὶ Ὀλιζῶνα τρηχεῖαν*] Apud Homerum Iliad. *B.* v. 717. in hodiernis exemplaribus legitur,

*Καὶ Μελίβοιαν ἔχον καὶ Ὀλιζῶνα τρηχεῖαν.*

*Ὀξύνεται δὲ πρὸς ἀντιδιαστολὴν τοῦ*,] Excidit nomen *Ὀλιζῶν*. Vult enim dicere, *Ὀλιζὼν* habere accentum acutum in ultima ad discrimen nominis appellativi *Ὀλίζων*. Hesychius: *Ὀλίζονες, ἥσσονες, ἐλάσσονες*. et *Ὀλίζων, πόλις καὶ ὁ ἐλάσσων*.

*Ὅλμιον, πόλις Βοιωτίας*· *ὡς Ἐπαφρόδιτος ἐν τοῖς Ἐπιρρικοῖς*] Scholiastes Homeri calamo exaratus in Bibliotheca Medicea: *Ὅλμος, Πορφυρίας Ἀθάμας οἱ Σισύφου παῖδες κτίσαντες Ἑλικῶνα πόλιν ᾤκισαν ἣν ὠνόμασεν Ὅλμον. Ὅλμοι δὲ πόλεις δύο εἰσὶ νυνὶ, ἀφ' ἑαυτοῦ Μίνυας αὐτοὺς ἐκάλεσαν. Τούτῳ παῖς ἦν Ὀρχομενὸς, ὃς τὴν πόλιν ἀφ' ἑαυτοῦ ὠνόμασεν.* Apud Hesiodum in Theogon. princ. occurrit *Ὀλμειὸς* fluvius Heliconis: de quo enim canit,

*Καί τε λοεσσάμεναι τέρενα χρόα Περμησσοῖο,*
*Ἢ Ἱπποκρήνης, ἢ Ὀλμειοῦ ζαθέοιο.*
*Atque ablutae tenero corpore in Permesso*
*Aut in Hippocrene, aut in Olmeo sacro.*

ad quem locum antiquus Scholiastes: *Ὀλμειὸς ποταμὸς ἐν τοῖς κατὰ τὴν Βοιωτίας· ἀπὸ Ὀλμείου τοῦ Σισύφου παιδός.* Mutatus et Lucianus ad Indoct. et multos libros ement. non longe a principio: et Callistratus in Exposit. Statuarum, post Philostratum, pag. 874. In Orphei statuam: *Ἐν τῷ Ἑλικῶνι, τέμενος ἱερὸν Μουσῶν σπιερὸν ὁ χῶρος παρὰ τοῦ Ὀλμειοῦ τοῦ ποταμοῦ ἐκπίπτει, καὶ τὴν ἰοειδέα Πηγάσου κρήνην, Ὀρφέως ἄγαλμα.* In Mutatus qui locus umbrosum Musarum delubrum est, prope Olmei fluvii rivos et violacium Pegasi fontem, Orphei statua, etc.

*Ὅλμοι, πόλις τραχείας Κιλικίας, ὅπου πρότερον ὤκουν οἱ νῦν Σελευκεῖς*] Haec deprompta sunt ex Strabone lib. XIV. 670. qui hinc corrigendus est: legitur enim apud illum, *Ὅλμος ὅπου πρότερον ᾤκουν οἱ νῦν Σελευκεῖς*, pro *Ἐλεύθερος*, etc. Nam iam ante numero plurium appellavit eodem libro 663. infra v. *Σελεύκεια*. dicitur *Ὀλβία* appellata pro [illegible] Pyrrhus Ligorius ait se vidisse nummum, in cuius [illegible] Traiani effigies, in altera Diana et Apollo repraesentati, [illegible]
234 hac Inscriptione *ΩΑΜΑΙΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ*. Idem [illegible]

testatur se alium vidisse nummum, cuius una pars habebat caput Minervae, adversa Taurum habitu procedentis cum inscriptione *ΘΑΜΙΑΙΩΝ*. quod ἀπὸ τοῦ Ὀλμίου formatum existimat.

Ὄλμωνες, κώμη Βοιωτίας ἀπὸ Ὀλμοῦ τοῦ Σισύφου. Παυσανίας ἐννάτῳ] Idem haud dubie locus, quem ante ex Epaphrodito appellavit Ὄλμιον, iuxta Hesiodi Scholiasten sic appellatum ἀπὸ Ὀλμείου, iuxta vero Homeri nondum editum, ἀπὸ Ὄλμου. Apud Pausaniam vero lib. IX. pag. 577. Ὄλμωχες et Ὄλμος cum aspiratione legit Amasaeus.

Ὀλόβαγρα, πόλις Μακεδονίας.

Τὸ ἐθνικὸν, Ὀλόβαγρος] Ἴσως, Ὀλοβαγρεύς, ut Μεγαρεύς.

Ὀλοσσῶν, πόλις Μαγνησίας] MSS. PP. Ὀλοσσός, male. Nec melius Hesychius: Ὀλοσσόν, πόλις Θεσσαλίας. Apud Lycophronem Ὀλοσσῶν et quidem numero plurium Ὀλοσσόνες scribitur v. 906.

Γόνον Φάλανόν τ', ἠδ' Ὀλοσσόνων γυίας.

ubi Tzetzes: Φάλανος καὶ Ὀλοσσὼν πόλεις Ἠπείρου καὶ Θεσσαλίας. ἡ δὲ Ὀλοσσὼν νῦν Ἐλασσὼν λέγεται. Eustathius ad Homeri Iliad. B. pag. 333. sive v. 740. qui is est, qui hic adducitur, notat urbem hanc Straboni dici Πεδδαιβικὴν, quae nostro Μαγνησίας; deinde addit: δοκεῖ δὲ φυλάσσειν καὶ νῦν τὴν κλῆσιν παραφθειρομένη βαρβαρικῶς. ἴσως γὰρ αὕτη ἐστὶν, ἡ ἄρτι λεγομένη Ἐλασσών.

Ὀλοῦς, πόλις Κρήτης. Ξενίων ἐν τοῖς Κρητικοῖς. Ὁ πολίτης Ὀλοῦντιος, ὡς Σελινούντιος] In veteri Inscriptione nuper Venetiis edita, quae huius civitatis foedus cum Latiis continet, aliquoties scribitur *ΟΛΟΝΤΙΟΙ*. Atque ita in Siculis nummis legitur *ΣΕΛΙΝΟΝΤΙΩΝ*. ut infra ad h. v. notavi. Praeterea P. Ligorius se vidisse testatur nummos, in quibus *ΟΛΟΝΤΙΩΝ* legitur.

Ὀλόφυξος, πόλις ἐν Θρᾴκῃ περὶ τὸν Ἄθω. ὁ πολίτης, Ὀλοφύξιος. Ἡρόδοτος περὶ νυμφῶν καὶ Θεῶν γράψας] Apud Suidam haec sic scribuntur: Ὀλόφυξις. Θρᾴκια πόλις, περὶ Ἄθω. ἧς πολίτης Ἡρόδοτος Ὀλοφύξιος περὶ νυμφῶν, ὡς φασὶ, γράψας, καὶ ἱερῶν. Sed apud Thucydidem lib. IV. pag. 325. scribitur Ὀλόφυξος, ut hoc loco.

Ὄλπαι, φρούριον Ἀκαρνάνων, καὶ Ἀμφιλόχιον δικαστήριον. Θουκυδίδης τρίτῃ] Thucydides lib. III. pag. 243. Καὶ ἐμβάλοντες ἐς τὴν Ἀργείαν καταλαμβάνουσιν Ὄλπας, τεῖχος ἐπὶ λόφου ἰσχυρὸν πρὸς τῇ θαλάσσῃ, ὃ ποτὲ Ἀκαρνᾶνες τειχισάμενοι, κοινῷ δικαστηρίῳ ἐχρῶντο. Et Argeam ingressi Olpas capiunt validum in colle castellum ad mare, quod Acarnanes quondam cum

234 *munivissent communi iuridici conventus loco utebantur.* Unde ap-
b parat distinctionem ponendam post φρούριον, non vero post *Ἀκαρνάνων*: et sic MSS. P P. in quibus: *Ὀλκαι, φρούριον κοινὸν Ἀκαρνάνων*, etc. legitur. Deinde pro *Ἀμφιλόχιον* scriberetur melius *Ἀμφιλόχων*, ut respondens magis voci *Ἀκαρνάνων*.

*Ὀλύκραι, πόλις περὶ Ναύπακτον.*

— *Τὸ ἐθνικὸν Ὀλυκραῖος*] Pyrrhus Ligorius adducit nummum Gordiani, in quo circa navem Argo *ΟΛΥΚΡΑΙΩΝ*.

*Ὀλύμπη, πόλις Ἰλλυρίας.*

— *Τὸ ἐθνικὸν, Ὀλυμπαῖος*] Idem Ligorius nummum profert *ΟΛΥΜΠΑΙΩΝ* in quo serpens expressus est multis involutus spiris, capite radiato.

*Ὀλύμπια, ἡ πρότερον Πίσα λεγομένη, ἔνθα Ὀλύμπιος Ζεὺς τιμᾶται· ἀφ' οὗ τὰ Ὀλύμπια, ὁ ἀγών*] Philostratus lib. II. Icon. in Palaestrae descriptione: *Ὁ μὲν χῶρος Ἀρκαδία, καὶ τὸ κάλλιστον Ἀρκαδίας καὶ ᾧ μάλιστα ὁ Ζεὺς χαίρει, Ὀλυμπίαν αὐτὸ ὀνομάζομεν. Locus quidem Arcadia, et Arcadiae optimum, quo maxime gaudet Iupiter, Olympiam ipsum appellamus.*

— *Λέγεται καὶ Ἀρπίνα, ὡς Νικάνωρ, ἀπὸ τῆς Ὀλυμπίου μητρός*] Pausanias lib. VI. pag. 385. *Ἔστι δὲ καὶ ἄλλος Ἀρπινάτης καλούμενος ποταμὸς καὶ οὐ πολὺ ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ, πόλεως Ἀρπίνης ἄλλα τε ἐρείπια καὶ μάλιστα οἱ βωμοί. Οἰκίσαι δὲ Ὀλύμπιον τὴν πόλιν καὶ θέσθαι τὸ ὄνομα ἀπὸ τῆς μητρὸς λέγουσιν Ἀρπίνης. Est ibi et alius fluvius Arpinates dictus et non procul a fluvio Arpinae urbis cum alia rudera tum imprimis arae. Urbem istam condidisse Oenomaum et de matris Arpinae nomine appellasse dicunt.* Strabo lib. VIII. pag. 356. *Παρὰ δὲ τὴν Ὀλυμπίαν ἔστι καὶ ἡ Ἄπινα (Ἀρπίνα) καὶ αὐτὴ τῶν ὀκτώ, δι' ἃς ὁ ποταμὸς Παρθενίας, ὡς εἰς Φηραίαν ἰέναι. Iuxta Olympiam est etiam Arpina et ipsa in octo urbium numero, per quas labitur Parthenias fluvius, qua itur ad Pheraeam.* Quo in loco dubitantis Casauboni coniectura, qua pro *Ἄπινα* scriptum esse *Ἀρπίνα* suspicatus est, egregie adstruitur hocce Stephani loco.

*Ὀλυμπίειον, τόπος ἐν Δήλῳ, ὃν κτίσαντες Ἀθηναῖοι χρήμασιν Ἀδριανοῦ, νέας Ἀθήνας Ἀδριανὰς ἐκάλεσαν, ὡς φασιν ἐν Ὀλυμπιάδων πεντεκαιδεκάτῳ*] Scribe: *πεντεκαιδεκάτου*, ut referatur non ad librum, sed ad *Olympiadem*. Ita [illegible] per citat *Olympiadem*, non librum. Idemque Salmasius [illegible] riae Augustae scriptores iam monuit.

*Ὄλυμπος, ὄρος Μυσίας· Ἀδριανὸς Βιθυνικῷ*. Meminit Callimachus Hymno in Dianam v. 117. [illegible] λύμπῳ. ubi Scholiastes vetus: *Ἔστι γὰρ καὶ Μα[illegible]* item Lyciae mons Chimerae incendio nobilitatus [illegible]

nominis civitas ad mare subiacet, de quo insignem Methodii locum, *Olympi* olim Episcopi, ex Photio adiiciam: *Ὅτι φησὶν ἐθεασάμην ἐν Ὀλύμπῳ ἐγὼ (ὄρος δέ ἐστιν ὁ Ὄλυμπος τῆς Λυκίας) πῦρ αὐτομάτως κατὰ τὴν ἀκρώρειαν τοῦ ὄρους κάτωθεν ἐκ τῆς γῆς ἀναδιδόμενον, περὶ ὃ πύραγνος φυτόν ἐστιν, οὕτω μὲν εὐθαλὲς καὶ χλοερὸν, οὕτω δὲ σύσκιον, ὡς ὑπὸ πηγῆς μᾶλλον αὐτὸ βεβλαστηκέναι. Vidi, inquit, in Olympo monte Lyciae ignem sponte sua in montis cacumine ex imo terrae enascentem, iuxta quem stirps, pyragnus nomine existit adeo florida, virens et opaca, ut e fonte potius nata videatur.* 235 a

— *Οἱ οἰκοῦντες, Ὀλυμπηνοί*] Ita et Eustathius ad Iliad. *A.* pag. 27 et ad Iliad. *B.* pag. 864. Apud Herodotum autem lib. VII. cap. 74. dicuntur *Ὀλυμπιηνοί.*

*Ὄλυνθος, πόλις Θρᾴκης, πρὸς τῇ Σιθωνίᾳ τῆς Μακεδονίας*] *Olynthus* in regione *Χαλκιδικῇ* sita fuit prope montem Atho: unde Thucydides lib. IV. pag. 834. *Ὄλυνθον τὴν χαλκιδικὴν* vocat.

— *Ἀπὸ Ὀλύνθου τοῦ Ἡρακλέους*] Conon apud Photium Narrat. IV. *Olynthum* Strymonis Thracum regis dicit filium.

*Ὄλβοι, πόλις Αἰγύπτου πρὸς τῇ Λιβύῃ*] Ordo literarum perturbatus hanc vocem mihi suspectam reddit. Is enim postulare videtur *Ὄλφοι.*

*Ὄμανα, πόλις τῆς Εὐδαίμονος Ἀραβίας.*

— *Τὸ ἐθνικὸν, Ὀμανεύς*] Apud Ptolemaeum, *Ὀμανῖται*, quod cum formatione istius regionis convenit, de qua supra vv. *Ἄδανα* et *Δαύη*. infra v. *Ὄγυρις.*

*Ὄμβρικοι, ἔθνος Ἰταλικὸν περὶ τὸν Ἀδριανὸν κόλπον, μέσον τοῦ Πάδου καὶ Πικεντικοῦ*] MSS. *περὶ τὸν Ἀδριακόν.* rectius.

— *Λέγονται καὶ Ὄμβροι*] Ita Lycophron v. 1360.

*καὶ δορύκτητον χθόνα*
*Πᾶσαν κατειργάσαντο τῶν Ὄμβρων πέλας.*
*captivamque terram*
*Omnem subegerunt prope Umbros sitam.*

ubi Scholiastes: *Ὄμβρα* (scribo *Ὄμβροι*) *γένος Γαλατῶν καὶ Σαλπίων.* satis inepte ut solet.

— *Ἔστι καὶ ποταμὸς Ἰταλίας Ὄμβρος*] MSS. *Οὔμβρος.*

— *Καὶ τοὺς κάρπους πολλαπλασίους τὴν γῆν ἀνιέναι τῶν καταβαλλομένων*] MSS. *τὴν καταβαλλομένην.*

*Ὁμηρῖται, ἔθνος Αἰθιόπων. Μαρκιανὸς ἐν Περίπλῳ ἀ*] Videndum an *Homeritae* non acceperint nomen ab *Ὀμήρῳ*, filio Aliphazae, nepote Esavi. Iosepho enim teste lib. II. Antiquit. Iud. cap. 1. *Πολλὴ γὰρ γενομένη ποτὲ ἡ Ἰδουμαία, πότε πάσης αὐ-*

τῆς ἀπέσωζεν ὄνομα καὶ τοῖς μέρεσι τὰς ἀπὸ τῶν ὁδοιπόρων προσηγορίας διεφύλαξεν. *Quondam enim late patentem terram Ma-*
235 *maeae nomen complectebatur; cuius partes a primis colonorum*
b *deductoribus denominatae appellationes eas posteà retinuerunt.* Ὄμερος autem ibidem recensetur. Pro Αἰθιόπων autem hoc loco legendum est Ἀράβων, uti apud ipsum *Marcianum* et Ptolemaeum legitur. Procopius lib. 1. Persicorum pag. 32. Ὁμηριτῶν δὲ κατανταχοῦ μάλιστα ἐν τῇ ἀντιπέρας ἠπείρῳ Αἰθίοπες οἰκοῦσιν. Ea gens Iustiniani Imperatoris temporibus longè latèque per Felicem Arabiam dominabatur, uti ex eius saeculi Historia videre licet.

Ὄμόλη, ὄρος Θεσσαλίας Πανδανίας ἐνάτῳ. Λέγεται καὶ Ὄμολος] Montis huius nomen corrupte legitur apud Orpheum in Argonauticis v. 460.

Ἀγχιαλός θ' ὁμαλῆ, ῥεῖθρόν θ' ἁλιμυρὲς Ἐνανθοῦ.

scribendum enim, Ἀγχιαλός θ' Ὁμόλη. Ab huius autem loci corrupta lectione deceptus Ortelius *Anchialum* facit nobis locum circa sinum Pelasgicum, seductus ante ab Hermolao Barbaro: infeliciter. Quod si quis ordinem itineris, quem Argonautae tenuerunt, respiciat apud Apollonium lib. 1. v. 594. deprehendet et in sequentibus verbis Orphei mendum esse legendumque

ῥεῖθρόν θ' ἁλιμυρὲς Ἀνάυρου.

— Καὶ Θηβῶν αἱ πρὸς τῷ ὄρει Ὁμολοΐδες] Post Θηβῶν addendum πύλαι, sensu manifeste id requirente. Vide Tzetzem ad Lycophronem v. 520.

Ὁμόλιον, πόλις Μακεδονίας καὶ Θεσσαλίας. Στράβων ἑβδόμῃ] Idem cum praecedente. Scholiastes vetus Apollonii ad librum 1. v. 594. Ὁμόλη, ὄρος Θεσσαλίας οὕτω καλούμενον, ἡ πόλις Θράκης.

— Τὸ δὲ Ὁμολώϊος, τεμενικόν ἐστι κατὰ πλεονασμὸν τοῦ ω] Pertinet huc etiam Ὁμολωΐς, quod occurrit apud Lycophronem v. 520.

καὶ τριγέννητος Θεὰ
Βοαρμία Λογγάτις Ὁμολωΐς βία.
*ac Tritonia Dea*
*Iuga Longatis Homolois potens.*

ubi Tzetzes: Ὁμολωΐς δὲ τιμᾶται παρὰ Θηβαίοις, ἀπὸ Ὁμολοΐδος τῆς Νιόβης θυγατρός. Ὁμολωΐδες γὰρ πύλαι Θηβῶν.

Ὀμφάκη, πόλις Σικελίας.

— Τὸ ἐθνικὸν Ὀμφακαῖος, ἴδιοι δὲ Ὀμφακηνὸς τῷ τύπῳ τῆς χώρας] Scribe, Ὀμφακῖνος. supra enim vv. Ἀμβρακία et Ἰνυκτον, docuit hanc esse terminationem apud Siculos usitatam.

Ὀμφάλιον, τόπος Κρήτης, πλησίον Θεννῶν καὶ Κνω-

σοῦ] Callimachus Hymno in Iovem v. 42. unde haec deprompta sunt:

Εὖτε Θενὰς ἀπέλειπεν, ἐπὶ Κνωσσοῖο φέρουσα, 236
Ζεῦ πάτερ, ἡ νύμφη σε, Θεναὶ δ' ἔσαν ἔγγυθι Κνωσσοῦ, a
Τοὐτάκι τοι πέσε, δαῖμον, ἀπ' ὀμφαλός. ἔνθεν ἐκεῖνο
Ὀμφάλιον μετέπειτα πέδον καλέουσι Κύδωνες.
*Postquam vero Thenas reliquit, ad Cnossum deferens,*
*Iupiter pater, te nympha, Thenae autem proximae Cnosso,*
*Ibi tum decidit tibi, Deus, Omphalos. Hinc istum*
*Omphalium deinceps locum nominant Cydones.*

ex quo loco pariter apparet pro Θεννῶν apud Stephanum legendum esse Θενῶν, uti iam monuimus supra v. Θενναί. Meminit huius loci etiam Nicandri Scholiastes vetus, ad Princip. Alexipharm. sed ex Callimacho pariter: Ὄμφαλος γὰρ τόπος ἐν Κρήτῃ, ὡς καὶ Καλλίμαχος, Πέσε δαῖμον ἀπ' ὀμφαλός. ἔνθεν ἐκεῖνο Ὀμφάλιον μετέπειτα πέδον καλέουσι Κύδωνες. ita enim locus iste ex Callimacho apud Scholiasten, ubi mendose editur, reformandus est. Fuit et alius locus Delphis, qui credebatur terrae *umbilicus*. Hesychius: Μεσομφαλία, ἡ μέσος τῶν Δελφῶν πόλις. Pindarus Pyth. Od. iv. pag. 241. Ἦλθε δέ οἱ κρυόεν πυκινῷ μάντευμα θυμῷ. παρὰ μέσον Ὀμφαλὸν εὐδένδροιο ῥηθὲν ματέρος. *Venit autem horrendum vaticinium prudenti animo eius, editum apud medium umbilicum matris foecundae arboribus.* ubi Scholiastes Graecus παρὰ μέσον ὀμφαλὸν explicat: τουτέστι, κατὰ τὸ Δελφικὸν χρηστήριον, τὸ ἐν μέσῳ τῆς οἰκουμένης τῆς εὐδένδρου γῆς. Et Euripidi in Oreste v. 591.

Ὁρᾷς δ' Ἀπόλλων', ὃς μεσομφάλους ἕδρας
Ναίων, βροτοῖσι στόμα σαφέστατον νέμει.
*Vides Apollinem, qui sedem mediam*
*Inhabitans, tribuit hominibus certissima oracula.*

qui locus adducitur etiam a Clemente in Protreptico. Et in eadem fabula v. 331.

Τρίποδος ἀπό φασιν, ἂν ὁ Φοῖβος
Ἔλακεν, ἔλακε, δεξάμενος ἀνὰ δάπεδον,
Ἵνα μεσόμφαλοι λέγονται μυχοὶ γᾶς.
*Oraculum ex tripode, quod Phoebus*
*Dixit, dixit, accipiens in solo,*
*Ubi dicitur esse umbilicus terrae.*

Ad quem locum Scholia antiqua Graeca notant: Ὀμφαλὸς λέγεται ἡ Πυθώ, παρὰ τὸ τὰς ἀπὸ Θεοῦ χρησταριαζομένας λέγειν, ἢ παρὰ τὸ εἶναι ἐν μέσῳ τῆς οἰκουμένης. Λέγεται γὰρ τὸν Δία μαθεῖν βουλόμενον τὸ τέλος τῆς γῆς, δύο ἀετοὺς ἰσοταχεῖς ἀφεῖναι, τὸν μὲν ἀπὸ δύσεως, τὸν δὲ ἀπὸ ἀνατολῆς, καὶ ἐκεῖ αὐτοὺς συν-

ἀνιῆσαι, ὅθεν Ὀμφαλὸς ἐκλήθη. ἀνακεῖσθαί τε χρυσοῦς ἀετοὺς φασι τῶν μυθευομένων ἀετῶν ὑπομνήματα. Denique Manilius apud Varronem lib. VI. de L. L. p. 68. *O sancte Apollo, qui umbilicum certum terrarum obtines.* ubi Varro: *Umbilicum dictum aiunt ab umbilico nostro, quod is medius. locus sit terrarum ut umbilicus in nobis.*
236 b *Quod utrumque est falsum. Neque hic locus est terrarum medius; neque noster umbilicus est hominis medius* et paullo post: *terrae medium non hoc, sed quod vocant Delphis in aede, μεσομφαλίαν, foramen alatum est quoddam, in tensarii speciem, quod Graeci* Ὀμφαλὸν *dixerunt.* sic enim locus iste legendus est. Romae item in Regione VIII. quae Forum Romanum dicitur apud P. Victorem, locus quidem *Umbilicus Urbis Romae* appellatur.

— Ἔστι καὶ Θετταλίας] Hinc gentile Ὀμφαλιεὺς infra v. Παράναιοι, in Rhiani versu

Σὺν δὲ Παραναίοις, καὶ ἀμύμονας Ὀμφαλιῆας.

ut ab Ὀμάριον, Ὀμαριεύς, aliaque.

— Τὸ ἐθνικὸν, Ὀμφαλίτης] Nummus ΟΜΦΑΛΙΤΩΝ cum imagine Herculis extat apud Goltzium.

Ὀνειαβάτης, πόλις Αἰγύπτου· Ἑκαταῖος Περιηγήσει Λιβύης. ὁ πολίτης, Ὀνειβιάτης τῷ τῆς χώρας ἔθει] Haec civitas videtur esse illud castrum apud Leontopolin praefecturae Heliopolitanae, in quo Onias, Oniae Pontificis filius, ex Ptolemaei Philometoris concessione templum excitavit ad Hierosolymitani similitudinem. De quo videndus Iosephus lib. XIII. Antiq. cap. 6. ubi literas Oniae ad Ptolemaeum petitorias et Ptolemaei responsorias adfert, in quibus locus, in quo templum hoc exstructum, dicitur, τῆς ἀγρίας Βουβάστεως, *agrestis Bubastis.* In gentili autem videtur hic erratum scriptumque prius, Ὀνειαβάτης. ut idem sit cum urbis nomine. Sic supra: Διοχίτης, κώμη Αἰγύπτου, ἐν ᾗ τέθαπται Ὄσιρις. Ἐθνικὸν τὸ αὐτὸ, Διοχίτης.

Ὀνθύριον, πόλις Θεσσαλικὴ περὶ τὴν Ἄρνην.

— Τὸ ἐθνικὸν Ὀνθυριεύς] Pyrrhus Ligorius laudat nummum argenteum ΟΝΘΥΡΙΑΙΩΝ. cuius una pars caput Minervae, altera Thessali sive bovis praeferet.

Ὀξυδράκαι, ἔθνος Ἰνδικὸν, ὑφ' ὧν σώσας Ἀλέξανδρον Πτολεμαῖος σωτὴρ ἐκλήθη] Describit hanc historiam Plutarchus lib. II. de Fortitud. Alexandri pag. 343. narrans *Alexandrum* cum tribus desiluisse in urbis *Oxydracarum* planitiem, scalas eo ipso momento confractas, alterum ex sociis eius statim interfectum, alterum graviter vulneratum et mox etiam ipsum securi in capite, sagitta in pectore: tandem Lemnaeum vel Limnaeum, *Ptolemaeum*, Leonnatum et alios vel superato vel perrupto muro tulisse suppetias. Sed haec historia diversimode traditur. Curtius

lib. IX. cap. 5. primo Peucestam, dein Timaeum, paullo post Leonnatum, tandem Aristonum subvenisse periclitanti Alexandro scribit, *Ptolemaei* non meminit.

— *Οἱ δὲ Ψευδος τὸ περὶ τῶν Ὀξυδρακῶν*] MSS. *Οἱ δὲ Ψευδος τῶν.* Dicit nonnullos negare accidisse Alexandro istud infortunium apud *Oxydracas.* Inter illos autem est Arrianus qui apud Mallos hoc factum refert, lib. VI. de Exped. Alexandri p. 129. et seq. 237 a

*Ὀξύρυγχος, πόλις Αἰγύπτου, τιμῶσα τὸν ὁμώνυμον ἰχθῦν*] Plutarchus de Iside et Osiride pag. 353. *Ἰχθύων δὲ θαλαττίων, πάντες μὲν οὐ πάντων, ἀλλ' ἐνίων ἀπέχονται. Καθάπερ Ὀξυρυγχῖται τῶν ἀπ' ἀγκίστρου. Σεβόμενοι γὰρ τὸν Ὀξύρυγχον ἰχθὺν, δεδίασι μή ποτε τὸ ἄγκιστρον οὐ καθαρόν ἐστιν Ὀξυρύγχου περιπεσόντος αὐτῷ. Piscibus autem marinis non omnes omnibus, sed quibusdam abstinent: ut Oxyrynchitae hamo captis. Quia enim Oxyrynchum piscem venerantur, metuunt ne hamus aliquando ab Oxyryncho tactus polluatur.* et rursus in eodem libro pag. 380. *Οἱ δὲ Ὀξυρυγχῖται καθ' ἡμᾶς τῶν Κυνοπολιτῶν τὸν Ὀξύρυγχον ἰχθὺν ἐσθιόντων, κύνας συλλαβόντες καὶ θύσαντες, ὡς ἱερεῖον κατέφαγον. Ἐκ δὲ τούτου καταστάντες εἰς πόλεμον, ἀλλήλους τε διέθηκαν κακῶς, καὶ ὕστερον ὑπὸ Ῥωμαίων κολαζόμενοι διετέθησαν. Nostra vero tempestate cum Cynopolitae piscem Oxyrynchum ederent, Oxyrynchitae canes comprehensos ac mactatos victimae in morem comederunt. Eaque de caussa conflato bello, cum ipsae gravibus sese invicem damnis affecerunt urbes, tum adfectae a Romanis poenam iis infligentibus fuerunt.* Petrus Bellonius lib. II. Observ. cap. 32. existimat *Oxyrynchum* esse piscem *Lucium*, qui admodum frequens est in Nilo: a qua sententia vocis originatio non abludit.

— *Ὁ πολίτης, Ὀξυρυγχίτης*] Pyrrhus Ligorius nummum Antonini Pii profert, in cuius averso latere circum tres figuras Osiridis, Isidis et Harpocratis legitur, *ΟΞΥΡΥΧΙΤΩΝ.*

*Ὀπικοὶ, ἔθνος Ἰταλίας· Εὔδοξος ἕκτῳ γῆς περιόδου· γλώσσας συνέμιξαν. οἱ δὲ, ὅτι Ὀφικοὶ, ἀπὸ τῶν ὄφεων*] Quid hoc loco sibi volunt verba, *γλώσσας συνέμιξαν?* An sunt initium loci ex Eudoxo adducti, qualia non raro apud nostrum occurrunt? Existimo potius locum esse mutilum: nam illud, *οἱ δὲ,* ostendit praecessisse *οἱ μὲν,* et Cluverius lacunam etiam hoc loco agnovit lib. III. Ital. Antiq. cap. 9. pag. 1056. sed non explevit. Ego vero sic illam explendam existimo: *οἱ μὲν, ὅτι γλώσσας συνέμιξαν. Οἱ δὲ, ὅτι,* etc. Nam, ut doctissimus Geographus dicto capite plurimis probat, Ausones, Aurunci, *Opici,* una eademque gens fuit inter se confusa et permixta tam lingua

quam habitatione. Ὄψ autem ὄπος, unde Ὀπικοὶ, et visum et vocem significat, uti Hesychius et alii docent, notante Iulio Cae-
237 sare Capaccio Histor. Neap. pag. 9. Altera vero Etymologia, quo
b Ὀπικοὶ dicuntur appellati quasi Ὀφικοὶ ἀπὸ τῶν ὄφεων, extat etiam apud Servium ad lib. VII. Aeneid. Virgil. v. 730. *Oscorumque manus. Capuenses dicit, qui ante Ophici appellati sunt, quod illic plurimi abundavere serpentes: nam Graece* Ὄφις *dicitur serpens.* uti legitur in Servii editione a Georgio Fabricio procurata: nam in Stephani et Danielis paullo aliter extat. Apud Gellium *Opicus* bis pro rustico ponitur: semel lib. XIII. cap. 9. in fragmento Tyronis, Ciceronis liberti: Τάδες, οὐκ ἀπὸ τῶν ὑῶν, *ita ut nostri Opici putaverunt, sed ab eo, quod est* ὕειν, *appellatur.* iterum lib. XI. cap. 16. *Tum ille Opicus verbis meis inchoatis et inconditis addictus virtutem esse* πολυπραγμοσύνην, *hortatur, inquit, nos profecto nescio quis hic Plutarchus ad negotia capessenda et ad res obeundas plurimas cum industria et celeritate.* Quae adferre lucem possunt Aristidi Quintiliano lib. II. de Musica pag. 72. Δυοῖν δὲ καὶ περὶ τὴν ψυχὴν, ὡς γ' ἔνι φάναι, θεωρουμένων παθῶν, θυμοῦ τε καὶ ἐπιθυμίας; οἱ μὲν ἄγευστοι παντάπασι τῶν ἐκ μουσικῆς καλῶν, εἰ μὲν τὸ ἐπιθυμητικὸν κολακεύοιεν, ἀναίσθητοί τε εἰσὶ, καὶ βοσκηματώδεις, ὥς οἵ τε περὶ τὴν Ὀπικίαν καὶ Λευκανίαν· εἰ δὲ τὸ θυμικὸν ἐγείροιεν, ἄγριοί τε καὶ θηριώδεις, ὡς οἵ τε περὶ τὴν Γαραμαντίδα καὶ τὴν Ἰβηρίαν. *Cumque circa animam duae, ut ita dicam, spectentur adfectiones, Ira scilicet et Concupiscentia; illi, qui bona ex Musicis provenientia nullo modo degustarunt; si quidem cupiditatem adsectentur et sensu carent et pecudum ritu degunt; ut Opiciae et Lucaniae populi. Quod si irascentem partem excitent, immanes sunt ac feri; ut qui Garamantidem incolunt et Iberiam.*

Ὀπόεις, πόλις Λοκρῶν τῶν Ἐπικνημιδίων] In veteri Epigrammate Anonymi εἷς τινας τῶν ἐν Θερμοπύλαις πεσόντων vocatur haec urbs Μητρόπολις Λοκρῶν. Epigramma legitur in Append. Anthol. pag. 15. et apud Strabonem lib. IX. pag. 425.

Τοὺς δέ ποτε φθιμένους ὑπὲρ Ἑλλάδος ἀντία Μήδων
Μητρόπολις Λοκρῶν κεύθει ὁμοῦ Ὀπόεις.

Et Pindarus in Olymp. Od. IX. pag. 84. Ὅθεν στεφάνων ἔμοτοι πλυτὰν Λοκρῶν ἐπαείροντι ματέρ' ἀγλαόδενδρον. *Unde coronarum flores inclytam Locrorum extollunt matrem, pulchrarum arborum feracem* ubi Scholiastes: Μητέρα τὴν Ὀποῦντα, τοῦ Ἐφυραίου πατρίδα. μητρόπολιν δὲ τὴν Ὀποῦντα τῶν Λοκρῶν λέγει. Nec aliter Strabo dicto loco, qui ex Epigrammate prius allato hoc adstruit: et ex Strabone Eustathius ad Iliad. B. pag. 277. Ὁ δὲ γεωγράφος, καὶ μητρόπολιν Λοκρῶν τῶν Ἐπικνημιδίων, τὴν

*Ὀποῦντα λέγει.* Orpheus *τρηχείην* cognominat, Argonaut. vers. 178.

*Τρηχείην Ὀπόεντα λιπὼν, σὺν δ' ἤλυθεν Ἴδας.* 238

— *Ἀπὸ Ὀπόεντος*] *Ὀπούς*, Locri et Protogeniae filius, a Scholiasti Pindari Olymp. Od. IX. pag. 87.

— *Τὸ ἐθνικὸν Ὀποείσιος, Ὀποεισία*] Ita etiam Eustathius ad Iliad. B. pag. 277.

— *Οἱ πολῖται, Ὀπούντιοι*] Nummi, in quibus legitur, *ΟΠΟΝΤΙΩΝ* extant plures; apud R. P. Sirmondum unus, apud Cl. Menestrier duo, apud Goltzium quatuor.

*Ὀρβῖται, ἔθνος Ἰνδικὸν, ὡς Ἀπολλόδωρος δευτέρῳ περὶ Ἀλεξανδρείας*] Hos credo eosdem esse populos, qui supra v. *Ἄρβις*, dicuntur *Ἀρβῖται*. Deinde existimo Apollodorum hic citari non *δευτέρῳ περὶ Ἀλεξανδρείας*, *libro secundo de Alexandria*, uti verba citra distinctionem sonant: sed *δευτέρῳ*, scilicet *περὶ γῆς*. Verba autem, *περὶ Ἀλεξανδρείας* puto referenda ad *Orbitas*. Prius patet infra v. *Ὠρῖται*, ubi similiter adduntur, *Ἀπολλόδωρος δευτέρῳ*. *Oritae* enim et *Arbitae* vicini erant, uti ostendimus supra v. *Ἄρβις* ex Dionysio. Posterius ex eo clarum quod in isto tractu fuit *Alexandria*, quam ipse supra v. *Ἀλεξάνδρεια* quarto loco commemorat, et cujus meminit Plinius lib. VI. cap. 23. in Onesicriti et Nearchi navigatione: *Alexandria condita a Leonato iussu Alexandri in finibus gentis.* Apud Pyrrhum Ligorium extat nummus Traiani Imperatoris, in cuius aversa area rhinoceros effigiatus visitur cum hac inscriptione: *ΟΡΒΙΤΑΙΩΝ ΚΟΙΝ.*

*Ὀργάλημα, πόλις ἐπὶ τῷ Ἴστρῳ*] Scriptura haec non convenit cum gentili.

— *Τὸ ἐθνικὸν, Ὀργομεναῖος*] MSS. *Ὀργαμαῖος*. an *Ὀργαλημαῖος?*

*Ὀρέσται, Μολοσσικὸν ἔθνος.*

— *Θεαγένης ἐν Μακεδονικῶν φησι*] Scribe cum Salmasio, *Θεαγένης·ἐ Μ. φ.*

— *Αὐτὸς δὲ ὑπὸ ἐχίδνης δηχθεὶς, θνήσκει εἰς χωρίον τῆς Ἀρκαδίας τὸ λεγόμενον Ὀρέστειον*] Euripidi locus iste *Ὀρέστειον* dicitur, in Oreste v. 1645.

*σὲ δ' αὖ χρεὼν*
*Ὀρέστα, γαίας τῆσδ' ὑπερβαλόνθ' ὅρους,*
*Παῤῥάσιον οἰκεῖν δάπεδον, ἐνιαυτοῦ κύκλον.*
*Κεκλήσεται δὲ σῆς φυγῆς ἐπώνυμον,*
*Ἀζᾶσιν, Ἀρκᾶσιν τ' Ὀρέστειον καλεῖν.*

*Te autem oportet*
*Oresta, postquam huius terrae fines superaveris,*

*Habitare solum Parrhasium, per circulum anni:*
*Vocabitur autem locus a tuo nomine ab exilio*
*Ut vocetur Azanibus et Arcadibus Oresteum.*

unde apparet eundem esse, de quo paullo post v. *Ὀρεστία*. Vide Salmasium in Exercitationibus ad Solinum pag. 154.

— *Λέγεται καὶ θηλυκὸν Ὀρεστίς*] Thucydides lib. IV. pag.
238 342. *Μαντινῆς δὲ καὶ Τεγεάται, καὶ οἱ ξύμμαχοι ἑκατέρων ξυνέ-*
b *βαλον ἐν Λαοδικείᾳ τῆς Ὀρεστίδος. Mantinaei autem et Tegeatae et utrorumque socii ad Laodiceam, quae est in Orestide confligerunt et victoria anceps extitit.*

— *Καὶ Ὀρεστίας*] *Orestias* regio apud Strabonem lib. VII. pag. 326. Ab hac diversi *Orestiades*, Comani Cappadociae montis incolae, quorum meminit Damascius in vita Isidori apud Photium pag. 1041.

*Ὀρέστη, πόλις. Ἑκαταῖος Εὐρώπης περιηγήσει. Τὸ ἐθνικὸν Ὀρέσται ὁμοίως*] Videtur excidisse *Εὐβοίας* post *πόλις*. Hesychius, *Ὀρέστη, χωρίον Εὐβοίας.*

*Ὀρεστία, πόλις ἐν Ὀρεσταῖς, ἐν Ὄρει ὑπερκειμένῳ τῆς Μακεδονικῆς γῆς, ἐν ᾗ Πτολεμαῖος ὁ Λαγοῦ*] MSS. *τῆς Μακεδονικῆς γῆς, ἐξ ἧς καὶ ἐν ᾗ Πτολεμαῖος ὁ Λαγοῦ.*

— *Γράφουσι, τὴν Ὀρέστειον*] Post hanc vocem procul dubio lacuna est, uti videre est ex iis, quae ex voce *Ὀρνειαὶ* citat Eustathius ad Iliad. *B.* pag. 291. *Ὀρνειαὶ δὲ, ἢ δίχα τοῦ ι Ὀρνεαὶ, τοῦτο γὰρ μάλιστα ἐν κοινῇ χρήσει κεῖται, κώμη ἐστὶν Ἀργείας κατὰ τὸν γεωγράφον. Ἔστι δὲ καὶ ἑτέρα μεταξὺ Κορίνθου καὶ Σικυῶνος. Ταύτην δὲ ὁ τὰ ἐθνικὰ γράψας πόλιν λέγει, οὐ κώμην.*

## *Π.*

*Παλικὴ, πόλις Σικελίας.*

— *Ἱερὸν Παλικῶν, οἵ εἰσι δαίμονές τινες, οὓς Αἰσχύλος ἐν Αἰτναίοις γενεαλογεῖ Διὸς καὶ Θαλείας τῆς Ἡφαίστου*] MSS. *Αἴτναις.* et ita Anonymus in Aeschyli vita, *Αἴτνας.* quod non mutandum esse in *Αἰτναίας*, prout aliquoties apud Hesychium citatur, vel hinc apparet. In catalogo autem Dramatum pariter *Αἰτναῖοι* scribitur. Apud Hesychium v. *Κρείττονας*, numero singulari, *Αἰσχύλος Αἴτνᾳ.* et sic pariter apud Macrobium lib. V. Saturn. cap. 19. apud quem versus ex hac tragoedia occurrunt huc facientes: Aeschyli tragoedia est, quae inscribitur Aetna: in hac cum de Palicis loqueretur, sic ait:

*Τί δῆθεν αὐτοῖς ὄνομα τίθενται βροτοί;*
*Σεμνοὺς Παλίκους Ζεὺς ἐφίεται καλεῖν,*

Ἢ καὶ Παλίκων εὐλόγως μένει φάτις,
Πάλιν γὰρ ἵκουσ' ἐκ σκότους τόδ' ἐς φάος.

— Διὸς καὶ Θαλείας τῆς Ἡφαίστου] Ita Macrobius dicto loco ex Aeschylo et Servius in lib. IX. Aeneid. Virg. v. 585.

— Σιληνὸς δὲ ἐν δευτέρῳ· Αἴτνης τῆς Ὠκεανοῦ καὶ Ἡφαίστου] Labuntur viri docti, qui inducti prava loci huius distinctione *Silenum* duos pluresve libros de Aetna scripsisse putant. Sunt enim hi Sicularum rerum libri, quorum meminit Athenaeus lib. XII. pag. 542. Σιληνὸς δ' ὁ Καλατιανὸς ἐν τρίτῳ Σικελικῶν περὶ Συρακούσας φησὶ κῆπον εἶναι πολυτελῶς κατεσκευασμένον, καλεῖσθαι δὲ μῦθον, ἐν ᾧ χρηματίζειν Ἱέρωνα τὸν βασιλέα. quae verba vertunt: *Silenus Calatianus libro tertio de Siciliae rebus ait, circa Syracusas hortum fuisse magnifice instructum, quem Confabulationem appellabant; in eo Hieronem illos audire solitum, qui de publicis rebus conveniebant.* In quo loco pro Καλατιανὸς scribendum existimo Καλακτῖνος, et *Silenum* hunc *Calacte*, Siciliae urbe, puto fuisse oriundum: de qua vide quae notavimus supra v. Καλὴ ἀκτή. 239 a

— Ἔστι δὲ καὶ κρήνη τις ἐν Παλικοῖς τῆς Σικελίας, ὡς δεκάκλινος· αὕτη δ' ἀναῤῥίπτει ὕδωρ εἰς ὕψος ἓξ πήχεις, ὥστε ὑπὸ τῶν θεωρούντων νομίζειν κατακλυσθήσεσθαι τὸ πεδίον] Locus hic verbotenus descriptus ex Aristotelis libro de Mirabil. Auscult. cap. 61. apud quem ultima verba leguntur: ὥστε ὑπὸ τῶν ἰδόντων νομίζεσθαι κ. τ. π. rectius quam hic. *ut videntibus appareat inundaturus planitiem.*

— Ἔστι δὲ καὶ ὅρκος ἅγιος αὐτόθι· ὅσα γὰρ ὀμνύει τις εἰς πινάκιον γράψας βάλλει αὐτὸ εἰς τὸ ὕδωρ· ἐὰν μὲν οὖν εὐορκῇ, ἐπιπολάζει· ἐὰν δὲ μὴ εὐορκῇ, τὸ μὲν πινάκιον ἀφανίζεται, αὐτὸς δὲ πίμπραται] Etiam haec Aristotelis verba sunt, sed aliquantulum interpolata. Pro βάλλει αὐτὸ videtur scribendum βάλλει αὐτός, sic requirentibus sequentibus et constructione ipsa, tum Polemonis loco apud Macrobium.

— Ὁ πολίτης Παλικινὸς, ὡς τῆς Ἐρύκης, Ἐρυκηνὸς, καὶ τὸ θηλυκὸν Παλυκηνή] Videtur scribendum, Παλικηνὸς, uti apparet ex foeminino Παλικηνή. aut legendum, Ἐρυκῖνος et Παλικίνη. ante enim ex Theophilo iam adduxit Παλικίνην κρήνην. Cluverius tamen lib. II. Sic. Antiq. cap. 9. mavult prius et pro exemplo quoque adducit Ὀμφακηνὸς ab Ὀμφάκη, supra h. v. Polemoni apud Macrobium dicto loco Παλικεινοὶ oppidani vocantur, nisi pro eo rescribendum Παλικηνοί.

Παλαντία, πόλις Ἰβηρίας. Ὁ πολίτης Παλάντιος] Ordo literarum postulat, Παλλαντία et Παλλάντιος per λλ geminum.

Παλάντιον, πόλις Ἀρκαδίας, ἀπὸ Πάλαντος ἑνὸς τῶν

*Λυκάονος παίδων, ὡς Ἡσίοδος*] Puto et hic alterum λ excidisse, scribendumque ut apud Eustathium, *Παλλάντιον*. et, *ἀπὸ Πάλλαντος*. Hanc scripturam Salmasius adstruit in Plinian. Exercit. pag. 13.

— *Τινὲς δὲ Παλαντιάδα καλοῦσιν, ὡς ἐν τῷ περὶ Ἑστιαίας εἴρηται*] Atqui istic nihil tale extat.

*Παλλήνη, πόλις Θρᾴκης, ἀπὸ Παλλήνης τῆς Σίθωνος μὲν θυγατρὸς, Κλείτου δὲ γυναικὸς, ὡς Ἡγήσιππος ἐν τοῖς Παλληνιακοῖς*] Similiter Eustathius ad Homeri Iliad. *B*. pag. 291. *Πελλήνη, πόλις καὶ αὐτὴ Ἀχαΐας. ταύτης ἐθνικὸν, Πελληνεὺς*
259 *καὶ Πελλήνιος. Ἡ μέντοι Παλλήνη διὰ τοῦ α, πόλις ἐστὶ Θρᾴκης.*
b Corrigenda Orphei Argonautica, in quibus v. 464. perperam editur,

*καὶ Ἄθω δενδρώδεα κάμψαν*
*Πελλήνην τ' εὐρεῖαν.*

pro *Παλλήνην*. Apud Suidam v. *Ἀλκυονίδες*, *Παλήνη* dicitur fuisse una filiarum Alcyonis, quae ex Canastraeo promontorio sese in mare praecipitarunt: ubi *Παλλήνη* scribendum existimo. Nomen enim loco, si quis in fabulis coniecturae locus esse debet, ab hac *Pallene* impositum videtur; cum Methone eiusdem orae oppidum ex eius sorore nomen acceperit. Licet enim noster *ἀπὸ τοῦ μέθυ* supra deducat: tamen apud Suidam: *Μεθώνη πόλις, καὶ μία τῶν Ἀλκυονίδων*. ita enim legendum; copulativa in vulgatis Suidae exemplaribus excidit. Caeterum quae *Παλλήνη* hic et apud Suidam dicitur, *Palla* vocatur a Iunio Philargyrio in Virg. lib. IV. Georg. v. 390. *Pallene insula secundum Thermodontem dicta a Palla Sithonis filia, quae nunc Chersonesus vocatur*. Deinde pro *Σίθωνος* apud nostrum scribendum videtur *Σίθρνος* per *o*. Latini enim corripiunt. Ovidius in Epist. Phyllidis ad Demophoontem:

*Nec vehit Actaeas Sithonis unda rates.*

Parthenius tamen in Erotic. cap. VI. scribit per ω. et apud Eustathium ad Dionysium pag. 47. licet corrupta scriptura huic lectioni velificetur. Legitur enim ibi in vulgatis: *Παλλήνη πόλις Θρᾴκης, ἀπὸ Παλλήνης θυγατρὸς Τιθῶνος*. Sed in MS. scribitur, *Σίθωνος*. Tzetzes quoque in Lycophronem v. 1161. *Pallenen Σιθῶνος καὶ Ἀχιρόης* filiam vocat. Vicina item regio *Σιθωνία* dicitur infra hac v. Quae omnia vulgatam Stephani lectionem firmant.

— *Παλλήνη δ' ἐστὶ χερρόνησος, τρίγωνος, τὴν βάσιν ἔχουσα πρὸς μησημβρίαν ἐστραμμένην· ἐκαλεῖτο δὲ Φλέγρα τὸ παλαιὸν, καὶ ᾠκεῖτο ὑπὸ τῶν γιγάντων*] Videtur hic excidisse copulativa *καὶ*, praecessit enim *πόλις*. Certe sic Eustathius d. l. pergit: *Καὶ χερρόνησος δὲ τρίγωνος, ἡ καὶ Φλέγρα λεγομένη. περὶ ἣν Ἡρα-*

πλῆς τοὺς γίγαντας κατεπολέμησεν. Habuit autem haec Chersonesus antiquitus quatuor civitates, Μένδην, Μηκύβερναν, Σκιώνην καὶ Ποτίδαιαν.

— Τὸ ἐθνικὸν, Παλλήνιος] Hinc apud Hesychium: Παλληνία, ἡ Ἀθηνᾶ ἐν Χαλκίτῃ. quae Παλληνὶς vocatur a Lycophrone in Cassandra v. 1261.

Δείμας δὲ σηκὸν Μυνδίᾳ Παλληνίδι.
*Extructa autem aede Myndiae Pallenidi.*

Et ab Euripide a Guilielmo Cantero ad Lycophronis locum adducto. Meminit et Herodotus fani Παλληνίδος Ἀθηναίης lib. I. cap. 62.

— Ἔστι δὲ καὶ δῆμος Ἀττικὸς τῆς Ἀντιοχίδος φυλῆς, οὕτω 240
λεγόμενος Παλλήνη] Haec Παλληνὶς dicitur Polyaeno lib. I. pag. a
28. agens de Stratagematibus Pisistrati: Πεισίστρατος ἀπ' Εὐβοίας ἐστράτευσεν εἰς Ἀττικὴν ἐπὶ Παλληνίδος. *Pisistratus ab Euboea expeditionem fecit in Atticam versus Pallenidem.* Scholiastes Aristophanis Acharn. pag. 383. οἱ Παλληνεῖς δῆμός ἐστι τῆς Ἀττικῆς, ἔνθα Πεισιστράτῳ βουλομένῳ τυραννεῖν καὶ Ἀθηναίοις ἀμυνομένοις αὐτὸν πόλεμος συνέστη. Harpocration: Παλλήνη δῆμος τῆς Ἀντιοχίδος· τὸ δὲ ἐκ τόπου ἐπίρρημα Δείναρχος ἐν τῷ κατὰ Στεφάνου Παλληνηθέν φησιν, ὁ νῦν δημότης Παλληνεύς.

— Ὁ δημότης, Παλληνεύς] Huc pertinet Παλληνὶς Ἀθηναίη Herodoti, de qua paullo ante.

Πάλμυρα, φρούριον Συρίας, οὗ μέμνηται Οὐράνιος ἐν Ἀραβικῶν δευτέρῳ] Procopius in fine lib. II. de Aedific. Iustiniani in Phoenicia ponit iuxta Libanum.

Πάλτος, πόλις Συρίας] Dissita fuit haec urbs millibus passuum viginti a Laodicea teste Cassio apud Ciceronem lib. XII. ep. 13. nam cum dixisset Dolabellam castra habuisse ante oppidum Laudiceam posita, subiicit: *Cassius noster cum decem legionibus et cohortibus viginti auxiliariis et quatuor millium equitatu a millibus passuum viginti castra habet posita Πάλτῳ et existimat se sine praelio posse vincere.*

— Ὁ πολίτης, Παλτηνός] Occurrit hoc gentile in Inscript. Concilii Chalcedon.

Παμβωτάδης, δῆμος Ἀττικὸς Ἐρεχθηΐδος φυλῆς] Ioannes Meursius numero plurium legit: Παμβωτάδαι. et sic solet in caeteris Atticae populis. Harpocration: Παμβωτάδεις, Δημοσθένης ἐν τῷ πρὸς Νικόστρατον. Παμβωτάδαι τῆς Ἐρεχθηΐδος δῆμος. Pro Ἀττικὸς autem in MSS. est, Ἀττικῆς.

Παμφυλία, χώρα προσεχὴς τῇ Ἰσαυρίᾳ, ἀπὸ Παμφύλης τῆς Ῥακίου καὶ Μαντοῦς.

— Ὁ φυλέτης, Πάμφυλος, ἀλλὰ καὶ Παμφύλιος] Eustathius ad Dionysium pag. 111. Ὅτι ὥσπερ Πάμφυλος καὶ Παμφύλιος τὸ ἐθνικὸν καὶ Σύρος, Σύριος, οὕτω καὶ Λυδὸς, Λύδιος. Verum cum in superioribus nullius plane tribus meminerit, attente locum hunc legenti suborietur suspicio male illum ab Epitomatore mutilatum: idque evidenter confirmat Herodotus lib. v. cap. 68. ubi cum ante apud Sicyonios Hyatas, Oneatas et Choreatas, diversos tribules commemorasset, subiicit: τούτοισι τοῖσι οὐνόμασι τῶν φυλέων ἐχρέωντο οἱ Σικυώνιοι καὶ ἐπὶ Κλεισθένεος ἄρχοντος, καὶ ἐκείνου τεθνεῶτος, ἔτι ἐπ' ἔτεα ἑξήκοντα. Μετέπειτα μέν τοι λόγοι σφίσι δόντες, μετέβαλον ἐς τοὺς Ὑλλέας καὶ Παμφύλους καὶ Δυμανάτας. *His tribuum nominibus Sicyonii, et*
240 *Clisthene imperante et eo defuncto ad sexaginta annos usi sunt,*
b *quae postea quum apud se expendissent, in alia transtulerunt, Hylleas, Pamphylos, Dymanates.* Et noster supra: Δυμᾶν, φῦλον Δωριέων· ἦσαν δὲ τρεῖς, Ὑλλεῖς καὶ Πάμφυλοι καὶ Δυμᾶνες, ἐξ Ἡρακλέους.

Παναίουρα, πόλις Ἰνδική, περὶ τὸν Ἴνδον ποταμόν.

— Καὶ ὡς Βαῦρα, Βαυραῖος, Παναίουρα, Παναιουραῖος] Scribe: Βοῦρα, Βουραῖος, ut supra hac voce.

— Καὶ Ἀγουρὰ, Ἀγούριος, Παναιούριος] Repone: Ἄργουρα, Ἀργούριος. Vide supra h. v.

Πάνακρα, ὄρη Κρήτης. Καλλίμαχος· Ἰδαίοις ἐν ὄρεσσιν, ἅτε κλείουσι Πάνακρα] Locus hic extat adhuc apud Callimachum Hymno in Iovem v. 51.

Πάνακτον, φρούριον Ἀττικὸν, ὡς Ἀνδροτίων ἐν τρίτῳ Ἀτθίδος] Suidas: Πάνακτος, πόλις μεταξὺ τῆς Ἀττικῆς καὶ τῆς Βοιωτίας. Θουκυδίδης δὲ καὶ οὐδετέρως καλεῖ τὸ χωρίον. Μένανδρος δὲ ἀρσενικῶς. *Panactus, urbs inter Atticam et Boeotiam. Thucydides vero etiam neutro genere locum hunc effert, sed Menander masculino.*

Πάνδαι, ἔθνος Ἰνδικὸν, κατὰ Διονύσου μετὰ Δηριάδου στρατευσάμενον, καθὰ Διονύσιος] Arrianus Indic. pag. 574. ex Megasthene *Pandaeam* apud Indos regionem sic appellatam scribit a *Pandaea* Herculis filia.

Πανδοσία, φρούριον Βρεττίων.

— Τὸ ἐθνικὸν, Πανδοσηνός] Repone, Πανδοσῖνος.

— Ἔστι καὶ πόλις Θεσπρωτίας] Hesychius: Πανδοσία, πόλις τῆς Ἠπείρου καὶ Ἰταλίας. Haec una fuit ex tribus Cassopeae oppidis, quorum Demosthenes meminit Orat. de Haloneso, Eleorum colonia. Harpocration: Πανδοσία, Φιλιππικοῖς Δημοσθένης, περὶ τῆς ἁλώσεως τῶν ἐν Κασσωπείᾳ πόλεων, ὧν ἐστι καὶ Πανδοσία, similiter Suidas h. v.

*Πανεὰς, πολίχνιον Φοινίκης. Ὁ πολίτης Πανεάτης*] Apud Ptolemaeum lib. v. Geogr. cap. 15. in mediterranneis *Phoeniciae* ponitur, sed mendose scribitur *Καισάρεια Πανίας*. et adhuc peius vertitur *Caesarea Paniae*. Corrigendum autem *Καισάρεια Πανεάς*. Philippus enim Tetrarcha Iosepho teste *Paneadem* in Tiberii Caesaris honorem *Caesaream* appellavit et alio nomine ad distinctionem alterius Caesareae, *Philippi* cognominavit. Eusebius lib. XII. Hist. Eccles. cap. 17. *Ἐπὶ τῆς Φιλίππου Καισαρείας, ἣν Πανεάδα Φοίνικες προσαγορεύουσι, φασὶ παρὰ ταῖς αὐτόθι δεικνυμέναις ἐν ταῖς ὑπωρείαις τοῦ καλουμένου Πανείου ὄρους πηγαῖς, ἐξ ὧν καὶ τὸν Ἰορδάνην προχεῖσθαι. Apud Caesaream Philippi, quam Phoenices Paneada nominant, ad pedes Panei montis fontes visuntur, ex quibus profluit Iordanis.* De eius origine et nomine subinde mutato Philostorgius lib. VII. cap. 3. sic ait: *Ἡ μέν τοιγε Πανεὰς Δὰν ἐπωνομάζετο τὸ παλαίτατον, τὴν προσηγορίαν ἀπὸ τοῦ παιδὸς Ἰακὼβ Δὰν ἐλκυσαμένη τοῦ Φυλάρχου τῶν ταύτῃ οἰκούντων τότε· εἶτα δὲ Καισάρεια ἡ Φιλίππου ἐπεκέκλητο· τῶν δὲ Ἑλληνιστῶν Πανὸς ξόανον αὐτῇ καθιδρυσάντων, εἰς τὴν τῆς Πανεάδος ἐπωνυμίαν μετέβαλεν. Caeterum Paneas antiquitus Dan vocabatur, appellationem a filio Iacobi Dan, Phylarcho eorum, qui eam incolebant, nacta: inde Caesarea Philippi vocata fuit: cum Gentiles vero simulacrum Panis in ea posuissent, in Paneadis nomen transiit.* Vide plura de hac urbe supra v. *Καισάρεια*, ubi haec tertio loco commemoratur, tum apud Salmasium in Exercitat. Plinian. pag. 575. et seq. 241 a

*Πανέλληνες, ὡς Παναχαιοὶ, ἀπὸ μέρους τοῦ παν * τῷ ποιητῇ*] Forte scripsit Stephanus: *ἀπὸ μέρους τοῦ παντὸς λεγομένου τ. π.*

— *Ὡς*

—— *Λέλεγας καὶ Τρῶας ἐναίρων*] Apud Homerum Iliad. Υ. v. 96. legitur hodie:

*Ἔγχεϊ χαλκείῳ Λέλεγας καὶ Τρῶας ἐναίρειν.*

*Πανέλληνες* vero extat apud Poëtam Iliad. B. v. 530. loquentem de Aiace Oilei:

*Ἐγχείῃ δ' ἐκέκαστο Πανέλληνας καὶ Ἀχαιούς.*

ad quem locum Eustathius: *Τὸ Πανέλληνας δὲ, οὐ κατὰ Ζηνόδοτον, ἀλλ' Ὁμηρικῶς ἑρμηνευτέον κατὰ τοὺς παλαιοὺς, λέγοντας τὸ Πανέλληνας καὶ Ἀχαιοὺς; ἀντὶ τοῦ Θεσσαλοὺς καὶ Ἀργείους. ἵνα ἀντιδιαιρῇ τοῖς ὅλοις Ἀργείοις τοὺς ὑπὸ τῷ Ἀχιλλεῖ λεγομένους ἰδίως Ἕλληνας κατά τινα ἐξοχήν.*

*Παφία, ἐπίνειον Κιλικίας περὶ τὸ Ἀλήϊον πεδίον.*

— *Ἔστι δὲ καὶ Πάνιον σπήλαιον Παλαιστίνης, ἀφ' οὗ ἐκρεῖ ὁ ποταμὸς Ἰορδάνης*] Polybius in Excerptis lib. XVI. pag. 77.

τὸ Πάνιον ponit in *Syria Coele* et ad illud Antiochum cum Scopa conflixisse commemorat. Videndum an hic locus idem cum *Paneade*, de qua egimus paullo ante. Vincentius Ricardus in Notis ad Proclum pag. 188. de *Paneade* Polybii locum accipit, apud quem vide multa de *Paneade* congesta. Nec videtur *Paneas* a Gaza, cuius Polybius tamquam *Panio* vicinae meminit, multum fuisse dissita.

*Πανιώνιον, τέμενος καὶ πόλις ἐν τῇ παραλίᾳ τῶν Ἐφεσίων καὶ Σαμίων*] Herodotus lib. I. cap. 148. *Τὸ δὲ Πανιώνιον χῶρος ἱρὸς, πρὸς ἄρκτον τετραμμένος, κοινῇ ἐξαιρημένος ὑπὸ Ἰώνων Ποσειδέωνι Ἑλικωνίῳ. Panionium vero locus est Mycale sacer, ad Septentrionem vergens, communiter ab universis Ionibus Neptuno Heliconio dicatus.*

— *Ὁ πολίτης, Πανιώνιος*, etc. *ὡς Βυζάντιον, Βυζαντηνός*] Corrige ex MSS. *Βυζάντιος.*

*Πανδαταρία, νῆσος ἐν ᾗ ἐξώρισεν Ἀγριππίναν τὴν γυναῖκα Τιβέριος Νέρων. Τὸ ἐθνικὸν, Πανδαταρηνὸς καὶ Πανδατα-*
241 b *ριανός*] MSS. *Πανλατερία* et *Πανλατεριανός*. et ita ordo literarum postulat. Sed deceptus procul dubio auctor confusione literarum *Δ* et *Λ*. Insula enim, quae indigitatur, *Πανδαταρία* vel *Πανταδερία* dicta est. Verum *Agrippina* non fuit uxor *Tiberii*, sed Germanici; nec Tiberius uxorem suam Iuliam insula *Pandateria* sepsit, sed eius pater Augustus ob impudicitiam. Tiberius vero nurum suam, *Agrippinam*, Germanici viduam, in illam relegavit. Unde patet, quanta historiae Romanae ignorantia auctor hic laboraverit.

*Πανόπη, πόλις Φωκίδος· κέκληται δὲ ἀπὸ Πανωτέως τοῦ Φώκου παιδός*] MSS. *Πανοπέως*. atque ita quoque Eustathius ad Iliad. *B*. pag. 274. et Scholiastes vetus Euripidis pag. 120. unde sic hoc loco corrigendum est.

*Πάνορμος, πόλις Σικελίας καὶ λιμὴν, ὡς Πολύβιος, οἱ κατοικοῦντες Πανορμηνοί*] Hunc locum mutilum esse duabus rationibus manifeste colligo: primum, quia *Πανορμηνοὶ* non est Sicula terminatio, sed *Πανορμίτης*, ut mox subiungit; deinde quia sequentia verba, *ὁ δὲ τοῦ ἐν Σικελίᾳ πολίτης*, alterius loci mentionem praecessisse ostendunt. Quoniam autem apud Scholiastem Apollonii Rhodii lib. I. v. 954. *Πάνορμος λιμὴν τῆς Κυζίκου, οὗ ὁμώνυμος πόλις ἐν Σικελίᾳ*, existimo, post verba *ὡς Πολύβιος*, inserendum: *ἔστι καὶ λιμὴν τῆς Κυζίκου*. Nam quemadmodum ex *Κύζικος* fit *Κυζικηνὸς*, ex *Βέσβικος*, *Βεσβικηνός*, sic ex *Πάνορμος*, *Πανορμηνός*. Fuerunt et alii portus hoc nomine ad internum mare, quos in Thesauro recenset Ortelius: in quibus *Panormus* insulae Cephaleniae, commemoratus Pausany-

rio lib. de Antro Musarum ex Artemidoro, cuius meminit hoc antiquum ineditum epigramma Antipatri in Bibliotheca Barberina:

*Φοῖβε Κεφαλλήνων λιμενοσκόπε, θῖνα Πανόρμου*
*Ναίων τρηχείης ἀντιπέρην Ἰθάκης.*
*Δός με δι' εὐπλώτοιο πρὸς Ἀσίδα κύματος ἐλθεῖν*
*Πείσωνος δολιχῇ νηῖ συνεσπόμενον.*
*Καὶ τὸν ἐμὸν βασιλῆα τὸν ἄλκιμον, εὐμὲν ἐκείνῳ*
*Ἴλαον εὐδ' ὕμνοις ἄρτισον ἡμετέροις.*

Polybius autem *Panormi Siciliae* meminit lib. I. pag. 39.

— *Ὁ δὲ τοῦ ἐν Σικελίᾳ πολίτης, Πανορμίτης*] In nummo Augusti apud Franc. Gotifredum legitur: PANHORMITANORUM. Ligorius in nummo Commodi legit: COL. COMMODIANA. AVG. PANORM.

— *Τὸ θηλυκὸν, Πανορμίτης*] Rescribe cum MSS. *Πανορμῖτις*. Polybius lib. I. pag. 41. *τῆς Πανορμίτιδος χώρας* mentionem facit, quam mox *Πανορμῖτιν* vocat.

*Πάνος, κώμη περὶ τὴν ἐρυθρὰν θάλασσαν, ἥτις καὶ Πανὼν λέγεται. Τὸ ἐθνικὸν Πανοκώμίτης*] Forte pro *Πανὼν* legendum *Πανώ*. ut *Ἡρώ, Κυνώ, Λυκώ*. Ptolemaeo lib. IV. Geogr. cap. 5. *Πανόπολις*. Antonino in Itinerario *Pano* pro *Panopolis*. 242 a

*Πανὸς, πόλις Αἰγύπτου*] MS. *Αἰγυπτία*.

— *Ἐπαίρει τε μάστιγας τῇ δεξιᾷ σελήνῃ, ἧς εἴδωλόν φασι εἶναι τὸν Πᾶνα*] MSS. *σελήνην*.

*Παντικάπαιον, πόλις μεγίστη, τῶν κατὰ Βόσπορον μητρόπολις*] Eustathius ad Dionysium pag. 45. *Ἀπὸ δὲ Παντικάπου τοῦ ποταμοῦ καὶ τὸ ἐκεῖ ὀνομάζεται Παντικάπαιον, πόλις μεγάλη, κτίσμα παιδὸς Αἰήτου, λόφος κύκλῳ περιοικούμενος, σταδίων εἴκοσι, μητρόπολις τῶν ἐκεῖ Βοσπορανῶν.*

— *Ὠικίσθη δὲ παρὰ Αἰήτου παιδὸς, λαβόντος τὸν τόπον παρὰ Ἀγαήτου τοῦ Σκυθῶν βασιλέως*] Cl. Salmasius legit: *Ὠικίσθη δὲ ὑπὸ Παρυσάδου*. Verum hanc emendationem neutiquam probare possum, nec satis scio unde eam hauserit. Strabo lib. VII. pag. 310. Milesiorum facit coloniam, diuque dicit fuisse sub monarchia Dynastarum, Leuconis, Sagauri et *Parysadae*: sed nusquam legi *Parysaden* urbis huius fuisse conditorem. Meminit quidem Strabo adhuc alius *Parysadae*, unde Dynastarum imperium primum coepit, qui pro Deo cultus fuerit, sed neque hunc conditorem facit: *Ἐκαλοῦντο δὲ τύραννοι, καίπερ οἱ πλείους ἐπιεικεῖς γεγονότες, ἀρξάμενοι ἀπὸ Παρισάδου καὶ Λεύκωνος. Παρισάδης δὲ καὶ θεὸς νενόμισται. Appellabantur autem tyranni, quamquam plerique iuste imperabant. Primi fuerunt Parisades et Leuco: ex quibus Parisades pro Deo consecratus est.* Unde non dubito, quin vulgata lectio hoc loco vera sit, praecipue cum Eustathius iam

olim sic legerit, uti patet ex verbis paullo ante ex illo adductis.

— *Καὶ καλέσαντος τὴν πόλιν ἀπὸ τοῦ παραῤῥέοντος ποταμοῦ Παντικάπου*] *Panticapen* fluvium praeterfluxisse urbem *Panticapaeum* proprie dici non potest. *Panticapaeum* enim ad Bosporum Cimmerium situm fuit, *Panticapes* Borystheni immiscetur circa eius finem; ergo non nisi longissimo praeterlabitur urbem hanc intervallo. Herodotus lib. IV. cap. 54. *Μετὰ δὲ τούτους πεμπτὸς ποταμὸς ἄλλος, τῷ οὔνομα Παντικάπης. Ῥέει μὲν γὰρ οὗτος ἀπὸ βορέω τε καὶ ἐκ λίμνης, καὶ τὸ μεταξὺ τούτου τε καὶ Βορυσθένεος νέμονται οἱ γεωργοὶ Σκύθαι· ἐκδιδοῖ δὲ ἐς τὴν Ὑλαίην. Παραμειψάμενος δὲ ταύτην τῷ Βορυσθένεϊ συμμίσγεται. Post hos alius qui quintus est, nomine Panticapes et ipse ab aquilone fluens atque e palude: inter quem et Borysthenem incolunt Scythae agricolae. Idem in Hylaeam ingreditur, qua transmissa Borysthenis immiscetur.* In uno autem ex MSS. legitur hic *Παντικάπα*. per-
242 peram. Nam et Herodotus et Dionysius et Eustathius *Παντικάπης*,
b *Παντικάπου*.

— *Καὶ Παντικαπιάτης*] MSS. *Παντικαπαιάτης*.

— *Ἔστι καὶ Παντικαπαιεύς*] MSS. hic augent: *ὡς ἀπὸ τοῦ Παντικάπου*. Lego autem: *Ἔστι δὲ Παντικαπεὺς ὡς ἀπὸ Παντικάπου*.

— *Τὸ δὲ Παντικαπιάτης κεῖται παρὰ Εὐστοχίῳ*] MSS. *Παντικάπη*. recte.

*Παντομάτριον, πόλις Κρήτης.*

— *Ὡς Βουπράσιος, Βουπρασιεὺς*] Scribe, *Βουπράσιον, Βουπρασιεύς*. ut supra hac voce.

— *Καὶ Δολίχιον, Δολιχιεὺς*] Repone, *Δουλίχιον, Δουλιχιεύς*. ut supra h. v. et infra v. *Πευκέτιον*.

*Παπριμὶς, πόλις Αἰγύπτου. Ὁ πολίτης, Παπριμίτης*] Apud Herodotum lib. II. cap. 59. scribitur *Πάπρημις*. cap 71. et 165. *Παπρημίτης*.

*Πάραισος, περὶ ἧς Ἡρωδιανὸς ἐν ὀγδόῳ. Τὸ μέν τοι Πάραισος ὀξύνεται. Ἐγένετο δὲ ὁ Πάραισος Μίνῳ συγγενής, ἀφ' ἣ πόλις ἡ Πάραισος ὁμοτόνως τῷ οἰκιστῇ*] Non dicit quo terrarum loco urbs haec sita fuerit. Verum infra v. *Στῆλαι*, patet Cretae oppidum fuisse, situs etiam ostenditur prope scilicet *Stelas* et *Rhithymniam*. Unde existimo idem plane esse oppidum, quod *Πραῖσος* et *Πρίαισος* infra dicitur.

*Παραίτακα, πόλις Μηδική. Τὸ ἐθνικὸν Παραιτακηνοί*] Apud Arrianum lib. IV. mendose editur *Παράτακα*. et paullo post *Παρατακηνοί*.

Παραιτόνιον, πόλις πλησίον Ἀλεξανδρείας ἣν Ἀμμωνίαν καλοῦσι] Hausta haec e Strabone, apud quem lib. XVII. pag. 799. Ἀπὸ μὲν οὖν Καταβαθμοῦ εἰς Παραιτώνιον εὐθυπλοοῦντι, σταδίων ἐστὶν ἐννακοσίων ὁ δρόμος· πόλις δ' ἐστὶ καὶ λιμὴν μέγας τετταράκοντά που σταδίων· καλοῦσι δ' οἱ μὲν Παραιτώνιον τὴν πόλιν, οἱ δ' Ἀμμωνίαν. *A Catabathmo Paraetonium usque recta navigatione cursus est stadiorum nongentorum. Paraetonium civitas est et portus magnus* XL. *fere stadiorum. Hanc alii Paraetonium, alii Ammoniam vocant.* Vide Scaligeri Animadv. in Eusebii Chronicon pag. 126. et Bocharti Phaleg lib. I. cap. 1.

Πάραλος, ἐν Θετταλίᾳ πόλις τῶν Μηλιέων.

— Ἔστι δὲ καὶ Παραλία τῆς Ἀττικῆς. οἱ οἰκήτορες λέγονται καὶ Παράλιοι] MS. uterque Πάραλοι. Forte scriptum a Stephano: καὶ Παράλιοι καὶ Πάραλοι. Posteriore enim modo effert Herodotus lib. I. cap. 59. ubi agens de Pisistrati tyrannide docet civitatem Atheniensium divisam fuisse in tres factiones vel tria genera civium, τῶν Παράλων, τῶν ἐκ τοῦ Πεδίου, καὶ τῶν Ὑπερακρίων, et similiter Plutarchus in Amator. pag. 763. Ἦσαν ποτὲ τρεῖς στάσεις Ἀθήνησιν, Παράλων, Ἐπάκρων, Πεδιέων, χαλεπῶς ἔχουσαι καὶ διαφερόμεναι πρὸς ἀλλήλας· ἐπεὶ δὲ πάντες ἐν ταυτῷ γε- 243
νόμενοι καὶ τὰς ψήφους λαβόντες ἤνεγκαν πάσας Σόλωνι, καὶ τοῦτον εἵλοντο κοινῇ διαλλάκτην καὶ ἄρχοντα καὶ νομοθέτην ὃς ἔδοξε τῆς ἀρετῆς ἔχειν ἀδηρίτως τὸ πρωτεῖον. *Fuerunt olim Athenis tres factiones, Paralorum, Epacriorum, Pedieorum, inter se discordes et animis abalienatis: quae tamen in unum coëuntes communibus suffragiis Solonem compositorem, arbitrum et legum latorem delegerunt, qui citra controversiam omnibus aliis virtute videbatur anteire.* Rursus Dionysius Halicarnassensis Παραλίους vocat, lib. I. pag. 11. et alteram partem Ὑπερακρίους, ut Herodotus, quae supra ab auctore, ab Hesychio etiam et Etymologo Διάκρια dicitur. Vide supra v. Διάκρια.

Παραποταμία, πόλις Φωκίδος· ὁ πολίτης Παραποτάμιος] Meminit huius urbis Herodotus lib. VIII. cap. 34 ubi enumerat arces Phocensis agri a Persis incensas, Δρύμον, Χαράδρην, Ἔρωχον, Τεθρώνιον, Ἀμφίκαιαν, Νέωνα, Πεδιέας, Τριτέας, Ἐλάτειαν, Τάμπολιν, Παραποταμίους, καὶ Ἄβας. Plutarchus situm eius ostendit in Sulla pag. 462. Εἰ δὲ ὄντως ἔχουσιν ἀγωνιστῶς, ἐκέλευσεν ἤδη μετὰ τῶν ὅπλων ἐλθεῖν ἐκεῖσε· δείξας αὐτοῖς τὴν πρότερον μὲν γενομένην ἀπρόπολιν τῶν Παραποταμίων, τότε δὲ ἀνηρημένης τῆς πόλεως, λόφος ἐλείπετο πετρώδης καὶ περίκρημνος τοῦ Ἠδυλίου διωρισμένος ὅρους ὅσον Ἄσσος ἐπέχει φέων, εἶτα συμπίπτων ὑπὸ τὴν ῥίζαν αὐτὴν τῷ Κηφισῷ καὶ συνεκτραχυνόμενος, ὀχυρὰν ἐκστρατοπεδεῦσαι τὴν ἄκραν ποιεῖ. *Quod*

*si revera pugnandi tenerentur desiderio* (Sulla respondit militibus) *iussit ut extemplo armati illuc pergerent: ostendens illis locum ubi arx quondam Parapotamiorum fuerat, tunc vero exciso oppido collis restabat saxosus et abruptus, ab Edylio monte tanto diremptus spatio quantum Assus fluvius occupat, qui deinde admistus sub ipsam radicem Cephiso, redditusque cum eo torrentior munitum efficit castris ponendis cacumen.* Quem locum ideo adscripsi, quoniam corrupto Strabonis loco, qui legitur lib. IX. pag. 424. lucem afferre potest. *Τὰ δὲ στενὰ τὰ περὶ τοὺς Παραποταμίους ἢ τὴν Παραποταμίαν, λέγεται γὰρ ἀμφοτέρως, περιμάχητα ὑπῆρξαν ἐν . . . . μίαν ἐχόντων ταύτην εἰσβολήν. Angustiae vero apud Parapotamios vel Parapotamiam regionem, utroque enim modo dicitur; contentionibus materiam praebuerunt, cum in . . . . unus hic pateret ingressus. Παραποτάμιοι* autem quoniam *Cephissum* Phocidis accolebant, alio nomine *Ἐπικηφίσσιοι* appellabantur Eustathio teste ad Homeri Iliad. *B.* pag. 275. *Οἱ δὲ παρὰ τὸν Κηφισσὸν ποταμὸν, Ἐπικηφίσσιοι λέγονται· ὑπὸ δέ τινων Παραποτάμιοι.* Polybius lib. v. pag. 412. partem Syriae Euphrati proximam vocat *Παραποταμίαν.*

*Παραυαῖοι, ἔθνος Θεσπρωτικόν*] Infra v. *Χασνία*, corrupte legitur *Ταραύλιοι*. Apud Arrianum lib. I. de Exped. Alex.
243 b pag. 8. perperam item editur *Παρυαίας*, pro *Παραυαίας*, de regione. Vocabantur autem *Aenianes Παραυαῖοι*, Plutarcho teste in Quaest. Graec. pag. 293. cuius verba pariter medicina indigent: *Πλείονες γεγόνασιν Αἰνειάνων μεταναστάσεις. πρῶτον μὲν γὰρ οἰκοῦντες περὶ τὸ Δώτιον πεδίον, ἐξέπεσον ὑπὸ Λαπιθῶν εἰς Αἴθικας· ἐκεῖθεν τῆς Μολοσσίας τὴν περὶ τὸν Ἀραούαν χώραν κατέσχον· ὅθεν ὠνομάσθησαν Παραοῦαι.* corrige: *περὶ τὸν Αὔον χ. κ. ο. ω. Παραυαῖοι. saepius migraverunt Aeneanes. Principio enim cum habitarent circa Dotium campum, inde a Lapithis ad Aethicas fuerunt expulsi. Post Molossiae regionem, quae est circa Auum occuparunt: inde iis nomen Parauaei factum fuit.*

— *Ῥιανὸς ἐν τετάρτῳ Θεσσαλικῶν·*

*Σὺν δὲ Παραυαίοις, καὶ ἀμύμονας Ὀμφαλιῆας*] MSS. *Ἀμφαλιῆας.*

*Πάρεμφις, πόλις Αἰγύπτου*] MSS. PP. *Παρέμμυφις.*

— *Ὁ πολίτης, Παρεμφίτης*] Occurrit in nummo Caii apud Occonem pag. 106. *ΠΑΡΕΜΦΙΤΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ.*

*Παρθένιον, πόλις Εὐβοίας. Ἔστι δὲ καὶ Θράκης*] Fuit etiam hoc nomine mons in *Arcadia* testibus Scholiastis, Callimachi pag. 28. Pindari pag. 56. Aeliano item lib. XIII. V. H. cap. I. ubi Atalantam in *Parthenio Arcadiae* monte a patre expositam narrat. Denique Ptolemaeo Hephaestionis apud Photium Cod. CXC. pag. 489. *Καὶ ὡς κυνηγοῦσαν Ἑλένην ἔνιοί φασιν ἐν*

τῷ Παρθενίῳ ὄρει ἁρπασθῆναι ὑπ' Ἀλεξάνδρου, καὶ ἐκπλαγεῖσαν τὸ κάλλος, ἀκολουθῆσαι ὡς θεῷ. Quae verba minus bene vertit Andreas Schottus: *Helenam quosdam referre ait venantem in virginali monte raptam a Paride et huius pulchritudine captam tamquam Deum esse secutam.*

Παρθένιος, ποταμὸς ἐν μέσῳ τῆς Ἀμαστριανῶν πόλεως ῥέων. Ἐκλήθη δ' ἐκ τοῦ συνεχῶς περὶ αὐτὸν τὴν παρθένον Ἄρτεμιν κυνηγετεῖν. ἢ διὰ τὸ ἠρεμαῖον καὶ παρθενῶδες τοῦ ῥεύματος] Scholiastes Apollonii lib. II. v. 938. Παρθένιος ποταμὸς Παφλαγονίας. Ἐκβάλλει δὲ τὰ ῥεύματα περὶ πόλιν Σήσαμον. τὸ δὲ ὕδωρ αὐτοῦ ἐν πᾶσι παρέρχεται. Παρθένιον δέ φησιν αὐτὸν ὠνομάσθαι Καλλισθένης, διὰ τὸ τὴν Ἄρτεμιν ἐν αὐτῷ λούεσθαι. ἔνιοι δὲ διὰ τὸ στάσιμον τοῦ ῥεύματος καὶ ἤρεμόν φασιν οὕτω προσαγορεύεσθαι. et lib. III. v. 875.

— Ὡς ἀκαλὰ ῥοῤῥέων] Hinc apud Hesychium: Ἀκαλαῤῥείταδ, ἀκυμάντου, πράως ῥέοντος. et Orpheum in Argon. v. 1056. ἀκαλαῤῥείτης τε σαράγγης.

— Ὅτι ἐν αὐτῷ ἔπεσεν ἡ παρθένος Παλαιτῖνος βασιλέως θυγάτηρ] MSS. τινὲς ὅτι ἐν αὐτῷ etc. In voce autem corrupta Παλαιτῖνος videtur regis aut puellae nomen delitescere. Apud Scholiasten Apollonii lib. II. v. 140. Φινέως παῖδες ἐκ μὲν Κλεο- 244
πάτρας, Παρθένιος καὶ Κάραμβις (nam sic scribendum, non a
Κράμβις) dicuntur: unde quis suspicari posset in postrema parte vocis pro τινος scribendum Φίνεως. Salmasius quam minima mutatione legit: πάλαι τινὸς β. θ.

— Ἔστι καὶ ἀκρωτήριον πλησίον Ἡρακλείας, οὗ μέμνηται Ἀρτεμίδωρος ἐν ἕκτῳ γεωγραφουμένων] Nicander in Theriac. pag. 44.

Ἀνέρες, οἳ Τμώλοιο παραὶ Γύγαό τε σῆμα
Παρθένιον ναίουσι λέπας.

ubi Scholiastes: Καὶ τὸ Παρθένιον δὲ λέπας, ἀκρωτήριον τῆς Λυδίας οὕτω καλούμενον. Lydiae autem hoc *promontorium* videtur idem cum eo cuius meminit *Artemidorus, prope Heracleam.* Supra enim v. Ἡρακλεία tertio loco recensetur *Heraclea Lydiae,* decimo *in Tauro Lydiae.*

Παρθενόπη, πόλις ἐν Ὀπικοῖς τῆς Ἰταλίας, κτίσμα Ῥοδίων] Strabo lib. XIV. pag. 654. scribit *Rhodios* condidisse, ἐν τοῖς Ὀπικοῖς τὴν Παρθενόπην. Sed lib. V. pag. 246. Μετὰ δὲ Δικαιαρχίαν ἐστὶ Νεάπολις Κυμαίων· ὕστερον δὲ καὶ Χαλκιδεῖς ἐπῴκησαν καὶ Πιθηκουσαίων τινὲς καὶ Ἀθηναίων, ὥστε καὶ Νεάπολις ἐκλήθη διὰ τοῦτο. *Post Dicaearchiam est Neapolis Cumanorum: postea et Chalcidensium nonnulli et Pithecusaeorum et Atheniensium immigrarunt, unde urbi hoc nomen factum.*

— Ὁ πολίτης Παρθενοπαῖος, ὁμωνύμως τῷ κυρίῳ] *Parthenopaeus* Atalantae filius, Argivorum dux, de quo Euripides in Phoenissis v. 152.

Ὅδ' ἔστι Παρθενοπαῖος, Ἀταλάντης γόνος.
*Hic est Parthenopaeus, Atalantae filius.*

Παρθενόπολις, Μακεδονίας πόλις, ἀπὸ τῶν θυγατέρων Γεραιστοῦ τοῦ Μύγδονος παιδός] MSS. habent, Γράστου. et supra v. Γεραιστός, Iovis filius dicitur Γέραστος, unde apparet diversos intelligi.

Παρθένου ἱερὸν, τόπος καὶ ἄκρα, πρὸ τῆς Χερρονήσου πόλεως Βοσπόρου, ὡς Στράβων. ἔστι δὲ δαίμονός τινος ἐπώνυμον καὶ ἄκρα καὶ νεὼς, καὶ τὸ ξόανον ἔχον σταδίους ἑκατόν] Posteriora haec verba *Strabonis* sunt, sed misere luxata, mutilata atque transposita. Apud illum enim lib. VII. pag. 308. legitur: Ἐν ᾗ τὸ τῆς Παρθένου ἱερὸν, δαίμονός τινος, ἧς ἐπώνυμος καὶ ἡ ἄκρα ἡ πρὸ τῆς πόλεως ἐστὶν ἐν σταδίοις ἑκατὸν, καλούμενον Παρθένιον, ἔχον νεὼν τῆς δαίμονος καὶ ξόανον. *In ea* (urbe Cherroneso) *templum est Virginis, daemonis cuiusdam, a qua nomen etiam habet promontorium quod ante urbem est ad centum stadia, et Parthenium dicitur, fanum eius genii habens et simulacrum.* Mela lib. II. cap. 1. *In Euxinum mare* (vergentia tenent) *Taurici: super eos sinus portuosus et ideo* Καλὸς λιμὴν *appellatus, promontoriis duobus includitur. Alterum* Κριοῦ μέτωπον *vocant, Carambico quod in Asia diximus par et adversum:*
244 *Parthenion alterum. Oppidum adiacet Cherronesus, a Diana, ni*
b *creditur, conditum, et Nymphaeo specu, quod in arce ei sacratum est, maxime illustre.* MSS. autem Stephani non multo vulgatis saniores sunt: habent enim, καὶ ἄκρα καὶ ὁ νέως, καὶ τὸ ξόανον Παρθένιον ἔχον στ. ε.

Πάρθος, πόλις Ἰλλυρική. Ἀπολλόδωρος ἐν Χρονικοῖς. Λέγεται δὲ καὶ ἀρσενικῶς, ὡς Πολύβιος. Τὸ ἐθνικὸν, Παρθηνός] Apud Appianum in princ. Illyricorum, inter filias Illyrii, Cyclopis filii, recensetur Παρθώ, et ab hac conditi dicuntur Παρθηνοί. et infra apud nostrum: Σάρδος, ὡς Πάρθος, πόλις Ἰλλυρίας. Οἱ πολῖται Σαρδηνοί. Unde haec vera videtur huius gentilitii scriptura. Supra tamen scribitur Παρθίνη, pro regione, v. Βρυσάκιον, et apud Strabonem lib. VII. pag. 326. Παρθίνοι. item in Fastis Capitolinis: C. ASINIUS. CN. F. POLLIO. PRO. COS. EX. PARTHINEIS. AN. DCCXIV. VII. K. NOVEM. Nam triumphus iste Asinii ad hanc gentem pertinere videtur. et Mela lib. II. cap. 3.

Παρθυαῖοι, ἔθνος πάλαι μὲν Σκυθικὸν, ὕστερον δὲ φυγὸν, ἢ μετοικίσαν ἐπὶ Μήδου] Scribendum procul dubio ἐπὶ Μή-

δους. Salmasius etiam disiunctivam particulam ἢ, mutabat in copulativam καί. Eustathius ad Dionysium pag. 130. ἐπὶ Μηδίους.

— Λέγονται δὲ καὶ Πάρθοι, καὶ Πάρθιοι, καὶ Παρθυαῖοι] Primum et ultimum nota sunt, Πάρθιοι vocantur ab Anacreonte Carm. LV.

Καὶ Παρθίους τις ἄνδρας
Ἐγνώρισεν τιάραις.
Et Parthios quis viros
Novit de tiaris.

— Καὶ Παρθυαία ἡ χώρα, καὶ Παρθυύνη] Παρθυήνη. Sic Isidorus Characenus.

— Καὶ Παρθυηνὸς] Salmasius scribit: Καὶ Παρθυηνικός. Hinc Quadrati libri Παρθυηνικῶν. ita enim semper MSS. pro Παρθικῶν, quod in vulgatis legitur.

Παρικάνη, πόλις Περσική. Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ.

— Τὸ ἐθνικὸν, Παρικάνιοι λέγονται] Apud Herodotum lib. III. cap. 94. et lib. VII. cap. 68. nominantur Παρικάνιοι.

— Καὶ Παρικανοί] Pomponius Mela lib. I. cap. 2. *Interiora terrarum multae variaeque gentes habitant, Candari et Paricani, Bactri et Sogdiani* etc. quamvis MS. *Pariani* habeat.

Πάριον, πόλις ἐν Ἑλλησπόντῳ κληθεῖσα ἀπὸ Παρίου τοῦ Ἰασίωνος] Eustathius ad Homeri Odyss. E. pag. 152. Ὁ δὲ Ἀρριανὸς ἱστορεῖ καὶ ὅτι Ἰασίων, ἀδελφὸς Ἀετίωνος καὶ Δαρδάνου πρόγονος Πριάμου, ἐκ Δήμητρος καὶ κόρης κάτοχος γενόμενος, εἴς τε Σικελίαν ἦλθε, καὶ ἐπὶ πόλλην ἄλλην γῆν ἐπλανήθη τὰ ἐκείνης ὄργια δεικνύων. διὸ λόγον ἔσχεν, ὡς Δημήτηρ αὐτῷ μίσγεται. Τούτου φησὶν υἱὸς, Πάριος· ᾧ ἐπώνυμον τὸ ἐν Ἑλλησπόντῳ Πάριον ὡς οἰκιστῇ. Apud Pyrrhum Ligorium extat nummus, in cuius una area Phryxus ariete Hellespontum traiiciens visitur, in altera caput cuiusdam iuvenis, cum his literis, quas ego ad *Parium* pertinere existimo potius, quam ad *Phasin*, ut Ligorius opinatur. 245 a

— Τὸ ἐθνικὸν, Πάριος] Apud Priscianum lib. X. Varronis verba, ex lib. I. Rer. Human. ex hoc gentili lucem accipiunt: *Ut habent Parii, qui vocantur Ophiogenes, et in Africa Psylli: quorum Ophiogenes, cum arbitrantur suppositum esse aliquem in stirpe, ei admovent, ut pungat, colubrum: cum pupugerit, si de genere sit, vivere: si non sit, mori.* Nam *Parii*, non est opus ut secundi casus statuamus, pro, in urbe *Pario*, uti facit Salmasius in Exercit. Plinian. pag. 348. cum ex Πάριον (cuius certo generi, hoc quod Varro, etiam tribuit Strabo) fiat Πάριος et Παριανός. Strabonis in hanc rem verba adducere operae pretium

ex lib. XIII. pag. 588. *Ἔστι δὲ καὶ τὸ Πάριον πόλις ἐπὶ θαλάττῃ, λιμένα ἔχουσα μείζω τῆς Πριάπου· καὶ ἠυξημένη γε ἐκ ταύτης· θεραπεύοντες γὰρ οἱ Παριανοὶ τοὺς Ἀτταλικοὺς, ὑφ' οἷς ἐτέτακτο ἡ Πριαπηνὴ, πολλὴν αὐτῆς ἀπετέμοντο ἐπιτρεπόντων ἐκείνων. Ἐνταῦθα μυθεύουσι τοὺς Ὀφιογενεῖς συγγένειάν τινα ἔχειν πρὸς τοὺς ὄφεις· φασὶ δ' αὐτῶν τοὺς ἄῤῥενας τοῖς ἐχιοδήκτοις ἄκος εἶναι, συνεχῶς ἐφαπτομένους ὥσπερ τοὺς ἐπῳδοὺς, πρῶτον μὲν τὸ πελίωμα εἰς ἑαυτοὺς μεταφέροντας, εἶτα καὶ φλεγμονὴν παύοντας καὶ τὸν πόνον. Parium quoque urbs est ad mare, portum habens quam Priapus maiorem: et quidem rebus Priapenis aucta est. Nam Pariani Attalicis regibus operam suam navantes, quibus suberat Priapene, illorum permissu multa huius ad se traxerunt. Hi locorum fabulantur Ophiogenes esse, qui cum serpentibus quandam habeant cognationem: nam mares eorum medicari aiunt iis, qui a vipera morsi sunt, continenter tangendo tamquam incantatores solere, ac primum in se transferre livorem deinde inflammationem etiam doloremque sedare.*

— *Ὁ πολίτης, Παριανός*] Supra v. *Ἄβαρνος* occurrit *Παριανή*. Apud Herodotum lib. IV. cap. 128. *Παριηνός*. non solum Ionice, sed forma loci.

*Πάρμη, πόλις Ἰταλίας. Τὸ ἐθνικὸν, Παρμαῖος, ἢ Παρμανὸς, ὡς Ἀλξανός*] Ultima vox in mendo cubat unius literae perperam exaratae culpa: legendum enim *Ἀλβανός*. Vide supra v. *Ἄβαι*.

*Παρνασσὸς, ὄρος Δελφῶν.*

— *Λέγεται καὶ Παρνασσὶς, παρὰ τὸ Παρνασσὸς, ὡς τοῦ Τεύμισσος, Τεύμισσις*] Scribe: *Τευμησσὸς, Τευμησσίς*. ut infra h. v.

— *Ὡς Ἀλέξανδρός φησιν ἐν πρώτῳ περὶ τὸ ἐν Δελφοῖς χρηστήριον*] MSS. *τοῦ ἐν Δελφοῖς χρηστηρίου*. optime.

245 b *Πάρνης, Πάρνηθος, τὸ ὄρος τῆς Ἀττικῆς. τοῦτο καὶ ἀρσενικῶς λέγεται*] Apud Hesychium confunditur *Parnassus* cum *Parnetho*. et *Πάρνηθος* etiam dicitur *Πάρνησος*.

— *Ἐμφανὴς ἐν Πυραυνῷ*] Cl. Salmasius legit, *Εὐφανὴς*, qui citatur *ἐν Μούσαις* apud Athenaeum lib. VIII. pag. 343. Quemadmodum autem hic adducitur *Euphanis Πυραυνῷ*, sic apud Athenaeum lib. VI. pag. 258. legitur *Ἀλεξις ἐν Πυραύνῳ*. *Alexis in Furno*. *Πυραύνους* inter *μαγειρικὰ σκεύη* recenset Pollux lib. VI. cap. 13.

— *Ἐς κόρακας ἥξω, φέρων δεῦρο τὸν Πάρνηθ' ὅλον*] Scribe, *φέρων τε δεῦρο τ. Π. ὁ.* ut versus constet.

— *Καὶ θηλυκῶς παρὰ Ἀριστοφάνει ἐν Νεφέλαις*] Item apud Plutarchum de Genio Socratis pag. 581. *παρὰ τὴν Πάρνηθα*.

— *Καὶ ἀπὸ τῆς Πάρνηθος γενικῆς τὸ θηλυκὸν, Παρνήθιος*] Lege: *Παρνηθίς*. *Πάρνηθος* autem non modo est genitivus a *Πάρνης*, sed et rectus casus, ut constat non modo ex Hesychio, sed et Etymologo vv. *Ἐπάκριος Ζεύς*. et *Ἐπὶ Λειψυδρία*.

*Παροπάμισσος, πόλεως ὄρος Ἰνδικῆς, ἀφ' οὗ Παροπαμισσαδαῖοι παροικοῦντες*] Scribe: *ἀφ' οὗ Παροπαμισσάδαι οἱ π.* et ita quoque Salmasius. Caeterum apud Arrianum scribitur uno σ, *Παροπάμισος*.

*Πάρος, νῆσος, ἣν καὶ πόλιν Ἀρχίλοχος αὐτὴν καλεῖ ἐν τοῖς Ἐπῳδοῖς*] *Archilochus* in Lycambae filias *epodas* scripsit, quasi *Paron* patriam dedecorassent. De quibus vetus Epigramma Dioscoridis extat lib. III. Anthol. cap. 12. quo Lycambides contra *Archilochi* calumnias se tuentur. Est autem sequens:

*Οὐ μὰ τόδε φθιμένων σέβας ὅρκιον, αἵδε Λυκάμβεω*
*Αἱ λάχομεν στυγερὴν κληδόνα θυγατέρες,*
*Οὔτέ τι παρθενίην ἠσχύναμεν, οὔτε τοκῆας,*
*Οὔτε Πάρον, νήσων αἰπυτάτην ἱερῶν,*
*Ἀλλὰ καθ' ἡμετέρης γενεῆς ῥίγηλὸν ὄνειδος*
*Φήμην τε στυγερὴν ἔφλυσεν Ἀρχίλοχος.*
*Certe per mortuorum iusiurandum, hae Lycambae,*
*Quae nactae sumus gravem famam, filiae,*
*Neque virginitatem dedecoravimus, neque parentes,*
*Neque Paron, insularum sublimissimam sanctarum.*
*Sed contra nostram domum tremendum probrum*
*Famamque horrendam evomuit Archilochus.*

— *Τοὔνομα μὲν λέγεται ὑπὸ Πάρου, τοῦ Παρασίου, ἀνδρὸς Ἀρκάδος, ἔχειν, ὡς Καλλίμαχος*] Similiter Heraclides de Politiis: *Πάρον τὴν νῆσον ᾤκισε Πάρος, Ἀρκαδίας λάον ἄγων. In Parum insulam coloniam deduxit Parus, adducto populo ex Arcadia.*

— *Νικάνωρ δὲ ἐν μετονομασίαις κεκλῆσθαί φησιν αὐτὴν Παικτίαν*] Salmasius legit: *Ἐπακτίαν*, quasi *littoralem*. 246 a

— *Καὶ Καβαρνὶν ἀπὸ Καβάρνου τοῦ μηνύσαντος τὴν ἁρπαγὴν τῇ Δήμητρι τῆς θυγατρός*] Videtur legendum, *ἀπὸ Καθάρνου* etc. quod si verum, et *Καθαρνὶν* rescribendum: certe Hesychio *Κάθαρνοι, ἱερεῖς Δήμητρος* dicuntur.

— *Ὁ πολίτης, Πάριος, εἰκῇ τοίνυν τὸ ἐθνικὸν τῆς Πάρου ὁ τεχνικὸς Ἀπολλώνιος Παριανὸς εἴρηκεν, ἐν τῷ περὶ Παρωνύμων*] Ioannes Meursius ex oscitanti loci huius lectione *Apollonium Parianum* finxit nobis auctorem. Sed intelligitur *Apollonius Dyscolus*, qui Alexandrinus, in cuius operibus apud Suidam recensetur, *περὶ Παρωνύμων ἓν βιβλίον*.

— *Ὁ δὲ Μιλτιάδης, τῶν μὲν ἄλλων νήσων τινὰς ἀποβάσεις ποιησάμενος, ἐπόρθησε*] Cornelius Nepos in Miltiade cap. VII.

*Post hoc praelium classem* LXX. *navium Atheniensis eidem Miltiadi dederunt, ut insulas quae barbaros adiuverant, bello persequeretur. Quo imperio plerasque ad officium redire coegit: nonnullas vi expugnavit. Ex his Parum insulam opibus elatam, quum oratione reconciliare non posset, copias e navibus eduxit, urbem operibus clausit, omnique commeatu privavit.* Reliqua ibi, ut quae hic sequuntur.

— *Ἤδη τῶν τειχῶν πιπτόντων, καὶ ἐπὶ τὸ παραδιδόναι τὴν πόλιν διωμολογημένων*] MSS. *τῶν Παρίων διωμολογημένων.*

— *Τλης τινὸς ἐξ αὐτομάτου περὶ τὴν Μύκονον ἐξαφθείσης*] Nepos: *Quum iam in eo esset ut oppido potiretur, procul in continenti lucus, qui ex insula conspiciebatur, nescio quo casu, nocturno tempore incensus est.* Ex quo loco posset quis suspicari pro, *περὶ τὴν Μύκονον*, hoc loco scribendum, *περὶ τὴν Μυκάλην.* vel *περὶ τὸν Μύκαλον.* nam et sic pars Tauri Samo obiacens vocata est, teste Arriano apud Eustathium in Dionysium pag. 89. *Ἀρριανὸς δέ φησιν οὕτως, ὁ Ταῦρος τὸ ὄρος ἀπείργει τὴν Ἀσίαν, ἀρχόμενος ἀπὸ Μυκάλου τοῦ καταντικρὺ Σάμου τῆς νήσου ὄρους· ἀποτεμνόμενος δὲ τὴν Παμφυλίων καὶ Κιλίκων γῆν, ἔνθεν μὲν ὡς εἰς Ἀρμενίους παρήκει, ἀπὸ δὲ Ἀρμενίων, ὡς ἐπὶ Μήδους.*

— *Ὡς φησι Σκύμνος ὁ Χίων ἐν πρώτῳ περιηγήσεως*] MSS. *Χῖος.* optime.

*Παρπάρων, χώρα ἐν Ἀσίᾳ Αἰολική*] MSS. *Αἰολικῶν.*

— *Ἔνθα ἱστορεῖ Θουκυδίδην ἀποθανεῖν, ὡς Ἀπολλόδωρος ἐν Χρονικῶν δευτέρῳ*] Mirum est Marcellinum in vita Thucydidis nihil hac de re prodidisse.

— *Τινὲς δὲ Περίνην τοῦτο καλοῦσι*] Legendum syllaba una auctius, *Περπερίνην τ. κ.* vel potius, *Περπερήνην.* quod *Aeolicum* oppidum fuit, Straboni et Plinio commemoratum. Idem
246 oppidum corrupte pariter scriptum apud Ptolemaeum extat lib. v.
b cap. 2. *Τερμέρη.* sed MSS. Graeci et veteres interpretes Latini *Περπέρη* expresse agnoscunt. Erudite de hoc oppido disserit Iacobus Sirmondus ad veterem nummum, in quo legitur: *ΗΓΕΜΟΝΙΑ ΠΕΡΠΕΡΗΝΩΝ.* In Notitiis Episcopatuum Graecis occurrit, *ὁ Θεοδοσίου πόλεως ἤτοι Περπερίνης* Episcopus. Pyrrhus Ligorius in opere calamo exarato, quod asservant plures in Italia Bibliothecae, tres alios adfert nummos ad hanc urbem pertinentes: unum M. Aurelii Antonini, in quo circa Bacchum craterem vini effundentem in Lyncem, legitur: *ΠΕΡΠΕΡΗ.* et in circulo marginali: *ΠΕΡΠΕΡΗ ΑΝΕΘΗΚΕ ΙΕΡΕΩϹ ΔΙΑ ΒΙΟΥ ΤΩ ϹΕΒ ΓΛΑΥΚΩΝΟϹ ΕΤΟΥϹ.* Duo reliqui L. Commodi Caesaris sunt: in quorum uno Amor alatus tigre vectus vini fert cantharum; in altero Bacchus ebrius a Cupidine sustinetur

dextra super caput porrecta racemum uvae tenens: in utroque legitur, ΠΕΡΠΕΡΗΝΩΝ. Hos nummos Sirmondus a me sibi sammissos edidit in Anti-Tristano, seu Responsione ad Tristanum de Triplici nummo antiquo.

— *Ἀνδροτίων δ' ἐν τρίτῳ Ἀτθίδος, Παρπαρωνιάτας φησίν· ἔστι δὲ ὡς ἀπὸ τοῦ Παρπαρία*] Scribe: *Παρπαρωνία.*

*Παῤῥάσια, πόλις Ἀρκαδίας. Ὅμηρος.*

*Στύμφηλον, καὶ Παῤῥασίην ἐνέμοντο*] Versus 608. Iliad. *B.* sed inde sic supplendus, *Στύμφηλόν τ' εἶχον καὶ Παῤῥασίην ἐνέμοντο.*

— *Κέκληται ἀπὸ Παῤῥασοῦ, ἑνὸς τῶν Λυκάονος παίδων*] Scholiastes Graecus Callimachi Hymno in Iovem v. 10. *Ὄρος Ἀρκαδίας τὸ Παῤῥάσιον, ἀπὸ Παῤῥάσου τοῦ Λυκάονος.*

— *Νικάνωρ δὲ Παρμασίαν φησὶν αὐτὴν κεκλῆσθαι, διὰ τὴν Λυκάονος εἰς τὸν Δία παρανομίαν*] Eustathius ad Iliad. *B.* pag. 302. *Νικάνωρ δέ τις φησὶν, ὡς ὁ τὰ ἐθνικὰ γράψας λέγει, Παρβασίαν αὐτὴν κεκλῆσθαι· διὰ τὴν τοῦ Λυκάονος εἰς τὸν Δία παρανομίαν. καὶ κατ' ἐναλλαγὴν τοῦ β, παῤῥασίαν. Τὴν δὲ τοῦ Λυκάονος ἐπὶ τῷ Διῒ παραιβασίαν εἰπεῖν, καθ' Ἡσίοδον, οἱ τοῦ Λυκόφρονος δηλοῦσιν ὑπομνηματισταί.* Quae ideo hic adscripsi, quoniam olim hinc sunt petita: tum quod ex illis apparet, pro *Παρμασίαν* rescribendum *Παρβασίαν.* Solent autem haec duo elementa *β* et *μ* saepe confundi in MSS. Ita autem corrigendum ex Eustathio etiam etymologia clamat: venit enim a *παραβαίνειν,* quod *παρανομεῖν,* ut *παράβασις, παρανομία.*

— *Καὶ Πάῤῥασις*] Lucanus lib. II. v. 237.

*Parrhasis obliquos Helice cum verteret axes.*

— *Δέξονται φιλυῤῥόης οὔρεα Παῤῥασίδος*] Salmasius, *φυλόης.* Ovidius,

*Testis erat Phyloë, testes Stymphalides undae.*

*Παρώρεια, πόλις Ἀρκαδίας.*

— *Ἔστι καὶ Μακεδόνων πόλις*] Livius lib. XXXIX. cap. 27. *Paroreiam* tribuit *Thraciae,* quae est illa, quae hic indigitatur. 247 a

— *Τὸ ἐθνικὸν, Παρωραῖοι. ἀλλὰ καὶ Παρωρίτας, ὡς Δικαιαρχίτας καὶ Σαμαρείτας*] Scribe, *Παρωρείτας,* et *Δικαιαρχείτας,* uti ex ultimo patet exemplo, *Σαμαρείτας,* tum supra v. *Δικαιάρχεια.* Herodotus lib. IV. cap. 148. *Παρωρεάτας* vel *Παρωρεήτας* vocat.

*Πάσσα, πόλις Θράκης.*

— *Ἔστι δὲ καὶ Πασσάνδα χωρίον παρὰ Ἀδραμύτειον πόλιν καὶ Κισθήνην*] *Cisthenae* meminerunt Strabo, Plinius, Mela.

*Πάσσαλα, Μυλασσέων ἐπίνειον*] *Μυλασέων.* supra h. v.

*Πασσαργάδαι, πόλις θηλυκῶς*] Supra v. *Μάσπιοι* scribitur *Πασαργάδαι*, simulque ibi apparet locum hunc mutilatum esse.

*Πάταλα, πόλις Ἰνδική. Λέγεται καὶ Πατάλη*] Scribe: *καὶ Παταληνή*. Eustathius ad Dionysium pag. 134. *φησὶ γοῦν Ἀρριανὸς, δίστομός ἐστιν ὁ Ἶνδος, καὶ Δέλτα ποιεῖ καὶ οὗτος ἐν τῇ τῶν Ἰνδῶν γῇ, τῷ Αἰγυπτίῳ Δέλτα παραπλήσιον. Πόλις δὲ ἐν αὐτῇ ἀξιόλογος τὰ Πάταλα, ἀφ' ὧν ἡ νῆσος Παταληνὴ ὀξυτόνως, ὡς οἱ ἀκριβεῖς λέγουσι. Τινὲς δὲ καὶ βαρυτόνως Παταλήνην ὡς Πριήνην ἀναγινώσκουσιν.* Similiter Strabo lib. xv. pag. 701. nisi quod apud illum *Πάτταλα* et *Πατταληνὴ* inveniatur scriptum.

— *Τὸ κτητικὸν, Παταληνικός*] Salmasius ante haec verba putabat excidisse: *τὸ ἐθνικὸν Παταληνός*.

*Πάταρα, πόλις Λυκίας. Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ.*

— *Ἀλέξανδρος Σαλακίαν κόρην ἐξ Ὀφιονίδας φησὶ φέρειν ἱερὰ τῷ Ἀπόλλωνι ἐν Πατάροις*] MSS. *ἐν Πατάρᾳ*. atque ita legendum ex sequentibus videtur. Cl. Salmasius hinc faciebat: *ἐς Πάταρα*. *Apollinis Πατρέως* meminit Lycophron p. 149.

— *Ἔστι δὲ ταῦτά πέμματα, λύραι τε, καὶ τόξα, καὶ βέλη, οἷς παίζειν νηπίους ὄντας*] Cl. Salmasius legit *παίγματα*, pro *πέμματα*. MSS. pro *λύραι τε* habent *λύρας τε*. Sed Eustathius ad Dionysium pag. 22. *πέμματα* sanum pronuntiat: *Πάταρα καλεῖται ὁ τοιοῦτος τόπος, ἢ ἀπὸ Πατάρου υἱοῦ Ἀπόλλωνος καὶ Λυκίας τῆς Ξάνθου· ἢ ἀπὸ τῆς Πατάρας, ὃ δηλοῖ Ἑλληνιστὶ τὴν κίστην, ἤτοι κιβωτόν. φασὶ γὰρ ὅτι Πατάραν ἀθύρματα τῷ Ἀπόλλωνι περιέχουσαν, πέμματά τινα ἐν σχήματι λύρας, καὶ τόξου καὶ βελῶν ἄνεμος ἁρπάσας ἀπό τινος παιδίσκης καὶ ὑπολαβὼν εἰς θάλασσαν ἔβαλε τὴν Λυκιακὴν, καὶ τῇ ἐκεῖ Χερρονήσῳ προσήγαγεν.* Similiter Suidas v. *Διακόνιον, λύραν* vocat *πέμμα*.

— *Μεθερμηνεύεσθαι δὲ τὴν Πατάραν ἑλληνιστὶ κίστιν*] Eustathius *κίστην*. sed utroque modo dicitur.

— *Ὁ πολίτης, Παταρεύς*] Apud Tristanum Tom. II. pag. 512. adducitur Gordiani nummus, in quo Apollo vel potius Apollinis sacerdos habitu foemineo stans inter tripodem et corvum globo insidentem conspicitur, circum legitur *ΠΑΤΑΡΕΩΝ*. Erat enim *Pataris* delubrum Apollinis et oraculum teste Mela lib. I. cap. 15. *Illam nobilem facit delubrum Apollinis, quondam opibus et oraculi fide, Delphico simile.* Sacerdotem autem foeminam fuisse scribit Herodotus, quae non perpetuo templo concluderetur, sed tantum quoties oraculum celebraretur, lib. I. cap. 182. quod Servius explicat in Virgilii lib. IV. Aen. v. 143. *hybernam Lyciam. Constat Apollinem sex mensibus hiemalibus apud Pataram Lyciae civitatem dare responsa (unde Patareus Apollo dicitur) et sex mensibus aestivis apud Delum.*

247 b

*Πάτουμος, πόλις Ἀραβίας. Τὸ ἐθνικὸν Πατούμιος· μᾶλλον δὲ Πατουμηνὸς, τῷ τῆς χώρας ἔθνει*] *Patumius*, sive *Patumenus* Episcopus Provinciae Arabiae subscripsit Concilio Nicaeno, Illud enim *Bethaunensis*, quod in Romana Editione legitur, nihili est.

*Πάτρα, ἓν τῶν τριῶν τῶν παρ' Ἕλλησι κοινωνίας εἰδῶν, ὡς Δικαίαρχος, ἃ δὴ καλοῦμεν Πάτραν, φρατρίαν, φυλήν*] Nota tres *Κοινωνίας* species apud Graecos. Infra v. *φυλή*. *Ἔστι καὶ φυλὴ τὸ τρίτον εἶδος τῶν παρ' Ἕλλησι κοινωνιῶν*. nam sic legendum, non *Κοινωνικῶν*. *Dicaearchum* autem, cuius auctoritas hic adducitur, puto hoc argumentum tractasse in libris de Vita Graeciae.

*Πάτραι, πόλις Ἀχαΐας, ἀπό τινος Πατρέως*] Civitas haec *Πατρέες* sive *Πατρεῖς* dicitur Herodoto lib. I. cap. 145. Pausaniae *Πάτραι*, qui in conditore pariter cum nostro consentit lib. III. pag. 160. *Ἐπὶ τούτου Πατρεῖ τῷ Πρευγένους κτίζοντι ἐν Ἀχαΐᾳ πόλιν, ἥντινα Πάτρας καὶ ἐς ἡμᾶς καλοῦσιν ἀπὸ τοῦ Πατρέως τούτου συνεπελάβοντο Λακεδαιμόνιοι τοῦ οἰκισμοῦ. sub hoc* (Agide) *Patreum Preugenis filium in condenda urbe in Achaia, quam de nomine Patrei hac etiam aetate Patras vocant, adiuverunt Lacedaemonii.*

— *Ὁ πολίτης, Πατρεύς*] Extant apud Goltzium duo nummi *ΠΑΤΡΕΩΝ*. Sed posterioris epigraphe rectius legitur in nummo apud Franc. Angelonium: *ΜΗΤΡΟΔΩΡΟϹ ΜΕΝΕΚΛΕΟϹ. ΠΑΤΡΕΩΝ*. Alius apud eundem: *ΝΙΚΟϹΤΡΑΤΟϹ. ΚΑΛΛΙϹΤΡΑΤΟΥ. ΠΑΤΡΕΩΝ*. Rursus alius, qui in cimeliis Mediceis, habet: *ΑΙΣΧΡΙΩΝ. ΛΥΣΙΑ. ΠΑΤΡΕΩΝ*.

*Πάτρασις, πόλις Ποντικὴ, ὡς Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ. Τὸ ἐθνικὸν, Πατρασίτης καὶ Πατράσιος, καὶ Πατρασιεύς*] MSS. PP. *Πατρασύς. Πατρασύτης. Πατράσυος. Πατρασυεύς*. probante Salmasio.

*Πατρόκλου νῆσος. ὡς Προκονήσιος, οὕτω Πατροκλονήσιος, παρὰ τὴν Ἀττικήν*] Straboni lib. IX. pag. 398. insula haec appellatur *ὁ Πατρόκλου χάραξ*. Ita enim legitur ibi in MSS. 248
*Πρόκλου*, quod est in vulgatis, ex compendiosa scribendi ratione natum est. a

*Παισάρκαι, ἔθνος ὑπὸ τὸν Καύκασον*] Ordo literarum exigit, *Παυσάρκαι*.

*Παιταλία, μοῖρα Θρᾴκης*] Scribe, *Παυταλία*. Id enim cum series elementorum flagitat, tum Ptolemaeus, Marcellinus, veteresque nummi suadent. In quorum uno, qui M. Aurelii Antonini ostentat typum, a Sirmondo mihi concesso: *ΟΥΛΠΙΑϹ ΠΑΥΤΑΛΙΑϹ*. In alio Caracallae circum figuram Imperatoris

hastatam pariter: *ΟΥΑΠΙΑϹ ΠΑΥΤΑΛΙΑϹ.* Item in alio eiusdem Principis sub Iove serpente alato subvecto: et alio Faustinae apud Tristanum Tom. I. p. 670. circum Deam Hygeam: et alio eiusdem Augustae Mediceo circum Providentiam seu Fortunam: tandem in Severi nummo, apud Cassianum de Puteo, circum serpentem in spiras convolutum et erectum. In quibus omnibus *ΟΥΑΠΙΑϹ ΠΑΥΤΑΛΙΑϹ* Quibus adde, qui apud Erizum p. 562. Fuit autem *Pautalia* sedes Episcopalis, uti videre est apud Marcellinum Comitem p. 57. Nomen hoc aliquoties corruptum est apud Malchum in Legationum Excerptis p. 79. et seq. Ed. Reg. ubi *Παυταλία* male editur pro *Παυταλία.* Situs autem regionis accurate ibi ostenditur his verbis: *Παραγγείλας χώραν μὲν αὐτῷ δοῦναι ἐν Παυταλίᾳ, ἣ τῆς* (perperam editur, *ἣ τῆς*) *μὲν Ἰλλυρικῆς μοίρας ἐστὶν ἐπαρχία, οὐ πολὺ δὲ ἀπέχουσα τῶν εἰσβολῶν τῆς Θρᾴκης.* Erat enim Daciae mediterraneae civitas, sed in ultimo Thraciae confinio.

— *Τὸ ἐθνικὸν, Παιταλιώτης*] Corrige, *Παυταλιώτης.* ut iam ostendimus. Legitur autem hoc gentile in egregio M. Aurelii Antonini nummo apud Franc. Gotifredum circum Cybelem leone vectam: *ΕΠΙ Μ ΤΟΥΛΛΙΟΥ ΜΑΞΙΜΟΥ ΠΑΥΤΑΛΙΩΤΩΝ.* In altero apud Cl. Menestrier: *ΠΑΥΤΑΛΙΩΤΑΝ.* Item in duobus Getae, in quorum uno Cupido faci inversae innitens visitur, in altero canistrum frugum: *ΠΑΥΤΑΛΙΩΤΩΝ.*

*Παφλαγονία, ἀπὸ Παφλάγου τοῦ Φινέως παιδὸς*] Eustathius ad Dionysium pag. 104. scribit, *ἀπὸ Παφλαγόνος οὕτω κληθέντος υἱοῦ Φινέως.* et similiter ad Homeri Iliad. *B.* pag. 360. Vide Scholiasten Apollonii.

*Πεδιεῖς, πόλις Καρίας.*

— *Ἡ Πεδιείτης, ὡς Ἀταρνείτης*] Vide supra v. *Ἀτάρνα.*

*Πεδίον, τόπος πλατὺς καὶ ὁμαλός*] Hinc in Asia minore, *Ἕρμου Πεδίον, Μαιάνδρου Πεδίον,* (de quibus supra suo loco) *Καΐκου Πεδίον* et *Καΰστρου Πεδίον.* Sic apud Latinos *Campania* et *Campani.* Sic in Belgio *Rijnland*, *Maasland*: in Saxonia nostra *Cremper Marsch*, *Stor-Marsch*, *Wilster Marsch.* Strabo lib. XV. pag. 689. *Ἐκ δὲ τούτων πάρεστιν ὁρᾶν, ὅσον διαφέ-*
248 b *ρουσιν αἱ τῶν ἄλλων ἀποφάσεις. Κτησίου μὲν οὐκ ἐλάττω τῆς ἄλλης Ἀσίας τὴν Ἰνδικὴν λέγοντος, Ὀνησικρίτου δὲ τρίτον μέρος τῆς οἰκουμένης, Νεάρχου δὲ μηνῶν ὁδὸν τεττάρων τὴν δι' αὐτοῦ τοῦ πεδίου. Ex his autem perspici potest, quantum reliquorum sententiae discrepent. Ctesias dicit Indiam non esse minorem reliqua Asia: Onesicritus, eam esse trientem orbis habitati: Nearchus quatuor mensium iter per campum.*

— *Τὸ τοπικὸν, Πεδιεύς*] Et *Πεδιανοί.* Sic enim dicebantur

Cilices ad differentiam τῆς Τραχείας. Vide infra v. Τραχεῖα. et supra v. Πάραλος.

Πεδνιλισσὸς, πόλις Πισιδίας. τὸ ἐθνικὸν, Πεδνιλισσεύς] Scribe, Πεδνηλισσὸς, et Πεδνηλισσεύς. Ita aliquoties apud Polybium scribitur lib. v. pag. 415.

Πειραιὸς, οὕτως ἐκαλεῖτο ὁ λιμὴν Ἀττικῆς] Philisci versus de *Piraeeo* in MS. Barberino:

*Ὁ Πειραιεὺς κάρυον μέγ' ἔστι καὶ κενόν.*

ostendit, iam olim ipsum portum Πειραιέα vel Πειραιᾶ dictum. Cui concinit Terentius in Eunucho Act. III. Sc. 4.

*Heri aliquot adolescentuli coiimus in Piraeeo.*

— Ὕστερον δὲ Πειραιεὺς, δῆμος Ἱπποθοωντίδος φυλῆς] Haec non conveniunt cum illis, quae Pausanias in operis sui princ. tradit: Ὁ δὲ Πειραιεὺς δῆμος μὲν ἦν ἐκ παλαιοῦ· πρότερον δὲ, πρὶν ἢ Θεμιστοκλῆς Ἀθηναίοις ἦρξεν, ἐπίνειον οὐκ ἦν. *Piraeeus vero a longo tempore antequam Themistocles ad remp. accederet, non navale, sed populus erat Atticae.* Unde aliquis putare posset legendum hoc loco: Πρότερον δὲ Πειραιεύς. Deinde sequentia verba cum his non satis cohaerere videntur. Quare Salmasius inserebat Πειραιεὺς, ἐστὶ καὶ δῆμος Ἀττικῆς I. φ. Sed sufficeret: ἐστὶ καί. quoniam vox Ἀττικῆς iam praecessit, et ipse δῆμος Πειραιεύς dicebatur, ut iam ex Pausania ostendimus.

— Τὰ τοπικὰ, ἐκ Πειραιῶς] Xenophon lib. I. Hist. Graec. pag. 434. *Καὶ χειμὼν ἐπῆεν, ἐν ᾧ οἱ αἰχμάλωτοι Συρακούσιοι εἰργμένοι τοῦ Πειραιῶς ἐν λιθοτομίαις διορύξαντες τὴν πέτραν ἀποδράντες νυκτὸς, ᾤχοντο ἐς Δεκέλειαν, οἱ δ' ἐς Μέγαρα. Aderat iam hiems, qua captivi Syracusani, qui in Piraeeo lapicidinis inclusi erant, saxo perfosso, noctu partim fuga Deceleam, partim Megara dilapsi sunt.*

— Λέγεται καὶ κτητικῶς, Πειραϊκός] Extat hoc *possessivum* in antiquo Epigrammate, quod quoniam hactenus ἀνέκδοτον est, hic subiiciam:

*Θεοδωρίδα εἰς τὸν Εὐφορίωνος τάφον τοῦ μύστου τῶν Ἑλληνικῶν μυθολογημάτων ἢ τελεσιουργημάτων.*

*Εὐφορίων ὁ περισσὸν ἐπιστάμενός τι ποιῆσαι*
*Πειραϊκοῖς κεῖται τοῖσδε παρὰ σκέλεσιν.*
*Ἀλλὰ σοὶ τῷ μύστῃ ῥοίην ἢ μῆλον ἄπαρξαι*
*Καὶ μύρταν. καὶ γὰρ ζῶος ἐὼν ἐφίλει.*

Πειρασία, πόλις Μαγνησίας] Apud Apollonium Rhodium lib. I. v. 584. scribitur numero plurium, 249 a

*Πειρεσιαὶ, Μάγνησά θ' ὑπένδιος ἠπείροιο*
*Ἀκτή.*

Apud Orpheum Argon. v. 162. singulari,

*Πειρεσίην ὃς ἔναιεν ἐπ' Ἀπιδάνοιο ῥεέθροις.*

— *Τὸ ἐθνικὸν, Πειρασιεὺς, ὡς Ἑῦριεὺς καὶ Ἕσιεύς*] Scribe: *Ἰδριεὺς καὶ Ἕριεύς.* Vide singula suis locis.

— *Λέγεται καὶ Πειρέσιος*] Existimo scriptum ab auctore: *Πειρεσία.* vel *Πειρεσίαι.* ita enim scribitur urbis huius nomen apud Apollonium et Orpheum: et supra *Ἀστέριον ἣ νῦν Πιρεσία.* ubi vide.

*Πελαγονία, χώρα Σικελίας. Τὸ ἐθνικὸν, Πελαγοναῖος*] Locus manifeste corruptus. Lege, *χώρα Μακεδονίας.* vel *Σιθωνίας.* quomodo etiam legit Casaubonus. Salmasius tamen contra putat, quia *Πελαγονία* et *Πηλαγονία* diversa scriptura, diversa etiam diversorum locorum esse nomina.

*Πελασγία, ἡ χώρα τοῦ Ἄργους*] Scholiastes Apollonii ad lib. I. v. 580. *Πελασγῶν. τῶν Θεσσαλῶν, ἀπὸ Πελασγοῦ τοῦ Ἰνάχου, ἢ ἀπὸ Πελασγῶν, ἔθνους βαρβαρικοῦ οἰκήσαντος τὴν Θεσσαλίαν καὶ τὸ Ἄργος* etc.

— *Πελασγιῶτις δὲ θηλυκὸν καὶ Πελασγία*] Et *Πελασγίς.* Sic enim Peloponnesus prius dicebatur teste Apollonii Scholiaste ad lib. I. v. 1024.

*Πελεθρόνιον, ὄρος Θετταλίας. Ὁ οἰκήτωρ Πελεθρόνιος*] Scholiastes Nicandri pag. 22. *Pelethronium* partem esse *Pelii* docet: *Ὁ Δράκων ἐτράφη μὲν ὑπὸ τοῦ Ἀσκληπιοῦ, κατά τινα τόπον τοῦ Πηλίου καλούμενον Πελεθρόνιον.*

*Πέλη, πόλις Θεσσαλικὴ διττή· μία μὲν ὑπὸ Εὐρυπύλῳ, ἑτέρα δὲ ὑπὸ Ἀχιλλεῖ.*] MSS. PP. *ὑπὲρ Εὐρυπύλον.*

*Πέλινναι, πόλις Θεσσαλίας ἐν τῇ Φθιώτιδι. Κέκληται ἀπὸ Πελίνου τοῦ Οἰχαλιέως*] Huius civitatis nomen corruptum apud Arrianum lib. I. de Exped. Alex. pag. 8. in *Πελλήνην.* pro quo *Πελίνην* rescribas. Interpretes errorem auxerunt *Pellam* vertendo. Pindarus Pyth. Od. x. *Πελινναῖον* appellat.

— *Ἔστι δὲ καὶ Πελληναῖον, ὄρος Χίου*] Scribe, *Πελινναῖον.* Scholiastes Pindari ad Pyth. d. I. pag. 310. *Πελινναῖον, πόλις Θεσσαλίας ἡ πατρὶς τοῦ Νικηφόρου, ἀφ' ἧς καὶ τὸ ἐν Χίῳ ὄρος ἐκλήθη.* Dionysius in Perieg. v. 535.

*Καὶ Χίος ἠλιβάτου Πελινναίου ὑπὸ πέζαν.*
*Et Chios, altissimi Pelinnaei sub pede.*

ubi vulgo, *Πελληναίου.* Sed apud Eustathium *Παλιννᾶιον.* Dionysii codicum scriptura occurrit etiam infra v. *Χῖος.* sed v. *Φόρουννα* emendatius pro gentili scribitur, *Πελιννᾶιος.* Hanc enim scriptaram nummus praefert apud R. P. Iacobum Sirmondum extans, in quo, *ΠΕΛΙΝΝΑΙΕΩΝ*, legitur. Unde apparet gentile
249 fuisse *Πελινναιεὺς*, non a *Πελίννα*, sed *Πελιννᾶιον.* Salmasius
b pariter hic rescribebat, *Πελιννᾶιον.*

— *Καὶ τὸ κτητικὸν, Πελληναῖος*] Scribe, *Πελινναῖος*. Hesychius: *Πελινναῖος, ὁ Ζεὺς ἐν Χίῳ.*

*Πέλλα, πόλις Μακεδονίας*] Facta a Romanis colonia Plinio tese lib. IV. cap. 10. quod confirmat Alexandri Severi nummus in Gazis Mediceis, in quo circum mulierem stolatam cathedrae insidentem, legitur: COL. IVL. AVG. PELLA. Hoc tempore vocatur *τὰ Παλατίσια*, id est *Parva Palatia*, et est locus sub ditione Beroeensium, ubi quotidie marmora cum inscriptionibus et regiarum aedium fundamenta effodiuntur. Incolae Regiam Philippi et Alexandri ibi fuisse credunt.

— *Κοίλης Συρίας*] Eidem et Ptolemaeus tribuit: erat autem *τῆς Περαίας* civitas, ut testatus Eusebius lib. III. Hist. Eccles. cap. 5. in regione *Decapoleos*, teste Epiphanio libro de Mensuris cap. XV. et sic apud Ptolemaeum quoque MSS. PP. et Barberini legunt. Inde ortus fuit Aristo *Pellaeus* citatus Eusebio ibidem cap. 6. *Pellae* huius in *Syria* ab Antiocho occupatae meminit Polybius lib. V. pag. 414. ubi eam Arabiae vicinam affirmat.

— *Ἡ Βοῦτις λεγομένη*] Supra v. *Δῖον*, scribit *Δῖον* fuisse appellatam. Apud Ptolemaeum tamen lib. V. cap. 15. *Pella* et *Dium* diversae *Decapoleos* civitates sunt, sed vicinae.

— *Τὸ ἐθνικὸν Πελληνοὶ, ὡς εἴπομεν τοῦ Κάρα*] Lege: *Κάρραι.*

*Πελλήνη, πόλις Ἀχαΐας*] Scholiastes Apollonii ad lib. I. v. 177. *Ἡ Ἀχαϊκὴ Πελλήνη διὰ τοῦ ε. ἡ δὲ ἑτέρα ἡ τῆς Ἀρκαδίας διὰ τοῦ α γράφεται Παλλήνη.*

— *Λέγεται καὶ Πελλίνα, ὡς Μιτυλίνα*] Numquid legendum, *Πελλήνα, ὡς Μυτιλήνα*, ut infra, *Ἐρμίνη* et *Ἐρμίνα?* Pindaro Olymp. Od. VII. et IX. *Πελλάνα*, Dorice. Quamvis *Πελλάνα* Laconicae urbs apud Pausaniam diversa sit ab hac, uti ex Strabone quoque discimus lib. VIII. pag. 386. quae in confiniis Arcadiae sita erat. Straboni autem dicitur *τὰ Πελάνα*. Eadem, ni fallor, quae *Παλλήνη* Diodoro lib. XV. pag. 492. Apollonii Scholiastae d. l. et Plinio. Polybio lib. IV. pag. 344. *ἡ ἐν τῇ Τριπόλει προσαγορευομένη Πελλήνη. Pellene dicta in Tripoli.*

— *Καὶ ἡ μὲν Πελλήνη, δύο μόνα ἐθνικὰ ἔχει, τὸ εἰς ευς, καὶ τὸ διὰ τοῦ ιος*] Similiter Eustathius in Hom. Iliad. B. pag. 291. *Πελλήνη δὲ, πόλις καὶ αὐτὴ Ἀχαΐας. ταύτης ἐθνικὸν, Πελληνεὺς καὶ Πελλήνιος.* Sed infra v. *Ὥλλινα* scribitur *Πελλιναῖος*, pro *Πελληναῖος*, ut videtur. Falsa igitur Grammatici nostri regula. Similiter *Πελληνέταις* legitur infra v. *Φενεός*. nisi corruptus locus sit, quod suspicor. *Πελληνικὸς* etiam hinc deducitur. Unde *Πελληνικαὶ χλαῖναι* apud Eustathium d. l. ex Aristophanis 250 a

*ΝΩΝ.* In alio Commodi circum Iovem Serapidem sedentem:
251 *ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ.* In ectypis Aeneae Vici apud Equitem Illu-
a strem Cassianum Puteum in Traiani nummo circum Iovis templum: *ΦΙΛΙΟC ZEYC . . . . . ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ.* Ibidem in Antonini Pii circum Aesculapium: *ΕΠΙ CT . . . . . ΝΕΩΚΟΡΟΥ ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ.* Tandem in Augusti Mediceo circum Iunonem sedentem cum hasta: *ΣΕΒΑCΤΗΝ ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ ΓΡ ΜΗΝΟ. . . . . .*

*Περγάντιον, πόλις Λιγύων. Τὸ ἐθνικὸν, Περγάντιος, ὡς Ἀλάντιος, Βυζάντιος*] Scribe, *Ἀλλάντιος.*

*Περχάση, ὀξυτόνως, δῆμος τῆς Ἐρεχθηΐδος φυλῆς*] Salmasius ad hunc populum refert *Περγασίαν Ἀρτέμιδα,* quae ad sequentem vocem adducitur.

*Πέργη, πόλις Παμφυλίας*] Scholiastes Callimachi Hymno in Dianam v. 187. *μητρόπολιν Παμφυλίας* vocat. Extat et *Τυρσηνῶν ὄρος* hoc nomine apud Lycophronem, pag. 128. ubi vide Tzetzem philosophantem.

— *Τὸ ἐθνικὸν, Περγαῖος. Τὸ θηλυκὸν Περγαία*] In nummo Heliogabali apud Franc. Angelonum circum figuram nudam, quam Genium repraesentare existimo: *ΠΕΡΓΑΙΩΝ.* et sic quoque in Volusiani circum mensam tripodem, cui tria vasa aut potius sacculi impositi videntur. Nummus Caesaris Augusti Mediceus circum Dianam Venatricem habens *ΑΡΤΕΜ. ΠΕΡΓΑΙΑ.* Stephani lectionem plane confirmat. Item Gallieni apud Cassianum Puteum, in quo circum mensam: *ΠΕΡΓΑΙΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ.* Sed imprimis hoc facit praeclarus plane M. Aurelii Antonini in Gazophylacio Ducali-Florentino, in quo ad utrumque latus templi, in quo tabernaculum, ut vocamus, cum duabus figuris:

*ΑΡΤΕΜΙΔ ΟΣ ΠΕΡΓΑΙΑC.*

In alio ibidem asservato duo conspiciuntur capita bovina, subtus legitur: *ΠΕΡΓΑ.* In alio magno, pariter ibidem, circum mensam cui vas agonale impositum cernitur: *ΠΕΡΓΙΑΩΝ ΑCΤΑΟC ΙΕΡΟC.*

— *Καὶ Περγασία Ἄρτεμις*] Salmasius verba haec ad praecedentem vocem referenda monet. *Ἐπέχω.* Nam Callimachus Hymno in Dianam *Pergen* ut praecipue huic Deae devotam nominat, idque confirmant penitus nummi Medicei paullo ante allati.

*Πέρινθος, ἀπὸ Περίνθου Ἐπιδαυρίου, τοῦ μετὰ Ὀρέστου στρατευσαμένου. ἔστι δὲ πόλις Θράκης*] Haec urbs, quoniam ab Hercule condita est, etiam *Heraclea* dicta est. Hinc in nummo apud Fr. Gotifredum circum clavam: *ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ Β ΝΕΩΚΟΡΩΝ.* in averso latere circum Herculis caput: *ΤΟΝ ΚΤΙΣΤΗΝ.* Sed

quo tempore nomen hoc obtinuerit non satis inter doctos exploratum est. Vide Tristanum Tom. II. pag. 80.

— Ὁ πολίτης, Περίνθιος. τὸ θηλυκὸν, Περινθία] Satis est 251
frequens urbis huius gentile in nummis antiquis. Duos plane e- b
gregios illud continentes vidi apud Franc. Gotifredum: alter erat Alexandri Severi, in quo circum Martis hastati figuram: ΥΠΕΡΙΝΘΙΩΝ ΙΩΝΩΝ ΔΙϹ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. alter Gordiani, in quo circum figuram muliebrem duo templa utraque manu sustinentem cum duobus ludorum vasis, sub quibus a dextris, ΑΚΤΙΑ. a sinistris, ΠΥΘΙΑ, scriptum: ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ ΙΩΝΩΝ Β ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Accepit enim *Perinthus* Samiorum coloniam. Rursus in praeclaro nummo Septimii Severi Mediceo, circum triremem, cuius prorae Severus insistit cum templo: ΕΠΙΔΗΜΙΑ Β. ΣΕΥΗΡΟΥ. *Adventus II. Severi.* subtus: ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Item in eiusdem Principis, in iisdem Thesauris, circum figuram muliebrem utraque manu duo templa sustinentem: ΦΙΛΑΔΕΛΦΕΙΑ ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Quae inscriptio totidem verbis reperitur in alio eiusdem Severi ibidem circum Herculem poma Hesperidum auferentem. Ambo valde praeclari sunt et loco, in quo asservantur, digni.

Περκώτη, καὶ πάλαι Περκώπη, πόλις Τρωάδος. Ὁ πολίτης, Περκώσιος.] *Percotae* meminit Scholiastes Aristophanis in Equit. pag. 292. ubi Themistocli ab Artaxerxe donatas dicit tres civitates, Μαγνησίαν εἰς σῖτον, Λάμψακον εἰς οἶνον, Μυοῦντα εἰς ὄψα. ὡς δὲ Κλεάνθης, καὶ Περκώτην εἰς στρώμνην, καὶ Παλαίσκηψιν εἰς στολήν. Apud Eustathium ad Iliad. B. pag. 356. ubi haec transcripta, male legitur Περκώτη secundo loco, pro Περκώπη. Gentile, Περκώσιος, est apud Homerum.

Περῥαιβὸς, πόλις Θετταλίας. Τὸ ἐθνικὸν, Περῥαιβαῖοι] Περῥαιβοὶ Appiano princ. Illyric. dicuntur *Illyrica* gens. Eustath. ad Iliad. B. p. 335. Περῥαιβοὶ δὲ ἐκλήθησαν μὲν ἀπό τινος Περῥαιβοῦ, ἐνδόξου ὡς εἰκὸς ἀνδρός. Θετταλικὸν δέ τι γένος εἰσί. Φησὶν οὖν ὁ γεωγράφος, ὅτι Περῥαιβοὶ κατεῖχόν ποτε τὰ πρὸς τῷ Ὀλύμπῳ. Vide Strabonem.

Περῥαίσιον, πόλις μία τῶν δυοκαίδεκα τῶν παρὰ τοῖς Τυῥρηνοῖς ἀρχηγετίδων καλουμένων] Intelligit *Perusium* vel potius *Perusiam* aliorum, unde nescio qua ratione fecit Περῥαίσιον. Hanc fuisse unam ex XII principibus Etruriae urbibus testatur etiam Appianus lib. V. Civil. bell. pag. 699. Universa enim Etruria in duodecim ἡγεμονίας divisa fuit teste Dionysio Halicarnassensi lib. VI. quas deinceps lib. IX. πόλεις, seu *civitates* vocat. Livius libro IV. V. et VII. duodecim populos appellat. Fuerunt autem XII

hae civitates sequentes: *Perusia*, Cortona, Aretium, Clusium, Volaterra, Vetulonia, Volsinium, Rufellae, Tarquinii, Caere, Veii, Falerii.

— *Τὸ ἐθνικὸν, Περῥαισηνὸς, ὡς τοῦ Ἀσσώριον, τὸ Ἀσσω-*
252 *ρηνός*] Scribe: *Περῥαισῖνος, ὡς τ. Α. τ. Ἀσσωρῖνος.* ut supra
a h. v. et infra v. *Ταρχώνιον.*

*Πέρσαι, τὸ ἔθνος, ἀπὸ Πέρσου τοῦ Μηδείας*] Scribe: *τοῦ Ἀνδρομέδας*, ut infra v. *Χαλδαῖοι.*

— *Λέγεται καὶ Πέρσης ὄνομα*] Hesychius: *Πέρσης, κυβευτικοῦ βόλου ὄνομα.*

— *Καὶ Περσίδιον ὑποκοριστικὸν ἀντὶ τοῦ Περσικῶν*] Claudius Salmasius ex codicum calamo exaratorum vestigiis pro *Περσικῶν* legit, *Περσικόν.* aut *Περσὶς κόρη.* Caeterum *Πέρσαι* dicuntur *Περσίδαι* in oraculo Spartiatis a Pythia reddito sub Persarum in Graeciam transitum, apud Herodotum lib. VII. cap. 220.

*Ὑμῖν δ' ὦ Σπάρτης οἰκήτορες εὐρυχόροισι,*
*Ἢ μέγα ἄστυ ἐρικυδὲς ὑπὸ ἀνδράσι Περσείδησι*
*Πέρθεται· ἢ τὸ μὲν οὔκι, ἀφ' Ἡρακλέος δὲ γενέθλης*
*Πενθήσει βασιλῆα φθίμενον Λακεδαίμονος οὖρος.* etc.
*Vobis vero o Spartae habitatores spatiosae,*
*Aut magna urbs clara a viris Persidis*
*Evertitur; aut hoc quidem non, ab Herculis autem genere*
*Lugebit regem extinctum Lacedaemonis ora.*

quod refertur etiam ab Eusebio.

*Περσέπολις, πόλις Περσίδος. Τὸ ἐθνικὸν, Περσεπολίτης*] Epiphanius Haeres. LXVI. cap. 4. vocat *τὴν βασιλεύουσαν Περσίδος πόλιν.*

*Πεσσινοῦς, πόλις Γαλατίας, ἀπό τινος Γάλλου Πεσσινοῦντος. τινὲς δὲ ἀπὸ τῆς ῥεούσης τοῦ λύφου, ταῦ ἐν ᾧ ἐτάφη Μαρσύας*] Ammianus lib. XXVI. pag. 327. *Pessinunta, Phrygiae quondam, nunc Galatiae oppidum* vocat. De nominis origine idem lib. XXII. pag. 219. *Quam autem ob rem hoc nomine oppidum sit appellatum, variant rerum scriptores. Quidam enim figmento deae coelitus lapsae ἀπὸ τοῦ πεσεῖν, quod cadere nos dicimus, urbem asseruere cognominatam. Alii memorant Ilum Troïs filium Dardaniae regem, locum sic appellasse. Theopompus non Ilum id egisse sed Midam affirmat, Phrygiae quondam potentissimum regem.* Herodianus lib. I. cap. 11. *Πεσσινοῦς δὲ ὄνομα αὐτῇ· τὴν δὲ προσηγορίαν λαβεῖν τὸν τόπον ἐκ τοῦ πεσόντος ἀγάλματος ἐξ οὐρανοῦ καὶ πρῶτον ἐκεῖσε ὀφθῆναι. Nomen ei Pessinunti, a casu simulacri factum putant: ibi enim in principio comparuisse.* et ita Tzetzes ad Lycophronem pag. 64. sed pag. 60. idem deducit ἀπὸ

τοῦ πεσεῖν, quod multi ibi bello ceciderunt ob Ganymedem raptum. Quam sententiam tangit pariter Herodianus in sequentibus verbis: ὡς δὲ παρ' ἑτέροις εὕρομεν, Ἴλῳ τῷ Φρυγὶ καὶ Ταντάλῳ τῷ Λυδῷ πόλεμον ἐκεῖ γενέσθαι λέγουσιν, οἱ μὲν περὶ ὁδῶν, οἱ δὲ περὶ τῆς Γαχυμήδους ἁρπαγῆς. Ἰσορρόπου δὲ ἐπὶ πολὺ τῆς μάχης γενομένης, ἑκατέρωθεν πεσεῖν ἱκανούς· καὶ τὴν συμφορὰν ὄνομα δοῦναι τῷ χωρίῳ. *Licet apud alios comperiam pugnam illic Ilum Phryga Tantalumque Lydum inter se conseruisse, sive de via ortam, sive potius ob raptum Ganymedis. Quumque diu aequis viribus decertatum foret, ac permulti utrimque cecidissent, nomen ex ea clade loco esse impositum.* 252 b

— Τὸ ἐθνικὸν, Πεσσινούντιος] Occurrit hoc gentile in nummis aliquot antiquis. In L. Veri circum Cybelem Leone vectam in museo Mediceo: item in Caracallae circum Cererem apud Franc. Gotifredum, legitur: ΠΕCCΙΝΟΥΝΤΙΩΝ.

Πετεὼν, πόλις Βοιωτίας. Τὸ ἐθνικὸν, Πετεώνιος· καὶ τὸ οὐδέτερον, Πετεώνιον] Suidae et Straboni non urbs sed vicus est iuxta viam, quae Thebis Anthedonem ducit. Et hinc Eustathio ad Homeri Iliad. B. pag. 267. Πετεὼν, κώμη Θηβαΐδος κατὰ τὸν Στράβωνα πρὸς τῇ ἐπ' Ἀνθηδόνα ὁδῷ κειμένη.

Πετηλία, πόλις Ἰταλική. Τὸ ἐθνικὸν, Πετηλινός] In nummo Mediceo circum Iovem fulmen vibrantem legitur: ΠΕΤΗΛΙΝΩΝ. similis extat apud Franc. Gotifredum.

Πέτρα, πόλις νῦν τῆς τρίτης Παλαιστίνης] Apud Iosephum urbis huius nomen effertur singulariter genere foeminino: supra v. Γέα etiam pluraliter, Πετρῶν et ἐν Πέτραις. Apud Dioscoridem lib. I. cap. 18. 80. 91. et alibi, Πέτρα Πέτρας. et sic pariter apud Strabonem. Iosephus Arabum metropolim suo tempore habitam scribit, et olim *Arcen* dictam lib. IV. cap. 4. pag. 110.

— Ὁ πολίτης, Πετραῖος] Hinc Arabia *Petraea*. Vide notata Salmasio in Exercit. ad Solin. pag. 470.

Πευκετίαντες, Ἔθνος τοῖς Οἰνώτροις προσεχὲς, ὡς Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ] Iisdem, qui sequenti voce Πευκέτιοι, et infra v. Χανδάνη appellantur Πευκαῖοι, ex ipso *Hecataeo*.

Πευκέτιοι, ἔθνος περὶ τὸ Ἰόνιον πέλαγος. Τὸ ἐθνικὸν, Πευκετιεὺς, ὡς τοῦ Δουλίχιον τὸ Δουλιχιεύς. Ἡρόδωρος δὲ καὶ Πευκετεῖς αὐτοὺς καλεῖ· καὶ ἐπιθετικῶς, Πευκέτιος] Ultimum ex gentilibus non dubito quin corruptum sit apud Clementem Alexandrinum, lib. IV. Strom. pag. 496. ubi Postumius, Romanus dux, captus dicitur ὑπὸ Πευκετίωνος, pro ὑπὸ Πευκετίων. Regio ipsa *Peucetia* dicitur.

Πεύκη, νῆσος ἐν τῷ Ἴστρῳ] De hac insula Scholiastes Apollonii lib. IV. v. 310. Ἐρατοσθένης ἐν γ' γεωγραφικῶν νῆσον

εἶναι ἐν τῷ Ἴστρῳ φησὶ τρίγωνον, ἴσην τῇ Ῥόδῳ· ἣν Πεύκην λέγει διὰ τὸ πολλὰς ἔχειν πεύκας. καὶ τὴν μὲν κορυφὴν τοῦ τριγώνου αὐτῆς πρὸς τὸ ῥεῦμα οὖσαν τοῦ ποταμοῦ, ἀγκῶνα ἐκάλεσε· τὴν δὲ βάσιν τὴν πρὸς τὴν θάλασσαν, εὖρος.

— Οἱ οἰκήτορες, Πευκηνοί] Ptolemaeo dicuntur Πευκίνοι. recte. et a Strabone Βαστάρναι Πευκινοὶ vocantur lib. VII. pag. 305. et hic est typus orientalium potius regionum, uti infinitis
253 exemplis ostendi potest.

a Πηγαὶ, παροικία Μεγαρέων. οἱ οἰκήτορες Πηγαῖοι] Meminit huius loci Thucydides lib. I. pag. 67. ubi Scholiastes: Πηγαὶ, ἐμπόριον πλησίον Μεγάρων. Harpocration: Πηγαὶ, τόπος ἐν Μεγάροις. Meminit et Pausanias lib. I. pag. 77. sed non animadversum ab interprete Latino, uti iam monuimus supra v. Δαυλίς. Est et fontis nomen proprium prope Cium, ubi Hylas periit apud Apollonium Rhodium lib. I. v. 1222.

ἣν καλέουσι
Πηγὰς ἀγχίγυοι περιναιέται.
*quem appellant*
*Pegas circa habitantes cultores.*

— Ἔστι δὲ καὶ πόλις ἐν Κυρηνίᾳ τῆς Κύπρου] Κυρηνείαν enumerat Constantinus Porphyrogenneta inter tredecim *Cypri* urbes lib. I. de Themat. pag. 45. Meminit et Scylax pag. 146.

Πήδασα, πόλις Καρίας] Strabo lib. XIII. pag. 611. Ἐν δὲ τῇ μεσογαίᾳ τῶν Ἁλικαρνασσέων τὰ Πήδασα ὑπὸ αὐτῶν ὀνομασθέντα ἦν πόλις, καὶ ἡ νῦν χώρα Πηδασὶς λέγεται. *In mediterraneis Halicarnassi Pedasa urbs fuit ab ipsis nominata et nunc regio Pedasis dicitur.* Sed imprimis Eustathius videndus ad Iliad. Z. pag. 623. ubi multa ad huius loci illustrationem facientia adfert, hinc forte, antequam mutilatum esset opus, petita: item ad Iliad. T. pag. 1198. Scholiastes Graecus in Nicandri Theriaca pag. 45. Πήδασα explicat, ἢ τὰ πηγάζοντα χωρία φησὶν, ἢ τὰ ὀρεινὰ, πήδασος γὰρ τὸ ὄρος. Sed in Nicandri contextu legitur Πήθασα, quod Ioannes Gorraeus vertit *monte in Pedaseo.* Et quamvis putem Nicandrum loca humida intellexisse, existimo tamen non male de *Cariae* oppido accipi posse. Nam pleraque eius regionis loca scorpiis abundasse ex Strabone discimus lib. XIV. pag. 660. praecipue Alabanda et Mylasa. Sed MSS. PP. hic legunt Πήγασα. atque hoc verum proculdubio urbis huius nomen; denominata enim ὑπὸ Πηγάσου, qui Bargylum, a quo Βάργυλα *Cariae* pariter urbs, denominata supra dicitur, interfecit. Vide supra v. Βάργυλα.

— Καὶ Πηδασεὺς, τὸ ἐθνικὸν] Occurrit in nummo apud

Tristanum Tom. I. pag. 602. *ΠΗΔΑΣΕΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ ΚΑΙ ΜΑΣΤΑΡΙΤΩΝ ΟΜΟΝΟΙΑ.*

— *Δεῖ δὲ οὐ διὰ τοῦ δ γράφειν Πήδασα, ἀλλὰ διὰ τοῦ γ Πήγασα. οἱ πολῖται, Πηγασεῖς*] Iam diximus MSS. PP. sic habere etiam in principio. et sic scribitur urbis huius nomen supra vv. *Δέδμασα* et *Κάνδασα*· et gentile *Πηγασεὺς* v. *Μέδμασος*. Rursus *Πήδασα*, nam sic ibi legendum non *Πόδασα*, legitur v. *Κύρβασα*.

— *Ἔστι δὲ καὶ ἑτέρα Πηδασὸς ὑπὲρ τὴν Ἴδην, ἣν Ἀχιλλεὺς ἐπόρθησεν*] Strabo d. l. *Ἕτεροι μὲν τοίνυν τῶν Καρῶν ὑπῆρξαν· ᾤκουν δὲ μεταξὺ τῶν ὑπὸ τῷ Αἰνείᾳ καὶ τῶν καλουμένων ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ Κιλίκων· ἐκπορθηθέντες δὲ ὑπὸ τοῦ Ἀχιλλέως, μετέστησαν εἰς τὴν Καρίαν καὶ κατέσχον τὰ περὶ τὴν νῦν Ἁλικαρνασσὸν χωρία. Ἡ μέντοι νῦν ἐκλειφθεῖσα ὑπὸ αὐτῶν πόλις Πηδασὸς οὐκέτ' ἐστίν. Diversi ergo a Caribus Leleges, habitabant inter Aeneae regionem et Cilices poëtae: ab Achille autem evastati in Cariam transiverunt et occupaverunt, quae circa Halicarnassum sunt loca. Urbs, qua excesserunt, Pedasus non extat amplius.* Vide Eustathium d. l. et Suidam. Herodotus lib. I. cap. 175. dicit prope *Πήδασα Cariae*, montem fuisse nomine *Λίδην*: sed qui nihil huc facit. 253 b

— *Ὁ πολίτης, Πηδασεύς· καὶ πατρωνυμικῶς, Πηδασίδης*] Pertinet huc et *Πηδασία*, Aristotelis Mirab. Auscult. c. 148.

*Πηλαγονία, μοῖρα Μακεδονίας. οἱ οἰκήτορες, Πηλαγόνες. Ἔστι δὲ καὶ ὄνομα κύριον*] Suidas: *Πηλαγονία, μοῖρα Μακεδονίας. Τὸ ἐθνικὸν, Πηλαγών. καὶ ὄνομα γίγαντος.*

*Πήλη, μικρὰ νῆσος. βαρύνεται δέ*] Non exprimit situm. Sed iuxta Clazomenas fuit.

*Πήληκες, δῆμος Λεοντίδος φυλῆς. ὁ δημότης Πήληξ.*

— *Καὶ θαυμαστὸν τοῦτο, ὅτι ὁ δῆμος πληθυντικῶς λέγεται, ἑνικῶς δὲ τὰ τοπικά*] Suidas tamen: *Πήληξ. Αἰσχίνης κατὰ Κτησιφῶντος, δῆμος τῆς Λεοντίδος.*

*Πήλιον, πόλις Θετταλίας. τὸ ἐθνικὸν, Πηλιεὺς, καὶ Πηλιώτης*] Eadem habes apud Eustathium ad Hom. Iliad. B. pag. 334.

— *Καλεῖται δὲ ἀπὸ τῆς Θέτιδος ἡ πόλις*] *Θετιδεῖον.*

— *Τὸ ἐθνικὸν, τὸ θηλυκὸν τοῦ ὄρους Πηλιὰς, καθὰ τοῦ Ἴλιον Ἰλιεὺς καὶ Ἰλιάς*] Apollonius lib. I. v. 581.

*Πηλιάδας δὲ παρεξήμειβον ἐρίπνας.*

*Φάλαννα, πόλις Περῥαιβίας.*

— *Λυκόφρων,*

*Γόνον, Φαλάνναν, ἠδ' Ὀλοσσόνων γύας*] Apud Lycophronem 339
v. 906. hodie legitur b

*Γόνον, Φαλανόν τ', ἠδ' Ὀλοσσόνων γυίας.*

et ne hesternam putemus hanc lectionem Tzetzes ibi vetat, apud quem: *Φάλανος καὶ Ὀλοσσών, πόλεις ἠπείρου καὶ Θεσσαλίας.* Unde id saltem videmus iam olim discrepasse exemplaria: nam de Epiro suo more ineptit. Sed uti hic ita pariter scribitur apud Strabonem lib. IX. pag. 440. *Ἡ δὲ Φαλάννα Περῥαιβικὴ πόλις πρὸς τῷ Πηνειῷ πλησίον τῶν Τέμπῶν. Est autem Phalanna urbs Perrhaebica ad Peneum prope Tempe.* Item apud Livium lib. XLII. c. 54. Rursus Eustathius ad Iliad. *B.* pag. 333. tamquam ex Strabone: *Περῥαιβικὴ δὲ πόλις ἡ Φάλαννός φησι, πρὸς τῷ Πηνειῷ.*

*Φαλανναία πόλις Κρήτης*] Eadem cuius meminit voce praecedente.

*Φάληρον, δῆμος καὶ ἐπίνειον τῆς Ἀττικῆς.*

— *Καὶ πληθυντικῶς τὰ Φάληρα· Ξενοφῶν Ἱππαρχικῷ*] Apud Xenophontem Hipparch. pag. 959. ita legitur: *ἔτι δὲ καὶ τἄλλα, ὅσα ἐπιδεικνύναι δεῖ τῇ πόλει, ὅπως ἡ δυνατὸν κάλλιστα ἐπιδείξῃ, τά τ' ἐν Ἀκαδημίᾳ, καὶ τὰ ἐν Λυκείῳ, καὶ τὰ Φαληροῖ* (vulgo, *Φαλαροῖ*) *καὶ τὰ ἐν τῷ ἱπποδρόμῳ. Praeterea et alia quae civitati exhibenda sunt, ut quam pulcherrime pro viribus exhibeat; tum in Academia, tum Lyceo, et Phalero, et in hippodro-*

mo. At noster adverbium illud Φαληροῖ ineptissime in neutrum plurale convertit.

— Ἀπὸ γὰρ Φαλήρου, Φαληρεῖς ὀνομάζονται οἱ Ἀθηναῖοι] Meminit huius *Phaleri* Apollonius Rhodius l. I. v. 96.

ἐϋμμελίης τε Φάληρος,
Ἄλκων μιν προέηκε πατὴρ ἑός.
*et ad hastam bene exercitatus Phalerus,*
*Quem pater Alcon dimiserat.*

item Orpheus Argon. v. 142.

Ἄλκωνος δὲ Φάληρος ἀπ' Αἰσήποιο ῥοάων
Ἦλυθεν.
*Alconis vero filius Phalerus ab Aesepi fluentis*
*Venit.*

— Φαληροῖ, καὶ Φαληρικὸν] Diogenes Laërt. in Prooemio, de Musaeo: τοῦτον τελευτῆσαι Φαληροῖ, καὶ αὐτῷ ἐπιγεγράφθαι τόδε τὸ ἐλεγεῖον,

Εὐμόλπου φίλον υἱὸν ἔχει τὸ Φαληρικὸν οὖδας,
Μουσαῖον φθίμενον σῶμ' ὑπὸ τῷδε τάφῳ.
*Hunc in Phalero mortuum eiusque sepulchro hoc elegiacum fuisse inscriptum:*
*Eumolpi carum filium tenet Phalerica tellus*
*Musaeum corruptum corpore sub hoc tumulo.*

— Ἔστι πόλις ἐν Ὀπικοῖς εἰς ἣν ἐξεβράσθη Παρθενόπη ἡ Σείρην, ἣ καλεῖται Νεάπολις] Haec hausta ex Lycophrone v. 717. ubi de Parthenope:

Τὴν μὲν Φαλήρου τύρσις ἐκβεβρασμένην,
Γλάνις τε ῥεῖθροις δέξεται, τέγγων χθόνα.
*Unam quidem Phaleri arx expulsam*
*Glanisque terram humectans excipiet.*

840 quibus verborum involucris non civitatis sed conditoris nomen
a significari existimo: quod et Graecus Scholiastes Isacius advertit; quamvis hic imperitissime *Phalerum* cum Siculo Phalaride confundat. Ego potius Atticum heroëm intelligi credo *Aloonis* filium, Erechthei nepotem, quem inter Argonautas Apollonius et Orpheus commemorant, a quo Atticae vicus, Stephano teste, nomen accepit. Itaque hoc aenigmate Lycophron innuere voluit Neapolim Atticam esse coloniam. Nam et Strabo lib. v. testatur hanc civitatem praeter Chalcidenses etiam Athenienses colonos accepisse: quorum praecipuos ex *Phalero*, vico maritimo, fuisse existimo, qui perspecto commodissimo *Parthenopes* ad maritima negotia situ, sedes eo transtulerint. Nisi quis simpliciter Atticam regionem hoc aenigmate significari velit. Nam *Chalcidenses orti Atticis*, ut Paterculus ait, *Hippocle et Megasthene ducibus*

*Cumam in Italia condiderunt*, Cumani Neapolim. Sed priorem sententiam praefero.

— *Ἔστι καὶ Θετταλίας ἄλλη πρὸς τῇ Οἴτῃ*] *Φάληρον* inter *Lapithas* ponit Hesiodus in Scuto v. 180.

*Φαλώρη, πόλις Θετταλίας.*

— *Τὸ ἐθνικὸν, Φαλωρεὺς καὶ Φαλωρίτης.*] Hinc in Neronis nummo apud Goltzium: *ΦΑΛΩΡΙΤΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ.*

*Φαναγόρεια, πόλις Φαναγόρου.*

— *Ἐκράτησε δ' ὅμως Φαναγορείτης*] *Φαγαγορίτης* supra v. *Μυκάλη.*

*Φάναι, ἀκρωτήριον τῆς Χίου, ἀπὸ τοῦ ἐκεῖθεν ἀναφανῆναι τῇ Λητοῖ τὴν Δῆλον*] *Promontorium Chii*, item portus. Strabo lib. XIV. pag. 645. *Ἐν δὲ τῷ περίπλῳ δεξιὰν τὴν νῆσον ἔχοντι ἀπὸ τῆς πόλεως, πρῶτον μὲν ἐστὶ τὸ Ποσείδιον, εἶτα Φάναι λιμὴν βαθὺς καὶ νεὼς Ἀπόλλωνος καὶ ἄλσος Φοινίκων. Si ab urbe insulam circumvehare, eam ad dextram habens, primo est Posidium: deinde Phanae portus profundus, et templum Apollinis, ac palmarum lucus.* et Livius *Phanas* modo *Chiorum portum* modo *promontorium* vocat. Apud Pyrrhum Ligorium duo occurrunt nummi *ΦΑΝΕΑϹ ΠΟΛΕΩϹ* Gordiani Imperatoris, in quibus templum visitur impositum monti, quem aquila alis distentis sustinet. Idem Ligorius ex aliis Diadumeni nummis profert: *ΦΑΝΕΑϹ ΠΟΛΕΩϹ ΣΥΡΙΑϹ ΠΑΛΑΙϹΤΙΝΗϹ.* et eadem verba ex quodam Faustinae. Legitur item eadem inscriptio in alio nummo in corona laurea, in cuius aversa caput Apollinis coronatum conspicitur cum hac epigraphe: *ΑΠΟΛ. ΦΑΝ.* Vidi et apud Franc. Gotifredum nummum Antonini Pii insignem eandem inscriptionem continentem; *ΦΑΝΕΑϹ ΠΟΛΕΩϹ ΣΥΡΙΑϹ ΠΑ-* 34
*ΛΑΙϹΤΙΝΗϹ.* circum idem templum monti impositum. Item b
Heliogabali, in quo sub figura Iovis sedentis cum Victoria et cornu Copiae duo visuntur fluvii additis verbis: *ΦΑΝΕΑϹ ΠΟΛΕΩϹ ΣΥΡΙΑϹ.* Sic quoque apud eundem Gotifredum in M. Antonini nummo circum caput Iovis Serapidis. Unde ad *Phaneam* quoque hunc pertinere existimo M. Aurelii nummum, quem Aeneae Vici manu designatum vidi apud Illustrem Cassianum de Puteo, in quo circa caput Iovis Serapidis legitur. COL. *ΦΑ:ΛΙΑ.* ubi *ΦΑΝΕΑ* lectum olim puto. Neque enim satis felix in Graecis nummis legendis et explicandis Vicus fuit. In alio praeclaro Caracallae nummo in Mediceis Thesauris servato circum templum monti impositum: *ΑΥΡ. ΦΑΝΕΑϹ ΠΟΛΕΩϹ ΣΥΡ. ΠΑΛ.* quod meam coniecturam de nummo et colonia M. Aurelii confirmat. In alio Faustinae in iisdem Gazis circum Dianam Ephesiam: *ΦΑΝΕΑϹ ΠΟΛΕΩϹ ΣΥΡΙΑϹ. ΠΑΛΕϹΤ.* In alio

Macrini apud Franc. Gotifredum circum templum in monte: *ΦΑΝΕΑC ΠΟΛΕΩC ΣΤΡΙΑC.*

— *Ἔστι καὶ Φάνα ἑνικῶς, πόλις Ἰταλίας*] Est *Fanum Fortunae*, quae est Colonia *Fanestris*. Nam gentile *Fanestris*. Sed et alios *Fanestres* in Italia observo apud Aggenum de Limitibus agrorum pag. 75. Fuit et in Aetolia urbs hoc nomine, teste Pausania lib. x. pag. 640. cuius mentio in Oraculo ibidem relato:

*Οὕτω γάρ κεν ἕλοιτε Φάναν πυργήρεα κώμην.*
*Sicque Phana imperium vestrum turrita subibit.*

*Φανοτεὺς, πόλις Φωκίδος.*

— *Οἱ πολῖται, Φανοτεῖς, ὡς Δελφοὶ, καὶ Θούρειοι, τῷ οἰκιστῇ παραπλησίως*] Scribe: *Θούριοι.* Vide supra h. v.

— *Τινὲς Πανότειάν φασι*] Puto legendum, *Πανόπειαν.* Ita enim legitur apud Eustathium ad Iliad. *B.* pag 274. ex Strabone. Immo Henricus Valesius ad Polybii Excerpta pag. 24. dubitat an *Φανοτεῖς* et *Πανοπεῖς* iidem fuerint, quoniam Strabo Parapotamios vicinos facit *Phanotensibus* et Chaeronensibus, *Panopenses* Parapotamiis et Chaeronensibus Herodotus et Pausanias.

*Φάραθας, πόλις τῆς Γαλιλαίας.*

— *Τὸ ἐθνικὸν, Φαραθονίτης*] Hinc nummo Claudii Imperatoris apud Goltzium: *ΦΑΡΑΘΟΝΕΙΤΩΝ.*

*Φαραὶ, πόλις Μεσσήνης*] Nicandri Scholiastes pag. 66. *Φαρικὸν* provenire ait *ἐν Φάροις τῆς Ἀρκαδίας.*

— *Τὸ ἐθνικὸν τῆς Μεσσηνίας, Φαραῖτης, ὡς Θῆβαι, Θηβαῖτης καὶ Συκαὶ, Συκαῖτης*] Strabo lib. VIII. pag. 388. *Ἡ δὲ μὲν ἀπὸ ταύτης τῆς Φάρας, Φαριεῖς· οἱ δὲ ἐκ τῆς Μεσσηνιακῆς*
341 *Φαράται. Phara Dyme etc. contermina, eius incolae Pharienses*
a *dicuntur: cum sit et Messeniaca Phara, unde Pharatae.* Nec MSS. quidquam ibi variant. Sed manifestum, aliter Stephanum suo tempore apud Strabonem legisse, cum exemplis probet. Unde Sylburgius in notis ad Pausaniam pag. 273. Strabonem ex Stephano corrigit. Vide et Valesii notas ad Polybii Excerpta pag. 15.

— *Τῆς δ' ἐν Ἀχαΐᾳ Φαραιεῖς λέγονται*] Polybius lib. IV. pag. 345. *Ἐπήρατον Φαραιέα* commemorat Achaeorum Praetorem.

— *Καὶ κτητικὸν Φαραϊκὸς, ἀπὸ τοῦ Φαραῖος*] Strabo d. l. *Ἔστι δ' ἐν τῇ Φαραϊκῇ, Δίρκη κρήνη ὁμώνυμος τῇ ἐν Θήβαις.* *Est in Pharaica regione fons Dirce, Thebano cognominis.*

*Φαρὰν, πόλις μεταξὺ Αἰγύπτου καὶ Ἀραβίας. Τὸ ἐθνικὸν, Φαρανίτης*] Salmasius ad Solinum pag. 487. putat *Φαρὰν* et *Φαρανίτας* esse, quos posterior aetas appellavit *Μαρὰν* et *Μαρανί-*

τας, inter Heroopoliticum Sinum et Elaniten. De Theodoro *Pharan.* vide VI. Concil. Constant.

*Φάρβαιθος, πόλις Αἰγύπτου, ὁ πολίτης Φαρβαιτίτης*] Fuit sedes episcopalis, ut videre est ex subscriptione Concilii Nicaeni in Cod. Can. pag. 11. ubi corrupte legitur, Paratonii et *Parpheti.* Apud Epiphanium in Exposit. Cathol. fidei pag. 1093. *Φάρβηθος* dicitur.

*Φάρις, πόλις τῆς Λακωνικῆς· οἱ πολῖται, Φαρίται, ὡς Παυσανίας, καὶ Φαριάτης ὡς Σπαρτιάτης.*] Apud Pausaniam lib. IV. pag. 273. legitur in vulgatis exemplaribus *Φαραιάταις*, ubi Sylburgius corrigit *Φαραῖταις*· verum lib. III. pag. 161. *Φαρεῖται.*

— *Ὅμηρος,*

*Φάριν τε, Σπάρτην τε, πολυτρήρωνά τε Μέσσην*] Versus 582. Iliad. *B.* ubi alii *Φάρην* legebant; atque ita habebant pleraque exemplaria Eustathii temporibus, ipso teste pag. 292. quam lectionem ipse etiam probat, sumpto argumento ex gentili, ut enim *Σπαρτη, Σπαρτιάτης*, ita *Φάρη Φαριάτης.* Sed vide Pausaniam dicto loco.

*Φαρκιδῶν, πόλις Θεσσαλίας*] Scribendum, *Φαρκηδῶν* per *η*, uti patet ex gentilibus.

*Φαρμακοῦσσα, δύο νῆσοι πλησίον Σαλαμῖνος*] Scribe, *Φαρμακοῦσαι.*

— *Ἔστι καὶ ἄλλη ὑπὲρ Μίλητον ἡ ἐν ᾗ Ἄτταλος ἀνῃρέθη*] Scribe, *Μίλητον* cum simplici τ, et sic Strabo, unde haec desumpta.

*Φάρος, νῆσος ἐν τῷ Ἀδρίᾳ, ποταμὸν ὁμώνυμον ἔχουσα*] Extat hoc Diodori Epigramma in *Pharon ἀνέκδοτον*·

*Πύργος ὅδ' εἰναλίης ἐπὶ χοιράδος οὔνομα νήσῳ*
*Ταὐτὸν ἔχων ὅρμου σύμβολον εἰμὶ Φάρος.*

— *Ἔστι καὶ κτίσμα Φαρίων, ὡς Ἔφορος εἰκοστῷ ὀγδόῳ*] MSS. *κτίσμα Παρίων.* atque ita scribendum patet ex Marciani Heracleotae, ut vulgo vocatur, Periegesi v. 430. 341 b

*Φάρος δὲ τούτων οὐκ ἄπωθεν κειμένη*
*Νῆσος, Παρίων κτίσις ἐστίν.*
*Pharos vero his non procul sita*
*Insula, Pariorum opus est.*

Plinio lib. III. cap. 21. *Pharos, Paros ante.* Apud Graecum Scholiasten Epigramm. lib. IV. pag. 499. ex corrupta hac lectione videbis novam urbem exstructam: *καὶ Φάριον πόλις Περσική.* plane praeter Stephani mentem.

— *Φάρος δ' ὁ πρωρεὺς Μενελάου ἐν τῇ νήσῳ δηχθεὶς ὑπὸ ὄφεως, ἐτάφη*] Id de Canobo fertur Eustathio pag. 9. ad Dionysium. sed ad Homeri Odyss. *Δ.* pag. 1500. eandem hanc histo-

riam de *Pharo* narrat, qui Caricum nauclerum eum fuisse ait, non Menelai gubernatorem.

*Φάρσαλος, πόλις Θεσσαλίας.*

— *Ἔστι καὶ Παμφυλίας πόλις*] Quae mox *Φασηλίς*.

— *Λέγεται καὶ Φαῤῥάλιος διὰ δύο ῥῥ, ὡς Μυῤῥίνη, καὶ πόῤῥω, καὶ ἐπὶ κόῤῥης*] Ultima verba Theocriti sunt ex Idyll. XIV. v. 34.

*Πὺξ ἐπὶ κόῤῥας*
*Ἤλασα, κἄλλαν αὖθις.*
*pugnum in faciem*
*Impegi, et rursus alium.*

*Φαρύγαι, πόλις Λοκρίδος, ἣν Ὅμηρος Τάρφην καλεῖ*] Apud Strabonem lib. IX. pag. 426. *Ἡ δὲ Σκάρφη κεῖται ἐφ' ὕψους διέχουσα σταδίους εἴκοσι, χώραν δ' εὔκαρπον καὶ εὔδενδρον ἔχει. ἤδη γὰρ καὶ αὕτη ἀπὸ τοῦ δάσους ὠνόμασται· καλεῖται δὲ νῦν Φαρύγαι.* (atque ita Eustathius iam in suis codicibus legerat: sed Isaacus Casaubonus rectissime docet ex hoc Stephani loco pro *Σκάρφη*, quam Geographus iam ante commemoraverat, substituendum *Τάρφη*.) *Tarphe in sublimi iacet, stadiis distans viginti, agrum habet frugum et arborum feracem* (*nam et haec a densitate nomen habet*) *hodie dicitur Pharygae.* Sed mox apud eundem Strabonem pro, *ἀπὸ τῆς ἐν Φαρύγαις τῆς Ἀργείας.* MSS. *ἀπὸ τῆς Φαρυγῆς.* num legendum, *ἀπὸ τῆς Φάρυγος*, nam ita Eustathius ad Odyss. *I.* pag. 1635. innuit, *Φαρύγας* a *Φάρυγος* appellatam.

— *Οἱ μὲν ἀπὸ τῆς ἐν Φαρύγαις Τάρφης τοὔνομα*] Videtur scribendum, *ἐν Φαρύγαις κρήνης.* Vide supra v. *Τάρφη.* aut potius, ut MSS. *κρήνης Τάρφης.*

*Φασαηλὶς, πόλις τῆς Ἰουδαίας, ἀπὸ Ἡρώδου κτισθεῖσα τοῦ πρώτου βασιλέως τῆς χώρας, τῷ ὀνόματι τοῦ ἀδελφοῦ, ὡς Ἰώσηπος ἐν α τοῦ πρὸς Ῥωμαίους πολέμου*] Iosephus l. I. de Bello Iud. c. 16. *Φασαήλῳ δὲ τῷ ἀδελφῷ τὸν ἐν Ἱεροσολύμοις ὁμώνυμον πύργον· οὗ τό τε σχῆμα, καὶ τὴν ἐν τῷ μεγέθει πολυτέλειαν διὰ τῶν ἑξῆς*
342 *δηλώσομεν. καὶ πόλιν ἄλλην κτίσας κατὰ τὸν ἀπὸ Ἱεριχοῦς ἰόντων*
a *αὐλῶνα πρὸς βορέαν, Φασαηλίδα ὠνόμασεν. Fratrique Phasaëlo turrim cognominem Hierosolymis aedificavit, cuius et in magnitudine liberalitas postea declarabitur: aliamque civitatem in regione, qua ab Hierichunte in boream itur, quam Phasaëlidem vocavit.* Hinc Suidas: *Φασάηλος, ὄνομα κύριον.*

*Φασηλὶς, πόλις Παμφυλίας, ἡ πρότερον Πιτύουσσα καὶ ὕστερον Φάσηλος*] Salmasius: *καὶ ὕστερον Φάσηλος.*

— *ὁ πολίτης, Φασηλίτης*] Dionysius *Φασιλήτης* in vita Nicandri male scribitur, pro *Φασηλίτης.*

— *Θεοδέκτης δ' ἦν γένος, Φασηλίτης, υἱὸς Ἀριστάνδρου, κάλλει διαφέρων, ὃς ἐποίησε τραγῳδίας ν'*] Athenaeus lib. XIII.

pag. 566. Σωκράτης δ' ὁ φιλόσοφος ὁ τῶν πάντων καταφρονῶν, τοῦ Ἀλκιβιάδου κάλλους οὐχ ἥττων ἐστίν· ὡς καὶ ὁ σεμνότατος Ἀριστοτέλης τοῦ Φασηλίτου μαθητοῦ. *Socrates philosophus, cum omnia despicaretur, Alcibiadis palchritudini fuit impar: ut et gravissimus Aristoteles, discipuli Phaselitae.*

— Καὶ λόγους ῥητορικοὺς ἐπῶν] Puto scribendum δι' ἐπῶν. Suidas enim habet, ἐν μέτρῳ. aut post ἐπῶν excidit numerus.

— Ἐν δὲ χθὼν ἱεραῖς] Ita etiam Suidas. Non constat versus.

— Ὀκτὼ ἀκηράτους] An ἀκηρύκτους? Claudius Salmasius.

— Ἡρωδιανὸς δὲ μόνος νῆσόν φησι] Hic quoque peninsulam intelligere oportet, quia sita erat in promontorio, et ut Cicero ait in Verrinis, *longe proiecta in altum:* quo loco egregie de situ huius civitatis: quam a Lyciis habitatam, ibidem testatur.

— Καὶ προπαροξύνεσθαι] Sic Eustathius ad Dionysium p. 112. Καὶ Φάσηλις προπαροξυτόνως, ἡ ποτὲ Φάρσαλος.

Φασήλουσσαι, δύο νῆσοι Λιβύης, πλησίον Σίριος ποταμοῦ] Supra v. Σίρις non meminit.

Φάσις, πόλις τῆς Αἴας, πρὸς τῷ Φάσιδι ποταμῷ ἐν Κόλχοις] Aristophanis Scholiastes ad Acharn. pag. 406. Ἔστι καὶ πόλις τῆς Σκυθίας Φάσις, ὁμώνυμος τῷ ποταμῷ. Meminit et Scylax.

— Ἐκτίσθη δὲ ὑπὸ Μιλησίων] Heraclides in Fragm. Politiarum: Φάσιν ὡς τὸ ἐξαρχῆς Ἡνίοχοι κατῴκουν φῦλον ἀνθρωποφάγον καὶ ἐκδεῖρον τοὺς ἀνθρώπους· ἔπειτα Μιλήσιοι. *Phasin initio habitarunt Heniochi, gens immanis cui homines excoriatos vorare in more positum erat: postea Milesii.*

— Τὸ ἐθνικὸν Φασιάτης, καὶ Φασιατικός] Scribe: Τὸ κτητικὸν Φασιάτης καὶ Φασιανικός, ut extat apud Aristophanem in Avibus, et citat exinde Suidas.

— Καὶ Φασιανός] Φασιανὸν λίνον ob tenuitatem commendatur a Xenophonte lib. de Venat. 342 b

— Ἔστι καὶ ἄλλος ποταμός, Φάσις ἐν τῇ Ταπροβάνῃ] Tertium quoque *Phasin* ad Maeotidis ostium commemorat Orpheus in Argonaut. v. 1050. hunc enim fluvium una cum Sarange insulam Poeanthem circumdare scribit. Quamvis ego nequaquam id proprium insulae nomen esse existimem, sed herbidam seu herbis virentem insulam intelligi, quod ex seq. v. 1052. manifeste apparet; quae eadem mihi esse videtur, quam Corocondamen alii vocant ad ipsum Maeotidis ostium. Itaque *Phasis* hic ab Orpheo vocari videtur, qui ab aliis *Hypanis* dicitur, ut et vice versa Plutarchus de Fluminibus testatur *Phasin* a quibusdam *Hypanin* fuisse appellatam.

*Φατρία, ἐξ ἧς οἱ φράτορες λέγονται*] Vide Suidam vv. *Φατρία* et *Φράτορες*.

— *Οἱ ἐκ τῆς φατρίας τῆς αὐτῆς ὄντες, ὅ ἐστι τρίτης φυλῆς*] Scribe: *ὅ ἐστι τρίτον φ.* Sic Eustathius ad Homeri Iliad. *B.* pag. 239. et Iliad. *I.* pag. 735.

— *Ἣν τινες τριττὺν λέγουσιν*] Scribe *τριττύν.* Uti patet ex Harpocratione v. *Γέννηταὶ*, Suida et Eustathio d. l.

— *Ἐλέγετο δὲ φράτηρ καὶ φράτωρ*] Meminit posterioris inscriptio vetus apud Iulium Capacium in Histor. Neap.

*ΕΥΜΗΛΟΝ. ΘΕΟΝ. ΠΑΤΡΩΟΝ*
*ΦΡΑΤΟΡΣΙΝ. ΕΥΜΕΛΙΔΩΝ*
*Τ. ΦΛΑΥΙΟΣ. ΠΙΟΣ*
*ΦΡΟΝΤΙΣΤΗΣ ΑΝΕΘΗΚΕΝ*
*ΣΥΝ. Τ. ΦΛΑΥΙΩΙ. ΤΕΚΝΩΙ*

— *Ἀλλὰ τὸ μὲν φράτηρ ἀρχαῖον μετὰ τῆς αὐτοῦ κλίσεως*] Eustathius ad Homeri Iliad. *B.* pag. 239. *Αἴλιος δὲ Διονύσιος, ἐν τῷ κατ' αὐτὸν ῥητορικῷ λεξικῷ, φησί· Φατρία, ἣν Ἴωνες πατριάν. καὶ ὅτι φράτορες, οἱ τῆς αὐτῆς φατρίας. οἱ δὲ ἀρχαῖοι, φράτερας φασὶ διὰ τοῦ ἑ. οὐ φησὶν ἡ ὀρθὴ, Φράτηρ.*

— *Λέγεται καὶ φάτριον τόπος, ἐν ᾧ οἱ τῆς αὐτῆς φατρίας συνήγοντο*] Apud Eustathium male utrobique scribitur, *φράτιον.*

— *Φατριάζειν ἔλεγον, τὸ ἐν τῷ φατρίῳ εὔχεσθαι, ὅ ἐστι τὸ τῆς φρατρίας ἔθος*] Habebat enim quaeque *tribus* deos peculiares seu tribules, quos privatim praeter publica et patria numina colebant, ut testatur Pausanias in Atticis. Vide Capacium Histor. Neap. pag. 35. et 237. Habebant etiam singulae *tribus* suos flamines, quos *ἱεροσκόπους* vocabant, apud eundem pag. 37. Praeerat singulis *φρητρίοις* sive *φατρίοις φρήταρχος* ut lapis antiquus Neapol. sive *φρατριάρχος*, ut Suidas, Latinis *Curio.* Adi eundem Capacium pag. 76. et 238. Pro *εὔχεσθαι* autem omnino legendum
343 *εὐωχεῖσθαι.* Athenienses enim Apaturii festum triduo celebrabant;
a primo die, ut ait Suidas: *οἱ φράτορες ὀψίας συνελθόντες εὐωχοῦντο. luculenter epulabantur:* secundo sacrificabant Iovi *φρατρίῳ* et Minervae: tertio liberos suos inscribebant *εἰς τὰς φρατρίας.* Vide Ioan. Meursium Graec. Feriat. v. *Ἀπατούρια*, ubi Xenophontis, Herodoti, Aristophanis et Tertulliani loca de hoc convivandi ritu adducit. Morem hunc a Graecis acceptum etiam Romulus in suam civitatem introduxit qui sacra cuique curiae partitus est, sumptibus ex aerario publico decretis, ubi et epulum curialibus festis diebus praebebatur in aula cuique curiae propria. Hinc *ἀφρήτωρ* Homero. *Ἐν τῷ φατρίῳ* erat ara [illegible] *φατρίου*, quam pater filium *εἰς τὴν φρατρίαν εἰσαγαγὼν* [illegible]

jurabat filium illum esse legitimum. Demosthenes ἐν τῷ πρὸς Μακάρτατον. Vide Sam. Petitum Legibus Atticis pag. 146. hinc etiam φρατορικὸν γραμματεῖον apud eundem Demosthenem, de quo idem Petitus ad eundem pag. 153.

— Καὶ κίνημα τοῖς Ῥωμαίοις καὶ τοῖς τούτων ἱστορικοῖς] Φρατρία apud rei militaris scriptores pro seditione sive factione accipitur et coniuratione, ut egregie docet Rigaltius in Gloss. Tactico, ut in illo Mauricii: εἴ τινες utitur Anna Comnena lib. v. pag. 87. Περὶ φρατρίας extat insignis locus apud Proclum in Timaeum lib. I. pag. 27.

— Ἐλέγοντο δὲ καὶ φράτραι, καὶ φάτραι] Apud Homerum Iliad. B. v. 363.

Ὡς φρήτρη φρήτρηφιν ἀρήγῃ.
*Ut tribus tribui auxilietur.*

Apud Herodotum lib. I. cap. 125. Ἐν τοῖσι καὶ Ἀχαιμενίδαι εἰσὶ φήτρη, ἔνθεν οἱ βασιλέες οἱ Περσεῖδαι γεγόνασι. *In quibus et Achaemenidarum tribus est, unde reges Persidae sunt oriundi.* In antiquis lapidibus φρητρία et φρητία. In veteri lapide θεοῖς φρητρίοις, et in alio φρήτορσι θεοῖς. ita Ζεὺς φράτριος καὶ Ἀθηνᾶ φρατρία. In Excerptis Dionis pag. 770. ex veteri Glossario Nomico: Λέγονται δὲ καθ' Ἕλληνας αἱ κυρίαι φρατρίαι καὶ φατρίαι. qui locus insignis, sed longior quam ut adscribi debeat. In antiqua inscriptione apud Gruterum pag. 215. legitur PHETRIUM. quod Gutherius lib. II. de vet. iur. Pontif. pag. 270. de signo non de loco accipit. Sed inscriptio illa multo auctior extat apud Manutium in Orthogr. pag. 283. unde liquido patet locum vel aedificium fuisse.

Φέα, πόλις τῆς Ἠλείας] Scholiastes Homeri MS. apud Riccardos: Φειὰ πόλις τῆς Ἠλιδος· οἱ δὲ τῆς Ἀρκαδίας, παρ' ἣν ὁ Ἰάρδανος ῥεῖ. ἀλλὰ καὶ ἡ Φειὰ παραθαλάσσιος καὶ Ἰάρδανος οὐχ ὁρᾶται ποταμὸς αὐτόθι. ἄμεινον οὖν ὡς ὁ Δίδυμος Φυρᾶς περὶ τεῖχος καὶ Δαρδάνου ἀμφὶ ῥέεθρον. οὕτω γὰρ καὶ Φερεκύδης ἱστορεῖ.

— Ὅμηρος διὰ τοῦ ι·
Φειᾶς παρ' τείχεσσι] 343 b

Eustathius ad Iliad. H. pag. 671. ubi ad verbum haec transscripsit, Ὅμηρος μετὰ τοῦ ι. Idem ad Iliad. B. pag. 327. Φειαί. Apud Thucydidem lib. II. pag. 116. quater scribitur Φειά.

Φελλεὺς, ὅρος τῆς Ἀττικῆς] Vide Harpocrationem v. Φελλέα. et Suidam vv. Φελλὰ et Φελλεῖς.

— Τάχα δ' οὐ μόνης τῆς Ἀττικῆς, ἀλλὰ παντὸς τοῦ τόπου ἔχοντος ἐπιπολῆς μὲν πέτρας, ὑπὲρ ταύτης δὲ γῆν λιπαρὰν καὶ πρὸς ἐλαιοφυτείαν] De huius agri qualitate videndus Plato in

Critia pag. 111. unde hic locus effictus videtur. Ostendit autem hunc lapidosum fuisse.

*Φενέβηθις, πόλις Αἰγύπτου*] Apud Suidam scribitur *Φαινέβυθις. Ὡραπόλλων Φαινεβύθεως κώμης τοῦ Πανοπολίτου νομοῦ, γραμματικός. διδάξας ἐν Ἀλεξανδρείᾳ καὶ ἐν Αἰγύπτῳ. Horapollo ex Phaenebythide pago Panopolitanae praefecturae. Grammaticus, qui docuit Alaxandriae et in Aegypto.* Ortelius hanc Valentini haeretici patriam facit ex Epiphanio. Sed is Valentinum *Φρεβωνίτην τῆς Αἰγύπτου παραλιώτην* fuisse scribit, cum Panopolitana Praefectura longissime a mari abfuerit.

— *Τὸ ἐθνικὸν τῷ συνήθει χαρακτῆρι καὶ Φενεβηθίτης*] Puto *καὶ* delendum.

— *Οὕτω γὰρ ὥρα πολλῶν, ὁ φιλόσοφος, ἐχρηματίζετο*] MSS. *οὕτω γὰρ Ὡραπόλλων.* atque ita legendum. Vide Suidam v. *Ὡραπόλλων.* Fuit Grammaticus illo teste, et extant eius Hieroglyphica.

*Φενεὸς, πόλις Ἀρκαδίας*] Sic Suidas. Apud Callimachum in Delum v. 71. *Φεῦγεν δ' ὁ γέρων μετόπισθε Φεναιός.* Ita enim per diphthongum scribitur. Ubi Scholiastes: *Φεναιός· πόλις Ἀρκαδίας ἀρχαία.*

— *Οἵ Φενεόν τ' ἐνέμοντο καὶ Ὀρχομενόν*] Homeri Iliad. *B.* v. 605.

— *Ἔστι δ' ἡ πόλις τῆς Ἀζανίας*] Supra *Ἀζανία, μέρος τῆς Ἀρκαδίας.* Quare videtur eadem. Aelianus lib. III. de Animal. cap. 38. meminit lacus *ἐν Φενεῷ.* et lib. IV. cap. 5. formicas *ἐν Φενεῷ τῆς Λακωνικῆς* albas scribit.

— *Ὁμορεῖ δὲ ἐκ τῶν πρὸς βορὰν μερῶν τῇ Κλιτορίᾳ*] Scribe, *Κλειτορίᾳ.*

— *ἐν δὲ τῷ πρὸς ἄρκτους Ἀγείροις καὶ Πεληνίταις, Ἀχαϊκαῖς πόλεσι*] Videtur scribendum *Πελληνίταις.* est enim a *Πελλήνη.* Sed cum isthic neget huiusmodi *ἐθνικὸν* formari et *Αἰγείροις* sit ipsum nomen, non gentilitium, puto hoc loco legendum: *καὶ Πελλήνῃ, ταῖς Ἀχαϊκαῖς π.* Idem notavit etiam Cl. Salmasius.

*Φεραὶ, πόλις Θεσσαλίας.*

— *Οἵ τε Φερὰς ἐνέμοντο παραὶ Βοιβηΐδα λίμνην*] Homeri Iliad. *B.* v. 711.

— *Ἀπὸ Φέρητος τοῦ Κρηθέως*] Scholiastes Apollonii ad
344 lib. I. v. 49. *Αἱ Φεραὶ ὠνομάσθησαν ἀπὸ Φέρητος τοῦ Κρηθέως*
a *τοῦ Ἀδμήτου πατρός.*

— *Ἡ Φερᾶς τῆς Αἰόλου θυγατρός.*] Ita Tzetzes ad Lycophronem pag. 176. et Eustathius ad Iliad. *B.* pag. 327. ubi male *Κριθέως.*

— *Ὁ πολίτης, Φεραῖος*] Apud Pyrrhum Ligorium extat

nummus *ΦΕΡΑΙΩΝ*, cum capite et arcu Dianae. Apud Orpheum in Argon. v. 173. *Ἄδμητος δ' ἀφίκανε Φεραιόθεν.* et rursus v. 221.

— *Καὶ Φεραία*] In Issa, insula maris Adriatici, in veteri lapide legit Cyriacus Anconitanus: *ΑΡΤΕΜΙΔΙ ΦΕΡΑΙΑΙ ΚΙΝΤΟΣ ΔΡΩΝΟΝ.* Hunc Dianae cultum confirmat nummus modo adductus.

— *Ἔστι καὶ διὰ τοῦ η*] Suidas: *Φηρὴ καὶ Φηρὰ ὄνομα πόλεως· καὶ Φηρίτης ὁ πολίτης.* vide Eustathium ad Iliad. *B.* pag. 327. et Tzetzem ad Lycophronem pag. 95.

— *Τὸ ἐθνικὸν Φεραῖος*] Videtur: *Φηραῖος.*

*Φηγαία, δῆμος τῆς Αἰγηΐδος φυλῆς.*

— *Τὰ τοπικὰ ἐκ Φηγαίων, εἰς Φηγαίων, ἐν Φηγαίων*] Cl. Salmasius legit, *Φηγαιέων.* recte.

*Φήγεια, πόλις Ἀρκαδίας.*

— *Οἱ πολῖται, Φηγεῖς*] Cl. Salmasius: *Φηγειεῖς.* ut *Τρίτεια* et *Τράφεια.*

*Φηγοῦς, δῆμος Ἐρεχθηΐδος φυλῆς*] Meminit supra v. *Ἁλαὶ Ἀραφηνίδες.*

— *Ὁ δημότης, Φηγούσσιος*] Scribe: *Φηγούσιος.* sic enim per simplex σ cetera huius generis, *Ῥαμνοῦς, Μυῤῥινοῦς.*

*Φημίαι, πόλις τῆς Ἀρναίας.*

— *Τὸ ἐθνικὸν, Φημαῖος*] Cl. Salmasius: *Φημιαῖος.* recte.

*Φθειροφάγοι, ἔθνος· Στράβων ἑνδεκάτῃ*] Apud Strabonem scribuntur *Φθειροφάγοι.* Herodotus similes in Libya commemorat et Arrianus in Periplo Ponti ex Herodoto.

*Φθία, πόλις, καὶ μοῖρα Θετταλίας.*

— *Ἐκλήθη δὲ ἀπὸ Φθίου Ποσειδῶνος καὶ Λαρίσσης*] Scribe uti et Salmasius notavit, *ἀπὸ Φθίας γυναικὸς ἢ Φθίου υἱοῦ Π. κ. Λ.* ex Eustathio ad Homeri Iliad. *A.* pag. 71. qui et hoc addit, Aelianum *Phthiae* virginis meminisse, cuius amore captus Iupiter in columbam se transformarit. Locus est lib. I. Var. Hist. cap. 15. Eundem hunc de *Phthia* locum repetit Eustathius ad Iliad. *B.* pag. 320. ubi eodem modo *Φθίας* non *Φθίου* legitur: sed in sequenti divisione Thessaliae male illic legitur: *Φθιῶτιν, Αἰῶτιν, Πελασγιῶτιν, καὶ Θετταλιῶτιν* pro *Φθιῶτιν, Ἐστιαιῶτιν* etc. uti ex Strabone tum hoc Stephani loco colligitur. Apud Pindari Scholiasten exstant Hesiodi versus:

*Ἦ οἴη Φθίη χαρίτων ἀπὸ κάλλος ἔχουσα*
*Πηναιοῦ παρ' ὕδωρ καλὴ ναίεσκε Κυρήνη.*

— *Στράβων δὲ εἰς τέσσαρα διαιρεῖ τὴν Θεσσαλίαν, Φθιῶτιν,* 344
*Ἐστιαιῶτιν, Θετταλιῶτιν, Πελασγιῶτιν*] Vide Suidam v. *Τεττάρων μερῶν ὄντων καὶ Θετταλίας.* b

— *Ὁ πολίτης, Φθιώτης καὶ Φθιῶτις τὸ θηλυκόν*] In duobus nummis apud Goltzium legitur, *ΦΘΙΩΤΙΔΩΝ.*

— *Καὶ Φθίος, ἀφ' οὗ Φθίοι*] *Φθῖος* Eustathius: puto ut *Χῖος.*

— *Καὶ Φθίες*] *Φθιεῖς* potius.

— *Εὕρηται καὶ Φθιὰς θηλυκῶς, παρ' Εὐριπίδῃ ἐν Ἀνδρομάχῃ· Φθιὰς ὅμως*] Idem *Euripides* in Rheso v. 237.

*Φθιάδων δ' ἵππων ἐπὶ*
*Ἄντυγα βαίη.*
*Phthiorum vero equorum in*
*Currum adscendat.*

Locus autem *Andromachae*, quem Stephanus respicit, est in primo choro v. 119.

*Φθιὰς, ὅμως ἔμολον ποτὶ σὰν Ἀσιήτιδα γένναν.*
*Ego Phthia, tamen veni ad te Asiaticum genere.*

*Φθίρα, ὄρος Καρίας. Οἱ κατοικοῦντες, Φθίρες*] *Φθίρ, ὄρος K.* legit Eustathius ad Iliad. *B.* pag. 368. Strabo lib. XIV. *Φθειρῶν ὄρος* scribit, qui ex Hecataeo probat esse eundem cum *Latmo* monte.

*Φία, πόλις τοῖς περὶ μάχην Μεσσηνίοις καὶ Λάκωσιν*] MS. *τῆς περὶ μάχην.* Claudius Salmasius: *ἡ περιμάχητος.* Eustathius, qui hunc locum profert ad Iliad. *H.* pag. 671. habet, *τῶν περιμάχων Μεσσηνίοις καὶ Λάκωσιν.* Unde existimo legendum *τῶν περιμαχήτων M. κ. Λ.* Vide supra v. *Δελθάνιοι.*

— *Τὸ ἐθνικὸν, Φιεύς*] Apud Eustathium d. l. male scribitur, *Φιεύς.*

*Φιγαλέα, πόλις Ἀρκαδίας*] Apud Pausaniam *Φιγαλία* scribitur et *Φιγάλεια·* sed apud Tzetzem in Lycophronem pag. 44. *Φιγαλέα* ut hic.

— *Μετωνομάσθη δὲ Φιάλεια δίχα τοῦ γ' ἀπὸ Φιάλου τινός*] Inde *Φιαλεῖς* apud Polybium lib. IV. pag. 342. Item in nummo Septimii Severi apud Pyrrhum Ligorium, in cuius aversa parte iuvenis alte succinctus sinistra thyrsum, dextra urceolum sive phialam gestans, pro epigraphe: *ΦΙΑΛΕΩΝ.* Item alius in quo urceus hinc inde cum uva et pampino eandem inscriptionem praefert.

— *Τὸ ἐθνικὸν τῆς προτέρας Φιγαλεύς*] Sic apud Lycophronem p. 44.

*Δαίμων ἐνόρχης Φιγαλεὺς φαυστήριος*

ubi Tzetzes *Φηγαλεύς* putat legendum, *παρὰ τὸ ἐν φηγοῖς καὶ ὄρεσιν ἅλλεσθαι.* addit tamen: *ἄλλοι δὲ δι' ἰῶτα γράφοντες, Φιγαλέα, λέγουσιν ἐν Ἀρκαδίᾳ τιμᾶσθαι Διόνυσον.* In priore Eustathium habet *ὁμόψηφον* ad Homeri Iliad. *H.* pag. 664. *ὑπονοεῖ-*

ται δὲ κατ' ἀλληγορίαν καὶ ὁ Φηγαλεὺς Διόνυσος, τῇ φηγῷ πα- 345
ρωνυμεῖσθαι διὰ τὰς ἀναδενδράδας ἀμπέλους. a

Φιδήνη, πόλις Ἀλβανῶν] Dionysio lib. II. Antiq. Ἀλβανῶν ἀπόκτησις. *Albanorum colonia.* Nam *Sabinorum* erat oppidum.

Φίκειον, ὄρος Βοιωτίας, καὶ διὰ διφθόγγου καὶ διὰ βραχέος τοῦ ι] Apud Hesychium corrigendum Φίκιον ὄρος Θηβῶν, pro Φικίων προσθηβῶν. Hesiodo in Scuto Herculis φίκιον ἀκρότατον. Vide ibi Tzetzen pag. 191.

— Τὸ ἐθνικὸν, Φικειεὺς] Addendum: καὶ Φικιεύς.

— Ἀργειεὺς] Scribe: Ἀργιεύς.

Φίλα, πόλις Μακεδονίας.

— Ἔστι καὶ νῆσος Αἰγύπτου] Φίλας Aegypti vel potius Aethiopiae urbem commemorat Heliodorus lib. IX. Aethiopic. pag. 430. unde apparet fuisse circa Syenen et habuisse smaragdi fodinas. Meminit quoque Olympiodorus apud Photium Cod. LXXX. ubi interpres nugatur. Idem observavit Thomas Reinesius lib. II. Var. Lect. cap. 5. pag. 155. supra v. Τάκομψος corrupte Φιλία pro Φίλα scribitur.

— Ἡρόδοτος τετάρτῃ, ἐπὶ τὸν ποταμὸν τὸν μέγαν ᾧ ὄνομα Τρίτων ἐστὶν ἐκδιδόντος ἐς λίμνην μεγάλην Τριτωνίδα.] Apud Herodotum lib. IV. cap. 174. hodie legitur: Κατήκουσι δὲ ἐπὶ ποταμὸν μέγαν τῷ οὔνομα Τρίτων ἐστί· ἐκδιδοῖ δὲ οὗτος ἐς λίμνην μεγάλην Τριτωνίδα· ἐν δὲ αὐτῇ νῆσος ἔνι τῇ οὔνομα Φλά. Ubi notat Φλά scribi hic Φίλα.

— Τῆς νήσου δὲ, Φιλάτης] Apud Senecam *Philetae*, Epist. 50. *Voluptates praecipue exturba et invisissimas habe, latronum more, quos Philetas Aegyptii vocant.* Ubi tamen vide Lipsium, qui aliam vocis originem ex Grammaticis adfert.

Φιλαδέλφια, πόλις Λυδίας, Ἀττάλου κτίσμα τοῦ Φιλαδέλφου] Scholiastes Graecus Epigramm. pag. 430. Φιλαδέλφεια πόλις Λυδίας ὑπὸ Ἀττάλου τοῦ Φιλαδέλφου κτισθεῖσα.

— Ἔστι καὶ τῆς Κεκαυμένης ὑπὸ Μυσῶν καὶ Λυδῶν κατεχομένη· Στράβων δυοκαιδεκάτῃ] Idem Scholiastes: Ἔστι δὲ καὶ ἡ Κεκαυμένη ὑπὸ Μυσῶν. Ipse Strabo, cuius verba sunt, lib. XII. pag. 579. Καὶ ἡ Κατακεκαυμένη δὲ ἣπερ ὑπὸ Λυδῶν καὶ Μυσῶν κατέχεται, διὰ τοιαῦτά τινα τῆς προσηγορίας τετύχηκε ταύτης· Ἥ τε Φιλαδέλφεια ἡ πρὸς αὐτῇ πόλις, οὐδὲ τοὺς τοίχους ἔχει πιστοὺς, ἀλλὰ καθ' ἡμέραν τρόπον τινὰ σαλεύονται καὶ διΐστανται. *Sed et Catacecaumene, quam Lydi et Mysi possident, Combustae appellationem caussis scilicet de talibus obtinuit: ac Philadelphia urbs in ea muros etiam tutos non habet: enim quotidie ii paene succutiantur ac fatiscant.* Ex quo loco patet apud Stephanum po-

tius scribendum: *Ἔστι δὲ τῆς Κατακεκαυμένης ὑπὸ Μυσῶν καὶ Λυδῶν κατεχομένης.* Nam hoc ad regionem, non ad urbem ipsam referendum.

345 b — *Καὶ τρίτη τῆς Συρίας ἐπιφανὴς πόλις, ἡ πρότερον Ἀμμανα*] Vide Eusebii et Hieronymi loca adducta e Lib. de Nominibus locorum in S. Scriptura, supra v. *Ῥαββαθαμμανα.* Ab hac autem *Philadelphia* regio vicina *ἡ Φιλαδελφηνὴ χώρα πέραν Ἰορδάνου* Epiphanio dicitur Haeres. LVIII. pag. 489. et Theodoretus ad finem cap. 1. Amos: *Ἐπὶ τὰ τείχη Ῥαββάθ. Ῥαββάθ καλεῖ τοῦ Ἀμμᾶν τὴν μητρόπολιν, ἡ νῦν ἐν τῇ Ἀραβίᾳ Φιλαδελφεία μὲν τῇ Ἑλλάδι φωνῇ, Ἀμμᾶν δὲ τῇ Σύρων προσαγορεύεται.* Idem habet ad Esaiae cap. XI. et Ezechielis cap. XXI. Eadem civitas supra ex Polybio *Ῥαββαθάμμανα.*

— *Ὁ πολίτης, Φιλαδελφεύς*] Apud Pyrrhum Ligorium duo sunt nummi: *ΦΙΛΑΔΕΛΦΕΩΝ ΚΟΙΛΗΣ ΣΥΡΙΑΣ.* In nummo Franc. Gotifredi ab una parte circa caput Apollinis laureatum *ΔΗΜΟϹ.* ab altera circum Minervam gestantem Victoriolam: *ΦΛ. ΦΙΛΑΔΕΛΦΕΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ.* Eodem modo in alio nummo simili apud eundem Gotifredum circum Dianam venatricem legitur, et in alio circum Leonem. Sic quoque Otacillae nummus apud Occonem pag. 446. ubi corrupte editur: *ΦΛ. ΦΙΛΑϹΕΛΦΕΩΝ.* pro *ΦΛ. ΦΙΛΑΔΕΛΦΕΩΝ.* Nec minus corrupte apud Erizum pag. 529. in Philippi Senioris nummo circum Herculem cum clava: *ΕΠΙ ΑΡ. ΜΑΞΙΜΙΑΝΟΥ. ΑΦΛ. ΦΙΛΑΔΕΛΦΕΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Sub Aur. Maximiano Flaviensium Philadelphensium.* Sic enim legendum.

*Φιλέας, χωρίον Βυζαντίου. Τὸ ἐθνικὸν, Φιλεάτης. τινὲς δὲ Φιλέαν· ἄλλοι δὲ Φινέαν γράφουσι*] Scymnus Chius in *Περιηγ.* v. 727.

*Τοῦ Ποντικοῦ γὰρ στόματός ἐστι πλησίον*
*Βυζαντίων χώρα Φιλέας καλουμένη.*
*Pontico enim ori est vicina*
*Byzantinorum regio Phileas dicta.*

Meminit et Cedrenus: ubi Salmasius notat errorem interpretis.

*Φίλιπποι, πόλις Μακεδονίας, οἱ πρότερον Κρηνίδες*] Excerpta Strabonis lib. VII.

— *Ἐκλήθησαν Φίλιπποι, καὶ αἱ Θῆβαι Θεσσαλίας*] Vide supra v. *Θῆβαι.*

— *Ὁ πολίτης Φιλιππεύς*] *Φιλιππήσιοι* in Novo Testamento, Theodoreto Serm. XI. Therapeut. *Φιλίππιοι.*

*Φιλιππόπολις, πόλις Μακεδονίας*] Haec antea *Δάτος* vel *Δάτον.* de quo supra. Vide Harpocrationem; et sic Collectio Geographica MS. Vat.: *Δάτος, ὕστερον Φιλίππου κρατήσαντος*

μετωνομάσθη Φιλιππούπολις. Apud Ligorium exstat nummus Domitiani, in cuius aversa circum mulierem capite turrito dextra Victoriam, sinistra spicas tenentem, ad cuius pedes fluvius iacet: ΦΙΛΙΠΠΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. Fluvius haud dubie Hebrus est. Ex hoc autem nummo patet *Philippopolin* iam fuisse ante Philippum Imperatorem, a quo hanc urbem conditam pertendit Leunclavius 346
Pandect. Hist. Turc. n. 33. Sed in aliis nummis antiquioribus Caesareae Philippi gentile legitur: ΚΑΙϹΑΡΕΩΝ ΦΙΛΙΠΠΟΠΟΛΙΤΩΝ. eoque forte quis Domitiani nummum referendum existimaret, ita fluvius ille Iordanes sit, ad cuius fontes posita est. Sed exstat etiam apud Franc. Gotifredum nummus Antonini Pii, in quo circum Herculis figuram cum clava et leonina legitur: ΦΙΛΙΠΠΟΠΟΛΙΤΑΝ. qui sine dubio ad Thraciam pertinet. Sic in nummo Septimii Severi circum Mercurium, et in alio Antonini Pii apud M. Ducem et Equitem de Puteo circum fluvium Hebrum: ΗΓΕ. ΓΑΡΓΙΛ. ΑΝΤΙΚΟΥ. ΦΙΛΙΠΠΟΠΟΛΙΤΩΝ. Sic quoque in alio eiusdem Antonini Pii nummo in Cimeliis Barberinis circa mulierem monti insidentem cum spica tritici: ΡΟΔΟΠΗ. in gyro: ΗΓΕΜ. Μ. ΠΟΝΤ. ϹΑΒΕΙΝΟΥ. ΦΙΛΙΠΠΟΠΟΛ. In nummo Vespasiani apud M. Ducem circum Imperatorem et figuram muliebrem: COL. AVG. IVL. PHILIPP. Sic quoque in nummo Neronis apud Franc. Gotifredum. In nummo Commodi Mediceo supra lupam lactantem Romulum et Remum: COL. PHIL. Sed cum Goltzius et Occo Philippi Imperatoris nummum proferant pag. 145. in quo ΦΙΛΙΠΠΟΠΟΛΙϹ ΚΟΛΟΝΙΑ legitur; crediderim civitatem hanc non quidem primam originem sed incrementum et novorum colonorum augmentum a Philippo Imperatore accepisse, eoque scriptorem anonymum Leunclavii deceptum fuisse. Olim *Eumolpias* dicta teste Ammiano. In magno et praeclaro Caracallae nummo in Gazis Mediceis circum mensam cum vase munerario, in quo duae palmae: ΚΟΙΝΟΝ ΘΡΑΚΩΝ ΑΛΕΞΑ. ΕΝ ΦΙΛΙΠΠΟΠΟΛΕΙ. et in alio simili apud Fr. Gotifredum: ΚΟΙΝΟΝ ΘΡΑΚΩΝ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΩΝ. et in alio insigni nummo eiusdem Caracallae in laudatis modo Gazis: ΚΟΙΝΟΝ ΘΡΑΚΩΝ ΑΛΕΞΑΝΔΡ. ΦΙΛΙΠΠΟΠΟΛ. et in alio maiori eiusdem Principis apud Eminentiss. D. Cardinalem Barberinum circum templum: ΚΕΝΔΡΕΙϹΕΙΑ ΠΥΘΙΑ ΕΝ ΦΙΛΙΠΠΟΠΟΛΙ ΝΕΩΚΟΡΩ. Ad quem inquirendum qui ludi Κενδρείσεια fuerint.

— *Φιλίππου τοῦ Ἀμύντου κτίσμα, ἐν τῷ Εὔρῳ*] Scribe: *ἐν τῷ Ἕβρῳ.*

*Φιλομήλιον, πόλις τῆς μεγάλης Φρυγίας. Στράβων δωδεκάτῃ. Τὸ ἐθνικὸν, Φιλομηλεύς*] In veteri nummo apud Emi-

nentiss. D. Cardinalem Barberinum supra geminum cornu copiae: ΦΙΛΟΜΗΛ. et infra: ΜΕΝΕΚΛΗΣ. in aversa caput Cereris conspicitur cum frumenti spica. Inter utrumque cornu Copiae Luna cum Stella, et subtus fulmen Iovis.

— Ὡς Δορυαλεύς] Scribe: Δορυλαεύς.

346 b Φίλυρες, ἔθνος πρὸς τῷ Πόντῳ, ἀπὸ Φιλύρας τῆς μητρὸς Κρόνου. Τὸ θηλυκὸν, Φιλυρὶς καὶ Φιλυρηΐς, πλεονασμῷ τοῦ η] Apollonius lib. II. v. 1235.

Νυκτὶ δ' ἐπιπλομένῃ Φιλυρηΐδα νῆσον ἄμειβον·
Ἔνθα μὲν οὐρανίδης Φιλύρῃ Κρόνος, εὖτ' ἐν Ὀλύμπῳ
Τιτήνων ἤνασσεν, ὁ δὲ Κρηταῖον ὑπ' ἄντρον
Ζεὺς ἔτι Κουρήτεσσι μετετρέφετ' ἰδαίοισιν,
Ῥείην ἐξαπάφων, παρελέξατο.
Nocte vero veniente praetervolarunt insulam Philyreida:
Ubi Saturnus Coeli filius cum Philyra, quando in Olympo
Regnabat in Titanes, sub antro vero Cretensi
Adhuc Iupiter educabatur cum Curetibus Idaeis,
Rheam decipiens concubuit.

Ubi Scholiastes Philyram Oceani filiam, Saturni coniugem, Chironis matrem dicit. Meminit quoque Philyrum Orpheus in Argonaut. v. 753.

Φιλωτέρα, πόλις περὶ τὴν Τρωγλοδυτικὴν, Σατύρου κτίσμα] Meminit Polybius lib. v. pag. 413. qui Φιλοτερίαν vocat, et situm eius ad lacum, quem Iordanes perfluit, egregie describit.

Φίνειον, τόπος τοῦ Πόντου, κτίσμα Φινέως] Erat ad Bosporum Thracium. Vide Gyllium lib. II. de Bosphoro cap. 22.

Φλάνων, πόλις καὶ λιμὴν περὶ τὴν Ἄψυρτον νῆσον.] Φλαουῶνα Ptolemaeo. Fuit Φλαυών, ut Latinis. Vide notata ad Ortelii Thesaurum v. Thalamon. In hac insula Gallus Caesar a Constantio est interfectus. Chronici Alexandrini auctor pag. 680. Gallum Caesarem ait occisum ἐν Ἴστρῳ τῇ νήσῳ. quod ex eorum auctorum sententia scriptum, qui Istrum fluvium hoc loco prope Istriam alio ostio in Adriam effluere crediderunt.

— Μετὰ δὲ τὴν Ἄλωον] Ptolemaeus: Ἀλοῦον.

— Καὶ πᾶς ὁ κόλπος οὗτος φλανωνικὸς καλεῖται] Salmasius: φλανωνιτικός.

— Ὡς Νέβρων, Νεβρωνίτης] Scribe: Νάρβων, Ναρβωνίτης.

Φλέγρα, πόλις Θρᾴκης, ἣν Εὔδοξος μετὰ ταῦτα Παλλήνην φησὶ κληθῆναι] Marcianus sive Scymnus Chius in Perieg. v. 640.

Μετὰ δὲ τὴν Ὀλυνθίων
Ἀρέθουσα, Παλλήνη τ' ἐπ' ἰσθμοῦ κειμένη.

*Ταύτην δὲ Φλέγραν τὸ πρότερον καλουμένην,*
*Τοὺς θεομάχους γίγαντας οἰκῆσαι λόγος.*
*Post vero Olynthiorum regionem*
*Arethusa, Palleneque in isthmo sita*
*Hanc vero Phlegram olim appellatam,*
*Qui adversus deos pugnarunt, gigantes habitasse ferunt.*

Vide supra ϟ. *Παλλήνη.*

*Φλεγύα, πόλις Βοιωτίας.* 347

— *Ὁ πολίτης, Φλεγύας καὶ Φλεγυεύς*] Suidas: *Φλεγύα, πόλις Βοιωνίας. ὁ ἀπὸ ταύτης, Φλεγύας, Φλεγύου.* vide supra vv. *Κράνωνν*, et *Γύρτων.* Scholiastes Nicandri ad Theriac. pag. 32. *Φλεγύας Phocidi* adscribit: *Φλεγυαῖον δὲ, διότι ἐν Φλεγύαις ἔθνει τῆς Φωκίδος φύεται. Φλεγύαι γὰρ ἔθνος Φωκίδος παρὰ Δελφοῖς ᾤκησαν. ἢ ἐπεὶ οἱ Δελφοὶ Ἀπόλλωνος ἱερὸν οἱ Φλεγύαι ἱδρύσαντο.* Sed ipse Nicander *Φλεγύας* ad *Boeotiam* referre videtur, ut apparet ex adiuncta mentione Melanis fluvii, ubi herba ab Aesculapio reperta fuit. Meminit et Hymni in Apollinem Auctor pag. 749.

*Ἶξες δ' ἐς Φλεγύων ἀνδρῶν πόλιν ὑβριστάων,*
*Οἳ Διὸς οὐκ ἀλέγοντες ἐπὶ χθονὶ ναιετάασκον*
*Ἐν καλῇ βήσσῃ, Κηφισίδος ἔγγυθι λίμνης.*
*Pervenisti autem ad Phlegyarum virorum urbem contumeliosorum*
*Qui Iovem non curantes super terram habitabant,*
*In pulchra valle Cephisidis prope lacum.*

In Oraculo Phoebus de Aesculapio, Orac. Vet. pag. 13.

*Ὃν Φλεγυηΐς ἔτικτεν ἐμῇ φιλότητι μιγεῖσα*
*Ἱμερόεσσα Κορωνὶς ἐνὶ κραναῇ Ἐπιδαύρῳ.*
*Quem Phlegycis peperit mihi venere mista*
*Amabilis Coronis in aspera Epidauro.*

— *Ἔστι δὲ τοῦ Φλεγύας καὶ Φλεγύης εὐθεῖα, καὶ Φλεγύς*] Cl. Salmasius legit: *Ἔστι δέ που Φλεγύας καὶ Φλεγύης εὐθεῖα κ. φ.* Eustathius ad Homeri Iliad. *N.* pag. 933. *Λέγονται δὲ οὐ μόνον Φλεγύαι ἀπὸ εὐθείας τῆς Φλεγύας, ὡς ὁ Μινύας, ἀλλὰ καὶ Φλέγυες, ἀπὸ τοῦ Φλέγυς Φλέγυος, ὡς νέκυος.*

*Φλιοῦς, πόλις Πελοποννήσου*] Ab aliis *Φλιαὶ* numero plurium vocantur: unde *Φλιάσιος.*

— *Ἡ πρότερον Ἀραιθυρέα καὶ Ἀράντεια, ἀπὸ Φλιοῦντος τοῦ Διονύσου καὶ Χθονοφύλης. Παυσανίας δὲ ἀπὸ φλίαντος*] Scribe: *καὶ Ἀραντία.* quomodo supra h. v. item apud Pausaniam lib. II. pag. 107. unde haec desumpta. Vide supra v. *Ἀραιθυρέα.*

— *Φιλήτας δέ φησι, Φλιοῦς πόλις ἐστὶ τοῦ Διονύσου φίλ* *

υἱὸς φλιοῦς, ἣν αὐτὸς ἐδείματο λευκόλοφος] Cl. Salmasius *Philetae* versus corruptos et confusos sic restituit:

*Φλιοῦς, ἡ πόλις ἐστὶ Διονύσου φίλος υἱός*
*Φλιοῦς, ἣν αὐτὸς δείματο λευκόλοφος.*

— *Ὠνόμασται δὲ παρὰ τὸ φλεῖν ὅ ἐστιν εὐκαρπεῖν*] Hesychius: *φλεῖ, γέμει, εὐκαρπεῖ, πολυκαρπεῖ. φλιοῦς, ἡ τῶν καρπῶν ἔκχυσις.*

*Φοιβία, πόλισμα Σικυωνίων*] Cogitavi aliquando an pro *Σικυωνίων* scribendum: *Σικελῶν*, aut *Σικελικόν*. Strabo enim lib. VI. pag. 258. dicit Dionysium Iuniorem Rhegii a patre suo destructi partem a se instauratam *Φοιβίαν* vocasse. Noster vero
347 more Graecorum posterioris seculi, inferiorem quoque Italiae
b partem *Siciliae* nomine passim appellat. Quam coniecturam etiam gentile Italicum confirmare videtur. Sed apud Pausaniam lib. IX. pag. 565. exstat *πόλισμα Σικυωνίων Φουβία*. ubi Interpres *Phoebia* vertit: quod hic intelligitur. Apud eundem Pausaniam lib. II. pag. 142. Legimus *τὴν Σαρωνίδα θάλασσαν* sive *Saronicum sinum* inter Atticam et Peloponnesum, antequam a Sarone rege hoc nomen accepisset *Φοιβαίαν λίμνην* fuisse appellatum.

— *Τὸ ἐθνικὸν, Φοιβίας, ἢ Φοιβιανός*] MS. *Φοιβία*. Salmasius: *Φοίβιος. Φοιβιὰς λίμνη* apud Eustathium Hesiodus.

*Φοινίκη, ἡ χώρα, ἀπὸ Φοίνικος γενικῆς.*

— *Ὁ δὲ φοίνιξ ἦν Ἀγήνορος παῖς*] Apud Homerum lib. I. *Φοίνιξ* filius *Ἀμύντορος Ὀρμενίδαο*. nisi hic alius intelligatur ab illo, quod verius; cum ab ipso Homero *Φοίνικες ἄνδρες* iam commemorentur. Scholia antiqua ad Platonis Epistolam ad Dionis amicos: *Φοίνικες ἀπὸ Φοινίκης χώρας· αὕτη δὲ ἀπὸ Φοίνικος τοῦ Ἀγήνορος καὶ Μερόπης τοῦ Νείλου.*

*Φοινικοῦς, πόλις Κρήτης· Ἔστι καὶ νῆσος πρὸς τῇ Λυκίᾳ. Ἔστι καὶ Φοινικοῦς λίμνη. Θουκυδίδης ὀγδόῃ*] Scribe: *λιμήν*. ex ipso Thucydide lib. VIII. pag. 578.

— *Τὸ ἐθνικὸν, Φοινικούντιος*] Apud Ligorium occurrit nummus Domitiani Imperatoris in quo circum Mercurium: *ΦΟΙNIKONTIΩN.*

— *Καὶ Φοινικούσσιος, ὡς Σελινούντιος καὶ Σελινούσσιος*] Scribe, *Φοινικούσιος* et *Σελινούσιος*. ut supra h. v. et aliis similibus.

*Φοιτίαι, πόλις Ἀκαρνανίας*] *Φοιτείαι* scribitur apud Polybium lib. IV. pag. 329. qui exserte *Αἰτωλίας* oppidum vocat. Unde aut Collector in culpa aut librarius: inde enim haec hausta sunt.

— *Ἀπὸ Φοιτίου τοῦ Ἀλκμαίωνος τοῦ Ἀμφιαράου*] Apud

Eusebium lib. VI. de Praeparat. Euang. cap. 7. extat oraculum datum *Alcmaeoni* de reditu in patriam, quod insigni vitio laborat:

*Νόστον, δίζηαι, πατρίην ἐς γαῖαν ἱκέσθαι*
*Ἀμφὶ Ἀρηαδίη.*

Ubi Interpres: *versus Areadiam*, ac si loci nomen esset. Sed non est dubium quin legendum una voce, *Ἀμφιαρηαδίη*, ut sit patronymicum nomen, quo *Alcmaeonem* appellat.

*Φολέγανδρος, νῆσος τῶν Σποράδων, ἀπὸ Φολεγάνδρου τοῦ Μίνωος*] Corrupte scribitur insulae huius nomen apud Hesychium *Φλέγανδρος*· apud Ptolemaeum *Φιλόκανδρος*· apud Plinium *Phalegandros*: nam etiam nostro tempore *Πολύκανδρος* dicitur, ut testatur Graecorum Nautica. Eam ergo *Φολέγανδρον* Antipater *αὐχμηρὰν* vocat in veteri Epigrammate *ἀνεκδότῳ*, quod scripsit

*Εἰς τὰς Κυκλάδας νήσους, ὅτι ἔκπαλαι ἦσαν ἔρημοι,* 348
*διὰ τὴν πολέμων συνέχειαν.* a

*Νῆσοι ἐρημαῖαι, τρύφεα χθονὸς, ἃς κελαδεινὸς*
*Ζωστὴρ Αἰγαίου κύματος ἐντὸς ἔχει,*
*Σίφνον ἐμιμήσασθε, καὶ αὐχμηρὰν Φολέγανδρον*
*Τλήμονες, ἀρχαίην δ' ὠλέσατ' ἀγλαΐην.*
*Ἦρ' ὑμᾶς ἐδίδαξεν ἕνα τρόπον ἡ τότε λευκὴ*
*Δῆλος ἐρημαίου δαίμονος ἀρξαμένη;*

— *Ἣν Ἄρατος Σιδηρίην ὀνομάζει, διὰ τὴν τραχύτητα*] Scribe: *Σιδηρείην*, ut apud Strabonem lib. X. pag. 484. et 488. in *Arati* versibus isthic adductis.

*Φολόη, πόλις Ἀρκαδίας ἀπὸ Φόλου τοῦ Κενταύρου*] Corruptum hoc nomen apud Philostratum Iuniorem in Iconibus pag. 862. in Nesso: ubi *Φιλόης* pro *Φολόης* male editur. Vide supra Epigramma Dionysii v. *Τραχίς*.

— *Τὸ ἐθνικὸν, Φολοεὺς, ὡς Λευκωνεὺς, Αὐτονοεύς*] Puto, *Ἀντινοεύς*.

*Φορβαὶ, πόλις τῶν ἐν Θεσσαλίᾳ Ἀχαιῶν. Τὸ ἐθνικὸν Φορβάντιος*] Ex gentili legendum videtur *Φορβάς*. atque ita Salmasius etiam. Puto a Phorbante, cuius meminit Homerus Hymno in Apollinem pag. 745.

*Φορεντανὸν, πόλις Ἰταλίας. Τὸ ἐθνικὸν, Φορεντανός. Στράβων πέμπτῃ*] Puto Stephanum aut Epitomatorem *Ferentinum* et *Ferentanos* Strabonis confudisse.

*Φορίεια, κώμη, Ἀρκαδίας. Τὸ ἐθνικὸν, Φοριεύς*] Scribe: *Φοριειεύς*.

*Φράασπα, Μηδίας πόλις· Κοάδρατος Παρθικῶν τετάρτῳ*] Supra, *Πράασπα*, eadem urbs.

*Φράγγοι, ἔθνος Ἰταλίας, τῶν Ἀλπέων ὀρῶν ἐγγύς*] Sui-

das: *Φράγκοι*, *Γερμανικοί*. Sunt *Franci*, quos imperite trans *Alpes* in *Italiam* ex *Germania* transfert. Cl. Salmasius pro *Ἰταλίας* legit *Γαλλίας*. ut auctorem culpa liberaret. Sed necdum eo tempore in Galliam transierant. De his vide locum Libanii in *Βασιλικῷ* pag. 69.

*Φρεάῤῥοι*, *δῆμος Ἀθήνησι τῆς Λεοντίδος φυλῆς*, *ἀπὸ Φρεάρου*] Meursius ex Hesychio et Plutarcho scribit: *Φρεαροι*. Vide Harpocrationem v. *Ἐν Φρεάττοι*. Sed illud tribunal diversum videtur.

— *Ὁ δημότης*, *Φρεάῤῥιος*] *Φρεάριος* legit idem Meursius. Sed Harpocration, Suidas et Etymologici Auctor, aliique ut Stephanus.

*Φρέγελλα*, *πόλις Ἰταλίας*.

— *Τὸ ἐθνικὸν*, *Φρεγελλανός*, *ὡς Διονύσιος ἕκτῳ Ῥωμαϊκῆς Ἀρχαιολογίας*] Non extat, teste Cluverio, qui *ἑκκαιδεκάτῳ* legit: ex eo enim libro Excerpta Legationum id citant.

*Φρίκιον*, *ὄρος ὑπὲρ Θερμοπυλῶν Λοκρικόν*.

348 b — *Καλεῖται καὶ Φρικωνὶς ἡ Λάρισσα*] Strabo lib. IX. pag. 440. et lib. XIII. pag. 621.

— *Καὶ Φρικωνῖτις*] Supra v. *Κύμη*.

— *Οἱ οἰκοῦντες*, *Φρικωνέες*, *καὶ Φρικωνεῖς*] Apud Strabonem d. l. pag. 621. Apud Herodotum libro de vita Homeri cap. 14. *λαοὶ Φρίκωνος* Smyrnam aedificasse dicuntur in carmine Homerico. Num quid *Φρίκωνα* vocat, quem alii *Φρίκιον*? an *Φρικωνεῖς* legendum?

— *Καλεῖται καὶ Φρίκειον*, *ὃ καὶ Δρίος ὠνομάζετο*] Collem hoc nomine in *Daunia*, regione Italiae circa Sipontum commemorat Strabo lib. VI. pag. 284. *Δείκνυται τῆς Δαυνίας περὶ λόφον ᾧ ὄνομα Δρίον*, *ἡρῷα*. *Porro collis in Daunia est Drium nomine: apud eum sacella monstrantur.*

— *Κεῖται δὲ παρὰ Παρμένοντι τῷ Βυζαντίῳ ἐν πρώτῳ Ἰάμβων*] MSS. *ἐν τῷ προτέρῳ Ἰάμβῳ*. Scribe: *Ἰάμβων*.

*Φρίξα*, *πόλις*. *Ἡ δὲ Φρίξα κεῖται μὲν τῆς Ὀλυμπίας ἀπέχουσα στάδια λ'*] Oppidum est *Τριφυλίας* teste Polybio lib. IV. pag. 343. Vide supra v. *Μάκιστος* et *Φαιστός*. Apud Herodotum lib. IV. cap. 148. *Θρίξας* male scribitur pro *Φρίξας* numero plurium. Graecus Scholiastes Euripidis pag. 164. ait Tyndareum a fratre suo Icaro regno pulsum habitasse *ἐν τοῖς ἐσχάτοις τῆς Αἰτωλίας*, postea reductum ab Hercule in patrium Spartae regnum *ἀπὸ Φρίξης καὶ Ἕλλης*.

*Φρίξος*, *πόλις Λυκίας*. *Ἔστι καὶ Φρίξου λιμὴν παρὰ τῷ στόματι τοῦ Πόντου ἐν τῇ Χαλκηδονίᾳ περαίᾳ*] Meminit hujus portus Dionysius Byzantius apud Gyllium lib. III. cap. 7.

— *Περὶ οὗ Νύμφις ἐν ἁ περὶ Ἡρακλείας τάδε φησί*] Locus excidit.

— *Τὸ ἐθνικὸν, Φρίξιος*] *ΦΡΙΞΙΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ.* in nummo Vespasiani apud Goltzium.

— *Εἰ μή τις τῷ ἔθει τῆς Λυκιακῆς τῆς ἐκεῖ, Φριξεὺς εἴποι τὸ ἐθνικὸν*] *Τῆς ἐκεῖ*, id est, *τῆς Φρίξου πόλεως τῆς ἐν Λυκίᾳ.*

*Φρυγία, δύο χῶραι. Στράβων· Φρυγία τε γὰρ ἡ μὲν καλὴ καὶ μεγάλη, ἧς ὁ Μίδας ἐβασίλευσε, καὶ τῆς ἄλλης μέρος οἱ Γαλάται κατέσχον*] Locus hic ex Strabone corrigendus, apud quem lib. XII. pag. 571. *Φρυγία τε γὰρ ἡ μὲν καλεῖται μεγάλη, ἧς ὁ Μίδας ἐβασίλευσε, καὶ ἧς μέρος οἱ Γαλάται κατέσχον. Nam Phrygia alia vocatur magna, cuius rex fuit Midas, et cuius partem Galatae occupaverunt.*

— *Ἡ δὲ μικρὰ ἐφ' Ἑλλησπόντῳ περὶ τὸν Ὄλυμπον, ἡ καὶ Ἐπίκτητος λεγομένη*] Apud Strabonem sequitur quam hic emendatius: *Ἡ δὲ μικρὰ, ἡ ἐφ' Ἑλλησπόντῳ, καὶ ἡ περὶ τὸν Ὄλυμπον, ἡ καὶ Ἐπίκτητος λεγομένη. alia parva quae Hellesponto imminens circa Olympum est, et Epictetus dicitur.* Sed Eustathius ad Dionysium pag. 108. *Epictetum* tertiam facit *Phrygiam.*

— *Λέγονται καὶ Φρίγες*] Scribe omnino, *Βρίγες*, ut supra 349
h. v. Vide Hesychium h. v. et ita Cl. Salmasius. a

— *Καὶ Φρύγιος, καὶ Φρυγία ἄνθρωπος. καὶ Φρύγιον*] Cl. Salmasius pro *Φρυγία ἄνθρωπος* legebat *Φρυγιανός.* Sed nihil mutandum: ita enim ubique ostendit per tria genera inflecti gentilia. ut illud Virgilii Aeneid. lib. IX. v. 617.

*O vere Phrygiae, neque enim Phryges.*

— *Ἔστι καὶ Φρυγία τόπος τῆς Οἴτης, ἀπὸ τοῦ ἐκεῖ πεφρύχθαι τὸν Ἡρακλέα*] Ita et Eustathius ad Dionysium pag. 107. et Scholiastes Callimachi pag. 19.

— *Ἔστι καὶ τὰ Φρύγια οὐδετέρως, τόπος μεταξὺ Βοιωτίας καὶ Ἀττικῆς*] Meminit Thucydides lib. II. pag. 114. ubi Scholiastes *Atticae* locum esse ait, quod ex Thucydidis verbis etiam apparet.

*Φυλάκη, πόλις Θεσσαλίας*] Meminit nummus apud Pyrrhum Ligorium, in cuius una area Apollo, altera arcus cum pharetra et hac epigraphe, *ΦΥΛΑΚΗ.* Vide Pindari Scholiasten Isthm. Od. XV. pag. 441. Hic agebantur *Πρωτεσίλεια.* Scholiastes Theocriti ad Idyll. III. pag. 41. docet in monte Othrye urbem hanc fuisse: *Ἔστι δὲ ὁ Ὄθρυς ὄρος Θεσσαλίας ἐν ᾧ πόλις ἡ Φυλάκη.*

— *Οἵ δ' εἶχον Φυλάκην καὶ Πύῤῥασον ἀνθεμόεντα*] Homeri Iliad. *B.* v. 695.

— *ἀπὸ Φυλάκου τοῦ Δηϊόνος*] Vide fabulam apud Scholia-

sten Theocriti d. I. Meminit huius *Phylaci* Orpheus in Argonaut. v. 137.

— *Εἴρηται δ' ὅμως, Φυλακήσιος*] Femininum *Φυλακηΐς* extat apud Apollonium Rhodium lib. I. v. 47.

*Αἴσων Ἀλκιμέδην Φυλακηΐδα.*

— *Ἀργείων τελέεσσιν, ὅ σοι Φυλακῆθεν ἕποντο*] *Τέλη optimates* hic interpretatur Cl. Salmasius.

*Φυλή, δῆμος Οἰνηΐδος φυλῆς*] Fuit haec *Phyle ὁρμητήριον* Thrasybuli ceterorumque, qui Athenas a triginta tyrannis liberarunt. Hinc *Celebas ἡ ἐκ Φυλῆς κάθοδος* in Piraeeum et inde Athenas. erat enim hic locus munitissimus. Vide supra v. *Ἅρμα* et Strabonem lib. IX. Suidae *χωρίον* dicitur *τῆς Ἀττικῆς* vv. *Φυλάρχης* et *Φυλή*. Vide Eustathium ad Iliad. *B.* pag. 284. Apud Pyrrhum Ligorium extat nummus, in quo Ceres in bigis cum serpentibus ipsa lampadem ferens, subtus: *ΦΥΛΗ ΔΗΜΟΣ.* in aversa caput Cereris spicis coronatum.

— *Ἀριστοφάνης, Ἀχαρνεῦσι,*

*Πόθεν ἀπὸ Φυλῆς ἔλαβον οἱ Βοιώτιοι*] Act. IV. Sc. 5. pag. 420. unde hic corrigendum, *Πόθεν γ'; ἀπὸ Φ.*

— *Καὶ ἐν Ἱππεῦσι,*

*Μὴ μνησικακήσῃς εἰ σὴν Φυλὴν κατέλαβες*] Scribe: *ἐν Πλούτῳ.*
349 et mox *εἰ σὺ Φυλὴν κ.* est Act. V. Sc. I. pag. 109.
b — *Ἔστι καὶ Φυλὴ τὸ τρίτον εἶδος· τῶν παρ' Ἕλλησι κοινωνικῶν.* Lege: *κοινωνιῶν.* supra v. *Πάτρα.*

— *Τὸ ἐθνικὸν Φυλέτης*] Supra v. *Σίδη.*

*Φύλλις, χώρα Θρᾴκης. Ἡρόδοτος Ἑβδόμῃ· Ἡ δὲ γῆ αὕτη παρὰ τὸ Παγγαῖον ὄρος καλέεται Φυλλίς*] Apud *Herodotum* lib. VII. cap. 13. legitur hodie: *Ἡ δὲ γῆ ἡ περὶ τὸ Πάγγαιον ὄρος, καλέεται Φιλλίς.*

— *Ἔστι καὶ ποταμὸς Βιθυνίας Φυλλίς*] *Ψίλλιον* vocat Epitome Artemidori, Arrianus *Ψίλιν.*

— *Οὗ Φυλληΐς τὸ θηλυκόν*] Respicere videtur locum Apollonii lib. II. v. 654. *ἐπὶ πρόχοας Φυλληΐδας.* ubi Scholiastes: *Φύλλις, ποταμὸς Βιθυνίας.*

— *ἀφ' οὗ τὸ θηλυκόν, Φυλληΐς*] Haec repetitio mihi suspecta.

*Φυλλοῦς, πόλις ἐν Θετταλίᾳ. Στράβων ἐννάτῃ*] Apud Strabonem lib. IX. pag. 435. legitur: *Καὶ ὁ Φύλλος ἔνθα Ἀπόλλωνος, τοῦ Φυλλαίου ἱερόν. Tum Phyllus, ubi Phyllaei Apollinis templum.* Hinc haud dubie dictum *Φυλλήϊον ὄρος* apud Apollonium Rhodium lib. I. v. 37. licet enim Scholiastes Apollonii eum montem in *Macedonia* ponat, apparet ex adiunctis locis Apidano fluvio et Piresia *Thessaliae* esse tribuendum. Quod et

Stephanus noster confirmat supra v. *Ἀστέριον*, quae eadem civitas cum Piresia, sita ad altissimum montem *Phylleum*, scilicet in *Thessalia*. Apollinis *Phyllei* meminit elegans epigramma *Μνασάλκου* hactenus non editum:

*Ἀσπὶς Ἀλεξάνδρου τοῦ Φυλλέως ἱερὸν ἅδε*
*Δῶρον Ἀπόλλωνι χρυσοκόμῳ δέδομαι.*
*Γηραλέα μὲν ἴτην πολέμων ὕπο· γηραλέαδε*
*Ὄμφαλον, ἀλλ' ἀρετᾷ λάμπομαι, αἷς ἔκιχον*
*Ἀνδρὶ κορυσσαμένα συναριστεῖ, ὅς μ' ἀνέθηκε.*
*Ἔμμι δ' ἀήσσατος πάμπαν ἀφ' οὗ γένομαι.*

*Φῦλον, τὸ ἔθνος, ἀπὸ τῆς φυλῆς δηλονότι, ἢ ἀφ' οὗ ἡ φυλή. Σύνθετον, ἔμφυλος καὶ ἐμφύλιος, ὡς Βοιώτιος.*] Necessario addendum, *Βοιωτὸς*, ut probet cuius gratia adducitur.

— *Καὶ Κάπρος, Κάπριος*] Scribe: *καὶ Κύπρος, Κύπριος.*

— *Καὶ Πάμφυλος, Παμφύλιος*] Potest hoc duplicem admittere interpretationem, ut *Πάμφυλος* et *Παμφύλιος* composita vocis *φῦλον* esse dicat: aut ut sit nomen tribus *Troezeniorum* (de quo vv. *Δῦμαν* et *Παμφυλία*) et ita pro exemplo adducatur, ut praecedentia duo, quod magis credo, cum ea quae sequuntur ad prius illud compositum tantummodo referantur: *λέγεται καὶ φύλιος ἄνευ τῆς ν.*

*Φύσκος, πόλις Λοκρίδος ἀπὸ Φύσκου τοῦ Αἰτωλοῦ, τοῦ* 350
*Ἀμφικτύονος τοῦ Δευκαλίωνος*] Scholiastes Theocriti ad Idyll. a
IV. *ὄνομα δὲ ὄρους ὁ Φύσκος.*

— *Φύσκος δὲ, ἀφ'·οὗ οἱ Δέλτεγες, οἱ νῦν Λοκροί*] MS. addit, *ὁ.*

— *Ῥιανὸς δὲ Φυσκέας αὐτοὺς καλεῖ*] Plutarchus in Quaest. Graec. pag. 294. ita appellat oppidum: *ἔκτισε πόλεις Φυσκεῖς καὶ Τάνθειαν.* Vide Athenaeum lib. II. in fine. et Eustathium ad Iliad. B. pag. 277.

— *Καὶ τὸ ἔθνος Φύσκοι, καὶ Λοκροί*] Scribe: *οἱ καὶ Λοκροί.* Eustathius d. l. *οἱ δὲ παλαιοί φασι καὶ ταῦτα Ἀμφικτυόνος καὶ Χθονοπάτρας, ἀπόγονος Φύσκος. οὗ Λοκρός. ὧν ἀπὸ μὲν Φύσκου, Φύσκοι πρώην, ἀπὸ δὲ Λοκροῦ, Λοκροὶ οἱ αὐτοὶ ὠνομάσθησαν.*

— *Ἔστι καὶ ποταμὸς Φύσκος, καθά φησι Σοφαίνετος ἐν Κύρου Ἀναβάσει*] Item Xenophon lib. II. de Exped. Cyri pag. 284.

*Φύτειον, πόλις Ἤλιδος, τῆς Κοίλης*] *Elidis Cavae* meminit Pausanias lib. V. pag. 318.

Sidus, *Σιδοῦς*, castellum, al. opp. al. vicus agri Corinthiaci 292. a.
Siginni, *Σίγιννοι*, incolae montis Caucasi, Orph. *Σίγυμνοι* 291. b.
Signia, *Σίγνια*, opp. Italiae 291. a.
Sigrium, *Σίγριον*, promont. Lesbi Arriano et Strab. portus Steph. *ibid.*
Sigynae, *Σιγῦναι* Herodoto, Apoll. Rhod. *Σίγυννοι*, gens Scythica, hodie *Tartari* 291. a. b.
Sigymni v. *Siginni*.
Silenus rerum Sicularum scriptor. 238. b.
Simyra, *Σίμυρα*, al. *Ἴμυρα* opp. Syriae 293. b.
Sindicus portus, *Σινδικὸς λιμὴν* Scyl. Steph. *Σύνδικος*, urbs Scythiae vicina 307. a.
Sindus, *Σίνδος* in Herodoti Codd. Steph. *Σίνθος*, opp. Thraciae 294. a.
Singara, *Σίγγαρα*, urbs Arabiae prope Tigrim. 291. a.
Sinoessa, *Σινόεσσα* et *Σενόεσσα*, opp. Italiae 288. b.
*Σίντιες*, Lemnii Homero et Lemnus *Σιντηΐς* 295. a.
Sinti, *Σίντοι*, qui et Agrii, in Thracia 6. b. 294. a.
*Σιφνιάζειν* quid 296. a. b.
Siphnius lapis 296. a.
Siphnus, *Σίφνος*, una Cycladum ubi sita 296. a.
Sipylene mater i. e. magna Deum mater 295. a.
Sipylus, *Σίπυλος ἡ*, urbs Phrygiae, alio nomine *Τάνταλις ὁ Σίπυλος* vel *τὸ Σίπυλον*, mons *ibid.*
Siracine, regio Hyrcaniae, cui oppidum Siraca nomen dedit 24. b.
Siriopaeones, *Σιριοπαίονες*, pop. Pannoniae 296. a.
Siris, *Σίρις*, urbs Italiae, alia a Metaponto 206. b. et fluvius eiusdem nominis hanc urbem praeterfluens, qui hodie *Sino* vocatur 295. b. alius Siris fluv. Libyae 296. a.
Sithon, *Σίθων*, nomen prop. an in genit. habeat *Σίθωνος* an *Σίθονος* 289. b.

Sithonia, Σιθωνία, regio Thraciae ad sinum Toronicum 292. b.
Sminthe, Σμίνθη, insula in qua Chryses sacerdos 300. b.
Smyrna, Σμύρνα, urbs Ioniae a quibus et ubi condita *ibid.*
Soania, Σοανία, vel Suania Σουανία, regio Asiae 301. a.
Socrates Aristophani Μήλιος et cur 207. b.
Sogdiana, Σογδιανή, regio circa Bactros: gentile Σογδαῖται Menand. Protect. 301. a.
Solci, Σολκοὶ vel Συλκοὶ vel Σουλχοὶ, civit. Sardiniae 301. a. 335. a.
Soletum v. *Sallantum.*
Soli, Σόλοι, civ. Cypri, Strab. Σολοῦς 288. a. 301. b. et Ciliciae 301. b. quae postea Pompeiopolis. gent. ab opp. Ciliciae Σολεὺς, ab opp. Cypri Σόλιος *ibid.*
Solis insula v. *Nosala.*
Solium, Σόλιον Thucyd. Σόλλιον Steph. opp. Corinthi 301. a.
Solus v. *Soli.*
Solymi, Σόλυμοι, gens inter Lyciam et Pamphyliam postea Pisidae 302 a.
Sophene, Σωφηνὴ Iosepho videtur eadem quae in S. S. Aramsoba 309. b. Dioni Σωφανηνὴ 310. a.
Sophoclis Αἰγεὺς, Ταίναρος Σατυρικὸς 359. b. Ἵππονος 362. a.
Sora, Σῶρα, al. Volscorum opp. Steph. Σαῦρα, opp. Samnii 286. a.
Σούσινον quid 303. a.
Sozusa, Σώζουσα. Epiph. Σώσουσαι Steph. opp. Phoeniciae 309. b.
Sparta, Σπάρτα, locus Laconicae, unde nomen acceperit 303. a.
Spartolus, Σπάρτωλος Thucyd. Steph. Σπαρτωλὸς, urbs in Bottica *ibid.*
Sphacteria, Σφακτηρία, insula Pyliorum obiacens portui 308. b.
Spinetis, Σπινῆτις, fluv. Italiae Dionys. Hal. Steph. Σπῖνος 303. b.
Stagirus, Στάγειρος, al. Στάγειρα, opp. *ibid.*
Stamenea, Σταμένεια Scyl. Steph. Σταμένη, opp. Chalybum *ib.*
Stauropolis v. *Tauropolis.*
Steganopodes v. *Sciapodes.*
Stenyclarus, Στενύκλαρος Strab. al. Στενύκληρος, civ. Messenae 304. a.

Stephanus multa ex Herodiano transcripsit 29. b. saepe diversis locis eiusdem gentis nomen diversa scriptura proponit 75. b. 356. b. historiae Romanae imperitus 241. b. unde in eius codicibus multi auctorum loci desiderentur 99. b. 254. a. rei Geographicae imperititia vitia codicum suorum saepe temere transscripsit 355. b. ex uno loco plures facit, et contra 22. b.

— Eius Epitomator Geographiae non satis fuit peritus 124. a. eius oscitantia 211. b. 216. b. loca Stephani contra

ipsius mentem mutilavit 218. b.
Stichades, Στιχάδες Diosc. Στοιχάδες Steph. insulae prope Massiliam 304. a.
Στιχὰς, herba unde dicta *ibid.*
Stobi, Στόβοι, vel Στόβος, Stobus, urbs Macedoniae secundae: hinc oriundus Ioannes Stobaeus vel potius Stobensis 304. b.
Stratonicea, Στρατονίκεια, urbs Lydiae 304. a.
Stratonis Turris, postea Caesarea, urbs Palaestinae 154. b.
Stratus, Στράτος, al. Acarnaniae, al. Aetoliae urbs 304. b.
Strophades insulae antea Πλωταὶ *ib.*
Stryme, Στρύμη, al. insula et Thasiorum colonia atque emporium, al. urbs Thraciae 305. a.
Stymphalides aves, Στυμφαλίδες ὄρνιθες 305. a.
Suania v. *Soania.*
Suedra v. *Syedra.*
Suidas vitia codicum suorum transcripsit 202. b. Damascium descripsit 361. a.
Sulci v. *Solci.*
Sura, Σοῦρα, Comagenae civitas 302. b.
Surrentum, Συρρεντὸν, Etruriae civit. 308. b.
Susa, Σοῦσα, urbs Persidis, a quo condita 302. b.
Sybaris, Σύβαρις, urbs Italiae et fluvius, et fons Συβαρῖτις apud Theocr. 305. b.
Συβαρίζειν quid *ibid.*
Sybota, Σύβοτα, tres insulae exiguae ad sinum Ambracium, quibus obiacent in continenti Σύβοτα, portus Thesprotiae desertus 305. b. 306. a.
Sycae, Συκαῖ, urbs e regione Byzantii, postea Iustinianae, dein. *Pera* sive *Galata* 306. a.
Sycea, Συκέα, al. Σύκη, oppid. Ciliciae *ibid.* b.
Syedra, Σύεδρα, civ. Ciliciae Tracheae Strab. al. Pamphyliae, Steph. Isauriae, Epiph. Σούεδρα *ibid.* a.
Sygantes v. *Gyzantes.*
Sylaeum, Σύλαιον, et Σύλλαιον, Steph. Σύλλειον, opp. Pamphyliae 307. a.
Syleum, Σύλειον, al. Σύλλειον Σύλαιον, opp. Phrygiae 306. b.
Synnas, Συννὰς, al. Σύνναδα, urbs Phrygiae 307. a.
Syraco, Συρακὼ, palus prope Syracusas, unde dictae Syracusae 308. a.
Syrastrene, Συραστρήνη, regio ad ostia Indi 24. b.
Syria in S. S. Aram et Syri Aramaei 46. a.
Syrii, ita etiam dicti Assyrii 308. b. non omnes Syri, Leucosyri *ibid.*
Syrna, Σύρνα, al. Σύρος, Συρία Pausan. et Homer. urbs Cariae, a quo condita 308. a.
Syrus, Σύρος, una Cycladum *ibid.* b.

## T.

Tabae, Τάβαι, an opp. Iudaeae trans Iordanem. aliud in Paraetacene, Curtio Tabas 310. a.

*Τάβαθρα* an τὰ *Βάθρα*, opp. Libyae *ibid.*
Tachompso, *Ταχομψώ*, insula Aethiopiae 317. a. in Nilo; non *Χομψώ* 358. a.
Taenar, *Ταῖναρ τὸ* Tzetzi, al. *Ταίναρος*, opp. Peloponnesi 310. b.
Taenarus, *Ταίναρος*, nomen viri *ibid.*
Taini, *Ταινοὶ* Bardes. Syr. *Ταῖνοι* Steph. gens Saracenica *ib.*
Tamaseus, *Ταμάσεος*, al. *Τάμασος*, urbs Cypri *ibid.*
Tamathracha v. *Matracha.*
Tamese v. *Temese.*
Tamiathis, *Ταμιάθις*, hodie *Damiata*, civit. Aegypti 311. a.
Tamynae, *Ταμύναι* Strab. *Τάμυναι* Steph. opp. Euboeae in Eretrica 311. a.
Tamyras, *Ταμύρας*, fluv. Sidonis idem forte qui Steph. *Τίμυρα* 323. b.
Tanais, ita a Graecis Iaxartes dictus, qui a vero Tanai longe est dissitus 311. b. v. et *Alopecia.*
Tantalis v. *Sipylus.*
Tanus, *Τάνος*, opp. Cretae idem quod Itanus 311 b.
Taphii, *Τάφιοι* Strab. gens Pontica 316. b.
Taphus, *Τάφος*, insula prope Cephalleniam: sed non eadem cum Cephallenia: Strab. *Ταφιοῦς*, al. *Ταφίουσσα ibid.* b.
Taphre v. *Traphe.*
Taphusiris, *Ταφούσιρις* Diosc. *Ταφόσιρις*, Steph. urbs Aegypti 316. b. eadem quae *Τατόσιρις* et *Τατόσειρις* 312. a.
Tapuri, *Τάπουροι* Ptol. al. *Τάπυροι*, Steph. *Τάπυρροι*, pop. circa Hyrcaniam 312. a.
Tarconia v. *Tarquinii.*
Tarichea, urbs ad lacum Genesaram, qui et ipse Tarichea dictus *ibid.*
Tarichcae, *Ταριχεῖαι*, Steph. *Ταριχέαι*, nomen multarum urbium in Aegypto, unde dictae *ibid.* b.
Tarne, *Τάρνη*, urbs Lydiae, et alia Achaiae, quae al. *Ἄρνη* 312. b.
Tarpe, *Τάρπη*, opp. antiquum Capitolino monte, dictum et Saturnia, vel forte tantum fuit arx 313. a.
Tarquinii, Steph. *Ταρκυνία*, Eustath. *Ταρκωνία*, opp. Etruriae 312. b. alibi *Ταρχώνιον*, 315. a.
Tarracina, *Ταρρακίνα*, rectius quam *Ταρρακηνὰ* et *Ταρρακίνη*, urbs Italiae 313. a.
Tarseion, *Ταρσήϊον*, eadem cum Tartesso videtur civitas *ibid.*
Tarsici Poëtae, qui 314. a.
Tarsus, *Ταρσὸς*, metropolis Ciliciae unde dicta 313. b. 314. a.
*Ταρταρίζειν* quid 314. b.
Tartessus, *Ταρτησσὸς*, fluv. cuius fontes *ἀργυροπέζους* Stesichorus vocavit *ibid.*
Tavium, *Ταύϊον* vel *Ταυῖα*, urbs Trocmorum 5. a.
Taurasia, Steph. *Ταυρανία*, postea Augusta Taurinorum, urbs Italiae 315. a.
Tauri dicti omnes Inalpini 316. a.
Taurica insula, *Ταυρικὴ νῆσος*,

vel potius Taurica Cherronnesus, magna peninsula ad Maeotim paludem, unde dicta 315. a.
Taurini et Taurisci diversi *ib.* b.
Taurois, *Ταυρόεις*, hodie *La Ciotat*, Galliae urbs 316. a.
Tauropolis, al. *Σταυρόπολις*, Cariae urbs 316. a.
Tauropolium, *Ταυροπόλιον*, templum Dianae in Icaria insula *ibid.*
Taxiana, *Ταξιανα*, insula prope Susianam 312. a.
Taxili, *Τάξιλοι* et *Τόξιλοι*, Steph. *Ταξῖλαι* et *Ταξιληνοὶ*, Indiae gens *ibid.*
Tegea, Arcadiae opp. gent. etiam *Τεγεαῖος* et *Τέγεος* 317. a.
Tegeatra et Tegestrum v. *Tergeste.*
Tegyra, *Τέγυρα*, al. *Τέγυραι* et *Τέγγυρα*, cavit. Boeotiae 317. b.
*Τεῖχος*, castellum 102. b. 103. a.
Telesicles Archilocho pater 133. b.
Telmissus, *Τελμισσὸς* et *Τελμισὸς* et *Τελμησσὸς*, opp. Cariae vel Lyciae. Telmissenses, divinationibus celebres 318. a.
Telpusa v. *Thelpusa.*
Tembices, *Τέμβικες* Strab. al. *Τέμμικες*, gens antiquissima, Boeotiae habitatrix 318. b.
Tembrium, opp. Phrygiae ad fluvium cognominem *ibid.*
Temenium, *Τεμένιον*, locus Argivorum, non Messeniorum 322. a.
Temese, *Τεμέση*, opp. Italiae, al. *Ταμέση* 310. b. *Τέμεσσα* Tzetzi 318. b.
Tenea v. *Genea.*
*Τενέδιος αὐλητής*, *Τενέδιος πέλεκυς*, *Τενέδιος ξυνήγορος*, proverb. 319. a.
Tenedus, *Τένεδος*, una Sporadum, a Tenne vel potius Tene dicta 318. b. est et Tenedus in Libya *ib.* in priori cancri inter anathemata sacra positi, et cur 319. a. quae etiam *Λυρνησὸς* dicta 193. b.
Tengyra v. *Tegyra.*
Tenus v. *Hydrusa.* insula, serpentibus olim abundans 322. a.
Teredon, *Τερηδὼν*, urbs ad mare Rabrum, in qua mures ferrum edunt 319. b.
Terina, *Τέρινα*, fluv. Italiae Lycophr. *Ὠλίναρος*, et urbs Italiae, non insula 319. b.
Tergeste, *Τεργέστη*, et *Τεργέσται* et *Τέγεστρα*, et *Τέργεστρον*, *Τέγεστρον* et *Τέργετρον*, opp. Illyrici, dictum et Tergistum, hodie *Trieste* 317. b.
Terizi, *Τέριζοι* Suid. et Etym. qui 315. b.
Termessus, *Τερμησσός*, al. *Τερμισσὸς*, sed minus ut videtur recte, urbs Pisidiae 320. a. gent in antiqua Tabula Termeses, Termesses, Thermenses, Thermeses et Termenses 320. a.
Termilae, *Τερμίλαι*, et Eustath. *Τερμίλλαι*, gens e Creta in Lyciam ducta 319. b. 320. a.
Termile, *Τερμίλη*, al. *Τερμέρα*

vel *Τελμέρα*, Lyciae urbs 20. a.
Tethronium, *Τεθρώνιον* Herodoto, *Τιθρώνιον* Steph. urbs Phocidis 323. b.
Tetrapolis, *Τετράπολις*, in Attica urbs, quatuor habens populos, non vero ipsae Athenae, et a quo condita 320. b. Quadrurbs Attio *ibid.*
Teutanes, gens antiqua Italiae 324. a.
Teuthis, *Τευθὶς*, opp. Arcadiae, a pisce sepia forte dictum 320. b.
*Τεύθραντος πεδίον*, Mysia Pind. 320. b.
Thamanaei, *Θαμεναῖοι*, gens Persica 132. b.
Thapsacus, urbs ad Euphratem 126. b.
Thapsus, *Θάψος*, peninsula in Sicilia 134. a.
Thasus, *Θάσος*, insula prope Thraciam, olim *Ὀδωνὶς* 138. a.
Theangela, *Θεάγγελα*, opp. Cariae attributum ab Alexandro M. 134. a.
Thebae, *Θῆβαι*, urbs Phtiotidis, dicta et Philippi 136. a. et Italiae circa Tarentum 137. a.
Thebe, *Θήβη*, filia Asopi 136. a.
Thebe Hypoplacia, *Θήβη Ὑποπλακία*, postea Atramyttium iuxta Schol. Hom. 137. a. de eius situ 136. b. 256. a.
Thebes campus 137. a.
*Θειαστικὰ* adverbia 277. a.
Thelpusa, *Θέλπουσα*, Pausan. *Τέλφουσσα* al. opp. Arcadiae 318. a.
Themacus, *Θημακὸς* Harpocr. *Θήμακοι* al. pop. Atticae 137. a.
Themiscyra, cur *Δοιαντὶς* Orpheo 101. b.
Themisonium, eadem quae *Θεμισσὸς*, urbs Cariae vel Phrygiae 134. b.
Thenae, *Θεναὶ*, urbs Cretae *ibid.*
Theodorus *Ἀσιναῖος*, Porphyrii discipulus, Platonicus 51. b.
Theodosia, vel Theudosia, Taurica urbs 134. b.
*Θεοὶ ἀκραῖοι* v. *Ἀκραῖοι*.
Thera, prius *Καλλίστη*, una ex Sporadibus 137. a.
Therapnae, *Θεράπναι*, urbs Laconicae, unde dicta 134. b.
Thermae Himerae, urbs Siciliae, unde nomen acceperit 135. a.
Therma, *Θέρμα*, urbs Episcopalis Cappadociae Primae *ibid.*
Therman, *Θερμὰν* Harpocr. *Θέρμη* al. urbs Thraciae *ibid.* vel Macedoniae, postea Thessalonica *ibid.*
Thermodon fluv. Araxes dictus 42. b.
Thermopylae v. *Pyle*.
*Θερμὸς κόλπος* Con. *Θεραῖος* al. 135. a.
*Θερμουτιακὸς ποταμὸς*, fossa Nili 117. b.
Thessalia olim diversa habuit nomina 16. a. serpentibus abundavit 135. b.
Thetidium, *Θετίδιον* vel *Θετιδειον*, al. *Θεστίδιον*, urbs Thessalonices 136. a.
Theugnis, *Θεύγνις* pro *Θέογνις* 134. b.

Thiba, *Θίβα* Eustath. *Θιβαῖς* al. locus ad Pontum 137. b.
Thmuis Augustonica, *Τμοῦις Αὐγουστονίκη*, Epiph. urbs Aegypti 138. a.
*Θοαὶ νῆσοι* Homero quae postea *Ὀξεῖαι* 50. a.
Thoenis, *Θοῖνις* Agatarch. *Θίς* Steph. urbs Aegypti 137. b. 138. a.
*Θρακίας* lapis mirae naturae 294. b.
Thrambus, *Θράμβος* eadem quae *Στράμβαι*, urbs Thraciae 304. a.
Thranipsae v. *Tranipsae*.
Threcae, *Θρήκη* et *Θρηΐκη*, Thracia 139. a.
*Θριαὶ*, calculi fatidici, hinc *Θριοβόλοι ibid.* b.
Thriasius campus, *Θριάσιον πεδίον*, prope Eleusinem *ibid.* b.
Thucydides Poëta cuias 60. b.
Thule, *Θούλη*, insula in Oceano, hodie *Islandia*, ubi aestatis tempore dies, hiemis vero nox est perpetua 138. b.
Thuria, *Θουρία* Scyl. *Θούριοι* al. urbs Italiae 138. b. et est *Θουρία* Peloponnesi al. *Θούριον* 139. a. quae a nonnullis male cum Thyrea confunditur 141. a. v. et *Anthea*.
Thymaetadae, *Θυμαιτάδαι*, pop. Atticae 140. a.
Thymiaterium, *Θυμιατήριον* Hannonj, *Θυμιατηρίοι* al. opp. Libyae 140. b.
Thynias, *Θυνίας*, insula ad ostium Ponti *ibid.*
Thyrrhaeum, *Θύρρειον* in Epigram. *Θύριον* Steph. opp. Acarnaniae 14. b.
Tibareni, *Τιβαρηνοὶ*, gens in Ponto risui et lusui dedita 322. b. dicti et *Τιβαρεοὶ* 351. b.
Tiberine, *Τιβηρίνη*, regio Cappadociae, cum qua non confundenda *Τιβαρηνία* regio Pontica 322. b.
Tiberias, *Τιβεριὰς*, nomen duorum oppidorum ad lacum Gennesareth *ibid.*
*Τίβιος*, nomen servile *ibid.*
Tilphossium, *Τιλφώσσιον* vel *Τιλφωσσαῖον*, locus vel mons Thessaliae 323. b.
Tilphusium, *Τιλφούσιον* et *Τιλφώσσιον* et *Τελφούσσιον*, mons Boeoticae 318. a.
Tingi, *Τίγγις*, postea Iulia Traducta, civitas Mauritaniae 323. a.
Tiracia v. *Trinacia*.
Tirynthus, *Τίρυνθος*, al. *Τίρυνς*, opp. Peloponnesi 324. a.
Tisaeus mons v. *Pise*.
Tisara, *Τισάρη*, al. *Ἀντίσαρα*, navale in Thracia 38. a.
Titane, *Τιτάνη*, locus prope Sicyonem 324. a.
Titanum, *Τίτανον* et *Τίτανα*, locus Thessaliae *ibid.*
Titaresius, *Τιταρήσιος*, fluvius Thessaliae *ibid.* b. et nomen unius e Lapithis *ibid.*
*Τιτηνὶς αἴη* apud Apoll. Rhod. unde 331. b.
Tithora, *Τιθόρα* Plutarcho, *Τιθορέα* Pausan. opp. Phocidis non Boeotiae 323. a.
Tolostobogii, *Τολοστοβόγιοι*, Steph. *Τολιστόβιοι*, gens Galatiae 324. b.
Tomeus, *Τομεὺς* Thucyd. *To-*

μαῖον Steph. mons Peloponnesi 325. a.
Tomi et Tomus Latinis, Graecis Τομεὺς et Τόμις, urbs Ponti ibid.
Tomisa, Τόμισα Strab. Castellum in ulteriore Euphratis ripa, Steph. locus, quo Cappadocia a Tauro separatur ibid.
Topirus, Τόπιρος, urbs Thraciae, Ptol. Τοπιρὶς, Anton. Topirium 325. b.
Toretae, Τορέται, gens Pontica ibid. Cercetis vicina videtur fuisse ib.
Torone, Τορώνη, urbs Thraciae, cuius portus ab omni strepitu est remotus, unde proverbium Τορωναίου λιμένος κωφότερος. et σπόγγοι ἐν Τορώνῃ vel ὥσπερ σπόγγοι ἐν Τορώνῃ 325. a.
Toronna, Τορόννη, urbs Siciliae 326. a.
Tota, Τῶτα, Armeniae civitas 364. a.
Toxili v. Taxili.
Trachea, Τραχεῖα vel Τρηχεῖα, mons quem primo habitarunt Ephesii 122. b.
Trachin, Τραχὶν et Τρηχὶν et Τραχὶς, oppid. Boeotiae vel Thessaliae 327. b. regio Τρηχινίη Herodoto: incolae dicti Ἡρακλεῶται ab Hercule conditore 328. a. est et alia Τραχὶν Phocidis ibid.
Tragasus, Τραγάσος Tzetzi, Τράγασαι Steph. locus Epiri 326. a. hinc Τραγασαῖοι ἅλες ib.
Tragea, Τραγέα et Τραγέαι, et Τραγαία, una Cycladum 326. b.
Tragilus v. Trogilus.
Tralles in Lydia, iuxta Etym. antea Δία dictae 98. b. et Larissa 189. a. et Ἐρύμνη 326. b.
Τράλλεις qui ibid.
Tranipsi, Τρανιψοὶ Steph. Θρανίψαι Xenoph. Thraciae pop. Thynis vicinus 186. a.
Τραπεζῆες κύνες 70. b.
Trapezus, Τραπεζοῦς, opp. Arcadiae unde dictum 327. a.
Traphe, Τράφη et Τάφρη, eadem videtur urbs ad Pontum ibid. b.
Trausi, Τραυσοὶ, pop. inter Thracas et Getas Herod. ibid.
Trechin v. Trachin.
Tremile v. Lycia.
Tremithus, Τρέμιθος Nicand. Τρεμισθοῦς al. vicus Cypri 328. a.
Triacala v. Tricala.
Tribus, Φρατρία et Φατρία 342. b. Φρητία et Φρητρία 343. a. unaquaeque suos habebat Deos peculiares, et flamines, Φρητράρχους sive curiones 342. b. quomodo a tribubus Apaturia Athenis celebrata 343. a.
Tricala, Τρίκαλα, al. Τριάκαλα et Τριόκαλα, urbs Siciliae 328. b. hodie Troccoli 329. a. est et Τρίκαλα, Thessaliae civitas, olim Τρίκκη et Τρίκκαι ibid.
Tricaranum, Τρικάρανον et Τρικάρανα, castellum in Peloponneso 329. a.

Trichonis lacus, *Τριχωνὶς λίμνη*, in Aetolia 330. b.
*Τρικόρυθον* 329. a.
Tricrana, *Τρίκρανα*, insula Pausan. *ibid.*
Trieres, *Τρίηρες*, locus Lyciae 328. b.
Trieres, *Τριῆρες*, iidem qui *Τρῆρες*, gens Thraciae *ibid.*
*Τριγερήνιος* pro *Τριγέρων* 84. a.
Trimilis v. *Lycia.*
Trinacia, *Τρινακία*, al. *Τιρακίη*, opp. Siciliae, gent. Tiraciensis 332. a.
Triocala v. *Tricala.*
Triopium, *Τριόπιον*, promontorium Cnidi 329. b.
Tripodes, *Τρίποδες*, vicus Athenis 330. a.
Tripodi, *Τρίποδοι* et *Τριποδίσκιον* Strab. *Τριπόδισκος* Steph. 329. b. *Τριποδίσκιον* Cononi 330. a. vicus Megaridis 329. b.
Tripolis, *Τρίπολις*, Cariae urbs inter Caystrum et Maeandrum et regio Arcadiae 330. a.
Triremes primum Corinthi aedificatae 168. a.
*Τριταιέες* vel *Τριναιεῖς* Herodoto, *Τριτοία* Steph opp. Achaiae 330. a.
Triteae, *Τριτέαι* et *Τρίτεια*, opp. inter Phocidem et Locros Ozolas 330. a.
Triton, *Τρίτων*, ita dicitur vocatus Nilus 50. b.
*Τρῶαι γυναῖκες* pro *Τρῴαι* Homero 330. b.
Troas, Colonia iuris Italici 331. b.
Trogilium promontorium, *Τρωγίλος ἄκρα*, promont. Mycalae *ibid.* a.
Trogilus, *Τρώγιλος*, sive *Τράγιλος*, opp. Macedoniae 326. b. et vicus prope Syracusas 331. a.
Trogmi, *Τρωγμοὶ* Memn. *Τρόγμοι* Steph. gens Gallica *ibid.* a.
Troglodytae, iuxta quosdam prius *Ἐρεμβοὶ* vocati 116. a.
Troia, ita Aeneas appellavit castra sua circa Laurentum 44. b.
Trychanta, *Τρύχαντα* Lycophr. *Τρύχαι* Graecis, opp. Euboeae 331. a.
Tuana, Vitruv. fem. gen. Steph. *τὰ Τύανα* opp. inter Ciliciam et Cappadociam *ibid.* b.
Tyanitis, pars una Cappadociae apud Strab. *ib.*
Tyenis, *Τυῆνις* alibi Stephano *Πυῆνις* 265. b. Melae Cygnus, Scyl. *Γυηνὸς*, urbs Colchorum 331. b.
Tyle, *Τύλη* Polyb. *Τύλις* Steph. opp. Thraciae *ibid.*
Tyllesius mons, *Τυλλήσιον ὄρος* Lycophr. in nostris codd. Steph. *Τυλησσός*, in Italia *ibid.*
*Τυμφαίας ὄρη*, in Epiro 332. a.
Tynes, *Τύνης*, oppid. Africae *ibid.*
Tyris, *Τύρις*, al. *Τύρας*, ad mare Euxinum, et urbs. gent. Plin. Tyragetae 332. b.
Tyritace, *Τυριτάκη*, opp. Ponti *ibid.*
Tyrodiza, *Τυρόδιζα*, civ. Thraciae *ibid.*

Tyrus, *Τύρος*, Metropolis Phoeniciae, Colon. Rom. *ibid.* insigne eius palma 333. a.

V.

Valentinus haereticus unde oriundus 343. b.
Valetium, Gr. *Βαρήτιον*, locus ad mare Adriaticum 63. b.
Venus Amathusia 29. a.
— *Ἀφακῖτις* 59. b.
— *Ἀργυννὶς* 144. a.
— *Δωρῖτις* 106. b.
— *Λιβανῖτις* 189. b.
— *Πυρηναία* 268. a.
— *Ζηρυνθία* canivora 127. a.
Vinum Absynthites 161. a.
— Arvisium 49. a.
— Biblinum, male *Βύβλινος οἶνος* 67. a.
— Laodicenum 187. b.
Virunum, Gr. *Βηρούνιον*, et *Βέρουνος*, urbs in Norico 65. b.
Vitellia, *Βίτελλα*, urbs Italiae 68. b.
Ulpia, vel Ulpiana, ita dicta Anchialus, urbs Thraciae ad Pontum 7. a.
Umbilicus terrae Delphis esse creditus 236. a. et locus quidam Romae appellatus Umbilicus Urbis *ibid.*
Vocales saepe earumdem vocum initiis nunc adsunt, nunc absunt, ut *Ἀμόργη*, *Μόργη* etc. 31. b.
Vologessia, Volocessia, vel Vologesocerta, Gr. *Βολογεσίας* urbs ad Euphratem 70. b.
Ur, sive *Οὐρίη* al. *Καμαρίνη*, opp. Babyloniae 157. a.
Urbium nomine etiam apud Poëtas insulae veniunt 223. a.
Utica, *Ἰτύκη*, urbs Libyae 151. a.

X.

Xanthii, *Ξάνθιοι*, al. *Ξάνθοι*, Thraciae gens 228. b.
Xanthus. *Ξάνθος*, urbs Lyciae, antea Arna appellata 228. b.
Xenionis Cretica 356. b.
Xiphene v. *Ziphene.*
Xois, *Ξόϊς*, urbs et insula Aegypti 229. a.

Z.

Zacynthus, *Ζάκυνθος*, insula et urbs in mari Ionio, unde dicta 126. b. est nomen viri *ibid.*
Zadra hodie, olim Ausigda, Libyae urbs 58. b.
Zarangaei, *Ζαραγγαῖοι*, vel *Ζαράγγαι* vel *Σάραγγοι* Arriano, iidem qui *Δράγγαι* pop. Persidis 103. b.
Zarax, Euboeae mons, postea *Καφηρεὺς* 125. b.
Zarbus, *Ζαρβὸς*, mons Ciliciae 34. a.
Zarmanochagus Philosophus Indus 63. b.
*Ζηγὼρ* apud EXX. interpr. *Ζώαρα* Ptol. *Ζόαρα*, al. castellum in Palaestina 127. a.
Zephyrium, *Ζεφύριον*, urbs Ciliciae, an diversa ab Anchiale 7. a.
Zeugma, *Ζεῦγμα*, urbs Syriae, unde nomen acceperit 126. a. b.

Ziphene, Ζιφήνη Ioseph. Ζιφήνη Steph. regio Palaestinae 229. a.
Zoara v. Ζηγώρ.
Zoetium, Ζοίτιον, al. Ζοιτία vel Ζοίτειον urbs Arcadiae 127. a.
Zoora, Ζόωρα Hierocli et al. Ζόαρα Steph. urbs Persica 127. b.
Zosterium, Ζωστήριον, promontorium Italiae 127. b.
Zygi, Ζυγοὶ, pop. Asiae circa Bosporum Cimmerium. *ibid.*

# THEODORI RYCKII

# PRAEFATIO.

Cum anno huius seculi nono sexagesimo et sequente Romae peregrinabundus per plures menses subsisterem Urbis aeternae splendore, bibliothecis et ingeniorum sublimitate captus, incidi forte fortuna in *Lucae Holstenii*, viri nostro et futuris seculis memorandae eruditionis, Notas et Castigationes postumas in *Stephanum*, uti nunc inscribitur, *de Urbibus*, quae in Eminentissimi Cardinalis Francisci Barberini Bibliotheca servabantur, ex archetypo Codice, quem Auctor Reginae CHRISTINAE legaverat, descriptae. Praeerat tunc temporis huic Bibliothecae V. C. Carolus Moronus. Cum itaque ex hoc quaererem, cur sicut aliae *Holstenii* curae Illustrissimi Viri beneficio post eius fata editae fuerint, hae pariter in literarum et veteris Geographiae emolumentum non publicarentur; respondit, quo minus id iam factum esset evenisse, quod qui inchoatum opus perficeret, nemo hactenus inventus esset. Forte sedes Pontificia tunc vacabat, mortuo Clemente IX, et Bibliothecae huius Dominus Pontificalibus comitiis in Conclavi attinebatur. Quibus tandem quinto mense solutis cum mihi salutandi Eminentissimi Viri facta fuisset copia et de hoc ipso opere sermo incidisset, hic pro incredibili quo fuit praeditus bene de literaria republica merendi studio id obtulit mihi edendum, pene inopinanti; verum sub hac conditione, ut Serenissimae Reginae venia prius accederet. Qua paullo post impetrata accepi conditionem illicoque per Moroni manus liber mihi traditus est. Cogitabam autem tum temporis ipsum *Stephanum* simul cum his Notis publicare, quam primum in patriam redux forem. Et

quoniam *Stephani* versionem Latinam a Benedicto Aegio Spoletino quondam confectam in Vaticana Bibliotheca asservari noveram, rogabam Stephanum Gradium, virum summo ingenio et magna eruditione praeditum, qui tunc temporis huius Bibliothecae curam habebat, nuper summo cum dolore meo et publico Romae finitus est, describi hanc pro me pateretur. Quod apographum cum pariter nactus essem ad editionem *Stephani* procurandam non ita male instructum me putabam. At postquam anno CIↃIↃCLXXI. in patriam reversus sum novam *Stephani* editionem cum versione simul et commentario a duobus diversis agitari deprehendo, et alterius quidem labores praelum iam subiisse, alterius brevi subituros. Accidit tamen postea ut priorem posterior anteverterit et iam nuper Amstelodami *Stephanum* publicarit. Cum itaque nemo reperiretur, qui eodem tempore eumdem Auctorem describere tertium vellet, *Holstenianas* Notas absque *Stephani* et versione Latina edere coactus sum. Hoc vero et ipsum lentius processit, dum in principium huius conatus incidit bellum, quo librarius diu absterritus est; dein spe pacis iniecta cum negotium suscepisset, processum eius interrumpit morbus meus diutinus et propemodum exitialis; me vero commodum restituto, ipsius librarii mora diutissime suspendit. Erat hic Daniel Elsevirius typographicae artis in hac Republica princeps et describendis plurimis libris clarissimum nomen adeptus, ingentique literariae rei detrimento ante senectutem raptus. Huius obitum totius supellectilis eius librariae distractio tarde insecuta tandem novum typographum dedit. Quae ideo praefari cogor, ne quis vitio mihi vertat, quod thesaurum publico debitum mihique commissum non prius protulerim. Ut taceam unius aut alterius sed plurium annorum laborem, fuisque quem in expoliendo et exasciando hoc opere posuerimus. Nec enim ab Auctore id scriptum fuit ut quandoque ederetur, sed uti ipse inde iustum commentarium conficeret. Hoc enim volvisse eum animo ex diversis*) hasce Castigationum locis perspicitur: quo minus praestitit, ingenii eius vastitate, nova identidem discere cupientis aut superveniente priusquam destinata perficeret mortalitate profectum est. Cum enim commentarius hic ex insi-

*) v. *Καλησία* etc.

nitis diversorum temporum observationibus natus fuerit, factum ut multa in eo bis aut saepius perscripta fuerint, in quibus posteriora prioribus saepe contradicunt; multa abrupte et quasi a festinante memoriae tantum adminiculo notata; multa confuse et quasi ab aliud agente coniecta; multa remisse et tamquam ab oscitante aut nauseabundo effusa. Quae singula reformanda, concilianda, deducenda, describenda, emendanda fuere, ut usum publice haberent, et pro Auctoris eruditione, aliquatenus saltem, legerentur. Praeterea quae emendantur illustranturve auctorum loca nuspiam fere in autographo adiecta, sed duntaxat indicata sunt. Cum tamen absque horum conspectu emendationis pondus aut illustrationis necessitas minus appareat; et praeberetur occasio hominibus minus probis *Holstenianas* curas intervertendi. Quare non prioris tantum generis verum et posterioris pleraque adiecimus: tum quod in hac eruditionis parte, quae auctoritate nititur, haec sint sedium instar, unde argumenta Geographiae veteris petantur. Tot igitur ac tantas morae caussas ne durior quis nobis imputet iure deprecamur.

Quoniam vero in exponendis auctoribus quaeri ferme solet de Auctoris vita, operis titulo, natura, expositione, idque ipsum facere *Holstenium* fata prohibuere, ne necessario vestibulo opus hoc destituatur, de singulis aliquid dicemus.

De *Stephano* quem *Byzantium* appellat Tzetzes *), *Grammaticum* vocat Suidas **), id vere affirmari potest, et *Holstenius* (uti ex schedis manu eius exaratis patet) credidit, vixisse post Honorii et Arcadii tempora, sive post annum Christi quadringentesimum, quoniam Marcianum Heracleotam et Synesium laudat, quos aequales fuisse ex Synesii epistolis constat et circa haec tempora floruisse certissimum est. Cum enim *Hermolaus*, qui *Stephani* opus in Epitomen redegit sub Iustiniano, Suida teste, vixerit, Imperator vero hic ex anno Christi IOXXVII. stationem auspicatus sit, viventis adhuc Stephani opus eum mutilasse parum verisimile est. Nec me movet quod in hoc ipso Le-

*) Chiliad. III. H. 100.

**) v. Ἑρμόλαος.

xico v. *Ἀνακτόρεια* Auctor Eugenio se successisse dicat in Scholarum regiarum administratione, quem Suidas sub Anastasio (qui ex anno CCCCXCI. ad DXVIII. Imperium tenuit) Constantinopoli magna celebritate docuisse et quaedam scripsisse commemorat: quoniam plusquam verisimile verba haec non a *Stephano* profecta sed ab Epitomatore addita, qui Eugenii non propter aliud meminisse videtur, quam ut eius occasione conditionem suam posteris proderet. Nec in hoc tantum loco addidit aliquid Compendiarius iste sed aliis plurimis, uti passim *Holstenius* notat. Praeterea id quoque dubitari potest, an Christianus fuerit ipse *Stephanus* (nam de Epitomatore dubitare non licet) cum in utramque partem rationes ex hoc opere colligi possint. Christianismo nomen dedisse suadere videtur temporis quo vixit ratio, obtinente iam longe lateque Christiana religione. Immo si ea quae v. *Βήθλεμα* leguntur, ab ipso *Stephano* scripta sint, non vero ab *Hermolao* addita, nullus dubitandi locus relinquitur. Denique quod scriptores Christianos ad testimonium citat magnum argumentum est. Notissimum enim ex Eunapio, Proclo et aliis, quantopere Christianorum nomen aversati fuerint gentiles eius saeculi scriptores. Rursus contrarium ex eo probari videtur, quod homo Christianus veram etymologiam locorum, quae in S. Scriptura occurrunt, ignorare non potuerit, cum tamen *Stephanus* ineptas gentilium fabulas adferat, uti v. *Ἰουδαία* aliisque apparet. Praeterea quod in locis Palaestinae commemorandis nullam vel S. Scripturae vel Eusebii, qui *τοπικῶν* librum ediderat, mentionem fecerit, cum ille Iosephum, Alexandrum, Pausaniam aliosque vel Iudaeos vel profanos scriptores tantum laudat. Nihilominus Christianum fuisse *Holstenius* putavit et maxime probabile est. Neque officiunt rationes in contrarium adductae; quae *Stephanus* aliorum Collectiones *Ἐθνικῶν*, Philonis, Orii, Herodiani et similium potius in unum volumen congessit, quam ipse ex se composuit. Unde non tam sua quam aliorum verba ac sententias eum adferre certissimum est.

Inscribitur autem liber hic in Aldina Editione, περὶ πόλεων; quod Xylander se immutare voluisse, etsi genuinum minime crederet, profitetur. In Editione Iuntina, περὶ πόλεων καὶ δήμων. Nec titulum hunc heri aut nudius tertius natum ex duobus MSS. Vat. patet. In quorum altero, *Στεφάνου Βυζαντίου περὶ πόλεων καὶ δήμων κατὰ δι-*

*φάβητον.* In altero, *Ἐκ τῶν Στεφάνου περὶ πόλεων ἀξιομνημόνευτα κατὰ στοιχεῖον.* Immo iam duodecimo seculo sive Tzetzis aetate obtinuisse hanc epigraphen ex huius versibus liquet:

*Τῷ περὶ νήσων, πόλεων καὶ δήμων δὲ βιβλίῳ*
*Στέφανος ὁ Βυζάντιος οὐ γράφει περὶ ταύτης.*
*In libro de insulis, urbibus et populis*
*Stephanus Byzantius de ea non scribit.*

A qua verbositate maxime abit quae in Fragmento Stephani Seguieriano adducitur: *Στεφάνου Γραμματικοῦ Κωνσταντινουπόλεως περὶ πόλεων, νήσων τε καὶ ἐθνῶν, δήμων τε καὶ τόπων, καὶ ὁμωνυμίας αὐτῶν καὶ μετωνομασίας, καὶ τῶν ἐντεῦθεν παρηγμένων ἐθνικῶν τε καὶ τοπικῶν, καὶ κτητικῶν τε ὀνομάτων.* Unde suspicor a Iuntis et Aldo in MSS. inventum titulum, quem singuli Editionibus suis praefixerunt. Nihilominus certum neque *Stephanum* ipsum neque illius Epitomatorem *Hermolaum* ita hoc opus inscripsisse, sed alterum *ἐθνικά*, alterum *ἐθνικῶν ἐπιτομήν.* Prius ex Eustathio, Tzetzis aequali, discimus, ad Iliad. Z.*) *Ἰστέον δὲ ὅτι καὶ διαφόρους γραφὰς ἀποφέρεται τὸ ῥηθὲν Ἀδραμύττειον, καθὰ καὶ Στέφανος παραδίδωσιν ἐν τοῖς ἐθνικοῖς. Sciendum diversas scripturas referre dictum Adramytteon, quemadmodum et Stephanus tradit in Ethnicis.* Dein nusquam aliter in his commentariis, aut illis in Dionysium quam *τὰ ἐθνικά*, *τῶν ἐθνικῶν ἐπιτομήν*, *τὴν ἀναγραφὴν τῶν ἐθνικῶν*, *τὴν τῶν ἐθνικῶν καταγραφὴν* tacito auctoris nomine vocat, nonnunquam etiam *τοὺς παλαιοὺς* et *κατὰ τοὺς παλαιοὺς*, etiam ubi verbotenus describit. Posterius indubitatum reddit Suidas, Tzetze vetustior, apud quem: *Ἑρμόλαος Γραμματικεὺς Κωνσταντινοπόλεως, γράψας τὴν Ἐπιτομὴν τῶν Ἐθνικῶν Στεφάνου Γραμματικοῦ προσφωνηθεῖσαν Ἰουστινιανῷ τῷ βασιλεῖ. Hermolaus Grammaticus Constantinopolitanus, qui composuit compendium libri de Gentilibus Stephani Grammatici Iustiniano Imperatori dedicatum.* Nam ab *Hermolao* *Ἐθνικῶν Stephani* opus, quod habemus, primum mutilatum dubitare non licet, propter ea quae leguntur v. *Ἀνακτόρεια*, plane cum *Hermolai* aetate convenientia. Et in

*) p. 649.

hac sententia iam olim fuit Iosephus Scaliger, a quo propterea *Stephanus aut eius potius mutilator Hermolaus* alicubi *) adducitur. Hoc vero *Hermolai* Compendium cum subsequentibus temporibus iterum, et forte saepius, fuisset contractum, uti ex omisso *Hermolai* nomine, praecisa eiusdem dedicatione, et plurimis locis patet, quibus aut promittitur aliquid alio loco tractatum iri, quod tamen illic non legitur; aut vocula ὅτι **) relicta est, eclogis, quarum illa nota, deletis; aut prima omissi loci litera remansit ***); statim post Eustathii tempora ab hominibus, qui Geographica praecipue in hoc opere tractari existimabant, primarium *Stephani* scopum non adsequebantur, περὶ πόλεων aut περὶ πόλεων καὶ δήμων titulum tulisse videtur.

*Stephani* enim in hoc opere scopus praecipuus non fuit Geographica docere, ut isti putarunt, sed Ἐθνικὰ sive *Gentilia*, quae ab gentium, regionum urbiumque deducantur nominibus percensere. Sic ut hoc opus mere Grammaticum sit et proprie ad Grammaticam τεχνικὴν pertineat, et quidem eam partem, quae de Nominibus derivativis agit, praecipue vero illis, quae a Nominibus derivantur, quae vulgo distinguuntur in Patronymica, Gentilia, Possessiva, Diminutiva, et Denominativa. Horum enim secundum genus toto hoc opere pertractatur, obiter autem de Patronymicis et Possessivis quaedam subinde adsperguntur. Etsi fatear etiam ad ἐξηγητικὴν sive ἱστορικὴν pertinere: in qua Sextus Empiricus †) inter alia περὶ ὀρέων, καθάπερ ὀρῶν ἢ ποταμῶν tractari docet. Unde veteres τὸ ἱστορικὸν dividere in quatuor partes solebant τὸ γενεαλογικὸν, πραγματικὸν, τοπικὸν, χρονικόν. Sed ut dixi primo loco ad τεχνικὴν spectat. Dolendum autem periisse ipsius *Stephani* tractatum Lexico huic Ἐθνικῶν ὀνομάτων, praemissum de varia *Gentilium* nominum formatione, quem ipse citat v. Αἴθιοψ, τὰ τῶν ἐθνικῶν προτεχνολογήματα, quo totam hanc Grammaticae partem accurate et copiose pertractaverat. Exstat in Vaticana Bibliotheca Dionysii

*) Append. Not. in Varr. de R. R. p. 208.

**) ut v. Χίος.

***) ut v. Δίκτη.

†) Advers. Mathem. p. 19.

Thracis *Τέχνη Γραμματική* cum diversis antiquorum expositionibus Porphyrii, Choerobosci, Melampodis, Diomedis et praecipue *Stephani*; cuius sequens Scholion de *Ἐθνικῷ* sive *Gentili* nomine putabat Holstenius: *Ἐθνικὸν δὲ ἐστι τὸ ἔθνους δηλωτικόν· οἷον Φρὺξ, Γαλάτης. Τὸ ἐθνικὸν δεῖ ἀκριβῶς εἰδέναι πόθεν· γίνεται δὲ τετραχῶς· ἀπὸ γένους, ἀπὸ χώρας, ἀπὸ πόλεως, ἀπὸ βασιλέως. ἀπὸ γένους μὲν, ὡς Ἕλλην καὶ Βάρβαρος· ἀπὸ δὲ χώρας, ὡς Θεσσαλός· ἀπὸ δὲ πόλεως, ὡς Φθιώτης· ἀπὸ δὲ βασιλέως, ὡς Ἀχαιὸς καὶ Δαναός. Τοῦτο οὖν ἐστι τὸ ἔθνους δηλωτικὸν ὡς καὶ αὐτὸς παρέθετο, ὁ Φρὺξ Γαλάτης, ὡς ἐν Εἰσαγωγῇ. Gentile gentem significat, quale Phryx, Galata. Gentile unde fiat accurate sciendum est. Formatur autem quatuor modis: a gente, regione, urbe, rege. A gente ut Graecus, Barbarus: a regione ut Thessalus: ab urbe ut Phthiotes: a rege ut Achaeus, Danaus. Haec igitur gentis denotatio, sicut et ipse posuit, Phryx, Galata, ut in Isagoge.* Ingens autem hoc *Ἐθνικῶν* opus fuisse antequam ab *Hermolao* et reliquis in id, quod nunc superest, volumen compressum est, multa indicio sunt. Praecipue quod in MSS. Palatinis ad literam *Ξ*. notetur: *Ἀρχὴ τοῦ λέ βιβλίου. Incipit liber quintus et tricesimus.* ad literam *O*: *Ἀρχὴ τοῦ λστ βιβλίου. Incipit liber sextus et tricesimus.* Cum enim litera *Ξ*. integrum olim librum confecerit, quae nunc in semipagellam contracta est, aliae literae in plures etiam libros distinctae fuerint, de forma integri operis coniicere licet. Idem etiam ex iis quae a Constantino Porphyrogenneta lib. II. Themate X. ex *Stephani* opere de Sicilia citantur, constat, quorum in hoc Compendio neque vola neque vestigium exstat. Idque iam observavit Henricus Valesius.*) Idem Themate IX. eiusdem libri de Dyrrachio, et Themate XII. de Chersone adfert, quae in hac Epitome non conspiciuntur; ex integro tamen opere, ut verisimile, petita. Et apud eumdem, libro de Administrando Imperio ad Romanum filium, duo integra leguntur capita XXIII. et XXIV. de Iberia et Hispania, quae exinde penitus descripta nemo dubitabit, qui cum iis quae hac Epitome vv. *Ἰβηρίαι* et *Ἱσπανίαι* supersunt, conferre voluerit. Haec autem a librario potius quam

*) Not. ad Exc. Nic. Damasc. p. 73. et seq.

ipso Imperatore operi huic inserta facile largietur, qui nihil cum reliquo contextu commune habere et per occasionem occupatae a Saracenis Hispaniae, cuius cap. XXIII. ex XXV. fit mentio, interiecta esse animadvertit. Denique nuper clarissime id apparuit in Fragmento nobili ex Seguieriana Bibliotheca prolato, in quo duodecim voces describuntur ex litera Δ, quarum prima Δύμη; una ad sequentem pertinens literam; eodem ordine, quo in Epitome adhuc exstant, sed innumeris partibus auctius. Ex quibus omnibus luculenter patet quam exiguam integri operis portiunculam habeamus reliquam, quantumque damni in tam praeclari operis contractione res literaria tulerit: simul *Stephani* opus ordine ut vocant alphabetico scriptum, de qua re Xylander dubitat.

Sed transeo ad commentationem. Optandum quidem ut ipse *Lucas Holstenius* ex tumultuario quem reliquit iustum commentarium confecisset. Sed quoniam id non praestitit, contenti simus hoc Catone, et gratias agamus manibus eius quod vel sic infinita nos docuerit. Praeter autem iudicium acre et doctrinam plane admirabilem, ad Geographiam veterem illustrandam iis subsidiis instructus venit quibus hactenus nemo. Cum enim Vaticanae Bibliothecae praefectus esset, inde quidquid schedarum antiquarum ad hoc studium faceret sibi deprompsit. Nec Vaticana tantum se concludi passus, quidquid praeterea bibliothecarum aut in Urbe aut alibi inveniretur excussit. Hinc tot ἀνέκδοτα in hoc opere passim citantur, in quibus ingens numerus Graecorum Epigrammatum: quae ita a me prolata sunt, quemadmodum in antigrapho reperi, corrupta scilicet saepius, nec sine ope ingenii hariolantis intelligenda. Usus autem est duobus *Stephani* MSS. qui in Palatina olim Bibliotheca, nunc Vaticana asservantur, qui passim in his Notis vocantur ad testimonium. Adhibuit etiam Claudii Salmasii Codicem, in cuius marginibus variantes Codd. duorum Palatinorum lectiones, dum adhuc Heidelbergae erant, simul cum coniecturis suis is adscripserat. Unde identidem harum coniecturarum in hoc opere mentio fit. Hunc Codicem *Holstenio* ab ipso Salmasio transmissum patet ex sequenti epistola, quae in Barberina Bibliotheca nunc servatur:

*CL. Salmasius Holstenio suo Salut.*

*Ut fidem meam liberem, Eruditissime Holstenii, mitto ecce tibi Stephanum olim a me cum duobus scriptis Codicibus e Palatina Bibliotheca collatum, et una partem versionis Xylandrianae, quam ab heredibus eius Heidelbergae cum essem nactus sum. Si quid illa usui tibi esse poterit, utere. Vereor, ut omnia pellegere possis, quae ad oram Codicis mei notavi ita mala manu in pessima ac bibula charta scripta sunt. Vale et me ama. Salutem velim dicas Florenti nostro. Grinaei* XI. *Kal. Mart.* CIƆIƆCXXVI.

Praeterea quoniam Isaacus Casaubonus alicubi*) editionis *Stephani* spem fecerat, etiam huius Codicem videre desideravit: quem sibi e Serenissimi Magnae Britanniae Regis Bibliotheca a V. C. Patricio Iunio adhoc transmissum alicubi manu sua notat, pauca duntaxat in eius Codice notata se reperisse addens: quorum tamen in his Notis non obliviscitur. Nec tantum bibliothecas scrutatus est, sed Gazophylacia etiam et nummarias thecas reseravit, primusque novam veteri Geographiae lucem a numismatibus mutuatus est, solertissime iudicans horum auctoritate sive ad *Gentilium* formationem ostendendam sive ad sinceram loci scripturam eruendam nihil esse certius. In horum autem applicatione, uti et reliquis, sicubi peccatum fuerit (uti non dubitandum) rogatos velim viros doctos, qui talia notaturi sunt, uti et homines se et hoc opus postumum esse meminerint. Neque enim omnia commissa corrigere aut debui, aut potui. Non debui, quoniam sic non *Holstenii* sed meus liber factus esset: tum quod ex his multa in coniectura posita sint, in quo genere si quis erraverit apud eruditos et bellos homines paratam habet veniam. Non potui autem omnia animadvertere, ingenii scilicet tarditate et temporis brevitate impeditus. Integra enim hominis aetas ad hanc studiorum partem perficiendam requiritur. Optandum autem ipsius autographi mihi copiam fuisse. Cum enim exemplar Barberinum a duobus librariis plane indoctis scriptum sit, factum ut innumeris id erroribus scateat. Horum partem longe maximam primo statim obtutu correxi, aliam non contemnendam post aliqualem medita-

*) Lect. Theocr. cap. 1.

tionem, quosdam nulla divinandi contentione tollere valui. Unde evenit, ut nonnulla quae exigui momenti videbantur omittere, quaedam inspecto per amicum autographo ad eius fidem in Addendis supplere coactus fuerim.

*Holstenianis* Notis iunctae sunt *Francisci Guieti* Observationes pauculae, quas V. C. Aegidius Menagius cum consilium nostrum intellexisset humanissime contulit.

*Scymni Chii Fragmenta* ad me misit laudatus ante Carolus Moronus. Cum enim in Barberina Bibliotheca inter alia *Holstenii* scripta latere nossem Geographos aliquot veteres notis eiusdem illustratos, Illustrissimum Virum per Stephanum Gradium rogavi ut hos auctores, quoniam eiusdem cum hoc opere argumenti essent, augendo volumini adiicere dignaretur: idque is haud gravate concessit. Sed cum aliquanto post munificus his literatorum parens exstinctus esset, nihil praeter *Fragmenta Scymni Chii* transmissum est, excusante Morono Bibliothecae Barberinae praefecturam in alium translatam. Unde vero haec *Fragmenta* deprompta fuerint, et qua auctoritate *Scymni Chii* nomen ferant, cum saepius ab amicis Romae quaesierim, nemo dicere valuit. Maxime verisimile e Schedis Vaticanae Bibliothecae hausta. De auctore vero aliunde constat et Holstenius iam docuit *Περιήγησιν*, quae sub Marciani Heracleotae nomine hactenus se ostendit, ad quam referenda veniunt haec *Fragmenta*, nulli praeterquam *Scymno Chio* deberi. Nam in Notis ad Apollonium Rhodium lib. IV. *) ad verba Scholiastae: *Σκύμνος δὲ ἐν τῇ ἑκκαιδεκάτῃ περὶ Εὐρώπης αὐτὸν μόνον φησὶν ἀπὸ ἐρήμου φέρεσθαι τὸν Ἴστρον, Ῥίπαια δὲ ὄρη ἐν ταῖς ἀνατολαῖς ὡς Καλλίμαχος*· notat sequentia: *Hic librorum numerus perspicue falsus. Neque enim Scymni Chii Περιήγησις in libros divisa fuit, tantum abest ut de sola Europa sedecim libros scripserit. Exstat enim nunc magna eius opusculi pars, quae hactenus sub falso Marciani Heracleotae nomine delituit. Quod huius loci auctoritate et indicio primus omnium vero auctori vindicavi in notis meis ad*

*) v. 284. p. 187.

*Porphyrium. In MS. fuerat ἐν τοῖς περὶ Εὐρώπης, sicuti pag. praecedenti ἐν τοῖς περὶ Ἀσίας idem Scymnus laudatur. Inde imperiti librarii fecere ἐν τῇ ις, pro ἐν τοῖς. quod deinde voce expansa editum, ἐν τῇ ἑκκαιδεκάτῃ. Neque minus corrupta sunt quae ex Scymno de Istri cursu affert. Nam pro illo, ἀπὸ ἐρήμου φέρεσθαι τὸν Ἴστρον, scribendum ἀπὸ ἑσπέρου. quod sequentia Callimachi verba evincunt, quae Ripaeos montes ad ortum ponunt, contra ac Scymnus: cuius haec sunt verba de Istro: Κατέρχεται ἀπὸ τῶν ἑσπερίων τόπων.* Hactenus ibi *Holstenius.* In Notis vero ad Porphyrium *), de Scythis ultra Maeotim, decem *Scymni Chii* vetusti Geographi adfert versus, quos cum aliis multis hactenus non editos dicit. Hos igitur omnes simul cum ipsius versione nunc hic damus, ut eximatur tandem doctis residuus scrupulus de emendato recte ab *Holstenio* Apollonii Scholiaste. Versus enim *Scymni*, cuius auctoritate nititur haec emendatio, in his Fragmentis exstat. Nec tantum ex hoc Scholiaste *Περιηγήσεως* huius verus Auctor vindicatur: sed uti recte observavit Erasmus Vindingius V. A. **) ex *Stephano* etiam, apud quem: *Ἀγάθη, πόλις Λιγύων, ἢ Κελτῶν. Σκύμνος δὲ Φωκαέων αὐτὴν φησιν ἐν τῇ Εὐρώπῃ. Agathe urbs Ligurum aut Celtarum. Scymnus Phocaeensium dicit in Europa.* Nam in hactenus edita sub Marciani nomine *Περιηγήσει* ***) legitur:

*Μεθ' οὓς ἐλθόντες εἰς Ἰβηρίαν*
*Οἱ Μασσιλίαν κτίσαντες ἔσχον Φωκαεῖς*
*Ἀγάθην.*
*Post quos delati in Hispaniam*
*Qui Massiliam condiderunt, obtinuerunt Phocaeenses*
*Agathen.*

Cui ex eodem addi potest locus alius v. *Πάρος· Ἔστι καὶ ἄλλη Πάρος νῆσος Λιβυρνῶν, ὥς φησι Σκύμνος ὁ Χῖος ἐν πρώτῳ Περιηγήσεως. Est etiam alia Paros insula Li-*

---

*) p. 82.

**) Not. ad Marcianum Heracleotam.

***) v. 211.

*burnorum*, *ut ait Scymnus Chius part.* 1. *Descriptionis Orbis.* Nam in hactenus vulgata, postquam de Liburnis et Illyriis actum esset, subiicitur:

> *Φάρος δὲ τούτων οὐκ ἄπωθεν κειμένη*
> *Νῆσος, Παρίων κτίσις ἐστίν.*
> *Paros vero his non procul sita*
> *Insula, Pariorum opus est.*

*Scymno Chio* subiunximus quatuor *Holstenianas* Dissertationes seorsum quidem ante editas sed a paucis visas, ne perirent.

Tandem in Geographorum veterum, quibus potiri non licuit, locum *Dissertationem* nostram *de primis Italiae colonis et Aeneae adventu*, simul cum *Oratione de Gigantibus* subiecimus, pro purpura pannum, fateor. Prioris meditationis caussam praebuit Samuel Bochartus, magnum literarum lumen, postquam publico scripto probare intendisset Aeneam nunquam in Italia fuisse, quod Romani omnes crediderant; et cognovissem ex eruditorum numero multos in eius sententiam ivisse, cum plane sit falsa et tanto viro indigna. Praemissa autem quaedam *de primis Italiae Colonis*, ut Italiae status qualis sub *Aeneae adventum* fuit, melius perspiceretur, inprimis ut eosdem Romanos qui Aborigines dixere Graecos ab Oenotris diversos, qui multis ante Troianum bellum aetatibus ex Achaia in Italiam migraverint, contra Dionysium Halicarnassensem defenderem, Aborigines statuentem Oenotros, qui ex Arcadia septemdecim ante Troiam captam generationibus in Italiam venerint. Tituli priorem partem sumpsi ab Antiocho, qui de *antiquissimis Italiae colonis*: posteriorem a Postumio, Consulari apud Romanos viro, qui *de Aeneae adventu* scripserat. Quorum nihil hodie praeter exigua fragmenta superest. Quaestionem *de Gigantibus* excutere inductus sum, quod viderem magnos aliquot viros, etiam huius aetatis, in scriptis suis prodere eos fuisse, et haec sententia videretur mihi naturae contraria.

*Indices Antonio Schultingio* debentur, singularis eruditionis iuveni, qui subsecivis horis hano nobis et literarum studiosis operam navare dignatus est. Hunc utinam fata terris diutius servent, quam nuper paren-

tem ostenderunt: cui si ad senectutem pervenire contigisset, habuissent quod sibi literae bona fide gratularentur. Sed habet solatium publicus dolor quod hunc genuerit, qui paternae eruditionis non modo heres, sed novum insuper decus summam iuris cognitionem addidit. In his *indicibus* vix aliquid recensum praeter id quod in *Holstenianis* Notis legitur. Auctorum a *Stephano* citatorum et rerum extra Alphabeti seriem apud eumdem occurrentium elenchi a Xylandro compositi sunt. Haec monenda habui. Vale.

# SCYMNI CHII

# FRAGMENTA

## ΠΕΡΙΗΓΗΣΕΩΣ

HACTENUS NON EDITA

CUM VERSIONE LATINA

LUCAE HOLSTENII.

—— —— Ὀδήσσων οἱ Μιλήσιοι
Κτίζουσιν, Ἀστυάγης ὅτ' ἦρχε Μηδίας
Αὕτη Κροβύζους Θρᾶκας ἐν κύκλῳ ἔχει.
Ἡ Διονυσόπολις πρῶτον ὠνομάζετο
Κροῦνοι. διὰ τὰς τῶν ἐγγὺς ὑδάτων ἐκρύσεις.
Ἔπειτα δὲ μετωνομάσθη Ματιόπολις
Καὶ ὕστερον διονυσιακοῦ ἀγάλματος
Ἐκ τῆς θαλάττης προσπεσόντος τοῖς τόποις,
Διονυσόπολιν λέγουσι κληθῆναι πάλιν.
Ἐν μεθορίοις δὲ τῆς Κροβύζων καὶ Σκυθῶν
Χώρας μιγάδας Ἕλληνας οἰκητὰς ἔχει.

—— —— τοῦτο δὲ
Τὸ πολίχνιον φασὶν τινὲς μὲν βαρβάρων,
Τινὲς δ' ἄποικον γεγονέναι Μεσημβρίας.

—— —— Κάλλατις
Ἀποικία μὲν Ἡρακλεωτῶν γενομένη
Κατὰ χρησμόν. ἔκτισαν δὲ ταύτην, ἡνίκα
Τὴν Μακεδόνων ἀρχὴν Ἀμύντας παρέλαβεν.
Τομέοι ἄποικοι γενόμενοι Μιλησίων,
Ὑπὸ Σκυθῶν ἐν κύκλῳ οἰκούμενοι.

—— —— ἡ πόλις
Ἴστρος ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ ἔλαβε τοὔνομα.

# FRAGMENTA.

—— —— Milesii Odessum struunt
Quo tempore Astyages regebat Mediam,
Illam Crobyzi Thraces undique ambiunt.

Cruni vocata est Dionysopolis civitas
5 Olim ob propinquas fontium scaturigines,
Matiopolis inde dicta verso nomine:
Et postea cum Liberi signum patris
Ad haecce pontus expulisset littora
Rursus vocatam Dionysopolim asserunt.
10 Haec in Crobyzorum et Scytharum finibus
Sita incolas promiscuos Graecos habet.

—— —— hoc oppidum
A barbaris alii quidem structum volunt
Alii Mesembriae ferunt coloniam.

15 —— —— —— Callatis
Heracleensium quidem colonia est:
Oraculo iubente ab ipsis condita,
Cum regnum Amyntae obtineret Macedonum.

Tomi Milesiorum habent coloniam:
20 Et hi Scythis cinguntur undique accolis.

—— —— Ister civitas
A flumine Istro nomen accepit suum:

—— —— καὶ ταύτην τὴν πόλιν
Μιλήσιοι κτίζουσιν, ἡνίκα Σκυθῶν
Εἰς Ἀσίαν στράτευμα διέβη βαρβάρων 25
Τὸ Κιμερίους διῶκον ἐκ τοῦ Βοσπόρου.
—— —— ὁ Ἴστρος ποταμὸς
Κατέρχεταί ἀπὸ τῶν ἑσπερίων τόπων,
Τὴν ἐκβολὴν πέντε στόμασι ποιούμενος.
Δυσὶ δὲ σχιζόμενος κ' εἰς τὸν Ἀδρίαν ῥέει. 30
Ἀμέλει δὲ ἄχρι Κελτικῆς γινώσκεται,
Καὶ τῷ θέρει τὸν πάντα διαμένων χρόνον,
Χειμῶνι μὲν γὰρ αὔξεται πληρούμενος
Τοῖς γινομένοις ὀμβρίοισι, καὶ ἀπὸ τῆς χιόνος
Τῶν τηκομένων τε λαμβάνων ἀεὶ πάγων, 35
Ὡς φασί, τὰς ἐπιρύσεις. ἐν δὲ τῷ θέρει
Τὸ ῥεῖθρον ἐξίσεισιν ὡσαύτως ἴσον.
Ἔχει δὲ καὶ νήσους ἐν αὐτῷ κειμένας
Πολλάς τε καὶ μεγάλας μεγέθεσιν, ὡς λόγος.
Ὧν ἡ μεταξὺ τῆς θαλάσσης κειμένη 40
Καὶ τῶν στομάτων οὐκ ἔστ' ἐλάττων τῆς Ῥόδου,
Πεύκη δὲ λέγεται διὰ τὸ πλῆθος ὧν ἔχει
376 Πευκῶν. μετ' αὐτὴν εἶτα πελαγία κειμένη
Ἀχιλλέως νῆσος —— ——
Ἔχει δὲ πλῆθος χειρόηθες ὀρνέων, 45
Θέαν θ' ἱεροπρεπῆ τοῖς ἀφικνουμένοις.
Οὐ δυνατόν ἐστιν ἀπὸ ταύτης χώραν ἰδεῖν
Καίπερ ἀπεχούσης ἀπὸ τῆς ἠπείρου στάδια
Τετρακόσι', ὡς δὴ συγγράφει Δημήτριος.
Οὗτοι δὲ Θρᾷκες Βαστάρναι τ' ἐπήλυδες. 50
—— —— ὁ Τύρας ποταμὸς
Βαθύς τε ὢν εὐβότανος ἐστὶ ταῖς νομαῖς
Τῶν ἰχθύων διάθεσιν ἐμπόροις ἔχων,
Ταῖς ὁλκάσι τε ναυσὶν ἀνάπλοιν ἀσφαλῆ.
Ὁμώνυμος δὲ τῷ ποταμῷ κεῖται πόλις 55
Τύρας, ἄποικος γενομένη Μιλησίων.
Ἐπὶ δὲ ταῖς καθ' Ὕπανιν καὶ Βορυσθένην
Τῶν δύσι ποταμῶν συμβολαῖς ἐστὶ πόλις

—— —— et hanc Milesii
Struxere tunc urbem, Scytharum barbarus
25 Exercitus cum transiisset in Asiam,
Sequens fugaces Cimerios ex Bosporo.
—— —— Ister amnis ex locis
Ad soli occasum remotis defluit,
Pontumque quinque scissus intrat ostiis:
30 In Adriam quoque altero alveo fluit,
Ab intima usque Celtica sat cognitus.
Aestate nullo tempore unquam deficit:
Sed hyeme crebris intumescit imbribus
Et dum soluta nix liquescit, et gelu
35 Constricta glacies undique affluentibus
Impletur undis, ut ferunt: sed tempore
Aestatis aequali fluento labitur.
Quam plurimas quoque continere dicitur
Spectabilesque magnitudine insulas:
40 Quarum una fluminis inter ostia et mare
Iacens adaequat ambitu suo Rhodum;
Propterque piceas plurimas quas sustinet
Peuce vocatur. hinc aperto in aequore 377
Achillis insula est —— ——
45 Habetque mansuetas aves quamplurimas,
Et advenis spectaculum praebet sacrum.
Nam terra nusquam exinde prospici potest,
Quam stadia quadringenta tantum dividunt
A continente, ut auctor est Demetrius.
50 Sed Thraces hi sunt atque Bastarnae advenae.
—— —— amnis Tyras
Profundus herbidusque alendis piscibus,
Situque mercatoribus percommodo,
Tutusque onustis subvehendis navibus.
55 Hic civitas amni iacet cognominis
Tyras, trahens originem a Milesiis.
Ubi ostiis iunctis in unum confluunt
Hypanis Borysthenesque structa est civitas

Κτισθεῖσα, πρότερον Ὀλβία παλουμένη,
Μετὰ ταῦθ' ὑφ' Ἑλλήνων πάλιν Βορυσθένης 60
Κληθεῖσα. ταύτην τὴν πόλιν Μιλήσιοι
Κτίζουσι κατὰ τὴν Μηδικὴν ἐπαγγελίαν
Διακοσίων δὲ καὶ τεσσαράκοντα σταδίων
Τὸν ἀνάπλουν ἀπὸ θαλάττης τῷ Βορυσθένει
Ποταμῷ ἔχει — — — 65
Οὗτος δὲ πάντων ἐστὶ χρειωδέστατος,
Κήτη μεγάλα καὶ πολλὰ καὶ καρποὺς φέρων
Τοὺς φυομένους νομάς τε τοῖς βοσκήμασι.
Ῥεῖν δ' αὐτὸν ἐπὶ μὲν ἡμερῶν λέγουσι πλοῦν
Ὡς τεσσαράκοντα πλωτόν· εἰς δὲ τοὺς ἄνω 70
Τόπους ἄπλωτός ἐστι, καὶ οὐ περάσιμος
Ὑπὸ χιόνος γὰρ καὶ πάγων ἐξείργεται.

Ἡ Ταυρικὴ δὲ Χερρόνησος λεγομένη
Τούτοις συνάπτει, πόλιν ἔχουσ' Ἑλληνίδα,
Ἣν Ἡρακλεῶται Δήλιοί τ' ἀπῴκισαν. 75
Τοῖς Ἡρακλεώταις γενομένου χρησμοῦ τινος
Τὴν Ἀσίαν οἰκοῦσιν ἐντὸς Κυανέων,
Ἅμα Δηλίοις Χερόνησον οἰκῆσαι.

— — ἀπὸ δὲ Λαμπάδων
Εἰς τὸ Κριοῦ μέτωπον ἀκρωτήριον 80
Τῆς Ταυρικῆς ὑψηλὸν [ὄρος] ἐστὶ στάδια
Εἴκοσι καὶ ἑκατόν· ἐν ταύτῃ τῇς Ταυρικῆς
Χώρᾳ τινὲς λέγουσιν ἀφικέσθαί ποτε
Κλαπεῖσαν Ἰφιγένειαν ἐκ τῆς Αὐλίδος.
Εἰσὶ δὲ τοῖς ὄχλοις μὲν οἱ Ταῦροι σκυθρωποί, 85
Βίον δ' ἐνόριον νομάδα τ' ἐζηλωκότες,
Τὴν δ' ὠμότητα βάρβαροί τε καὶ φονῶν
Ἱλασκόμενοι τὰ θεῖα τοῖς ἀποβάθροις.

Ἀπ' οὖν Ἀθηναιῶνος ἄχρι τῶν Κυανέων
Σκύθαι κατοικοῦσι· μετὰ ταῦτα Βόσπορος 90
Ὁ Κιμμέριος ἐστι, καὶ Κιμμερικὸν [illegible]
378 Ἐνταῦθα ναυσὶν ὅρμος τοῖς ἀφ' [illegible]
Ἐστὶν ἀνέμοις· ἐν τῇ θαλάττῃ δ' [illegible]

Quae nomen antea obtinebat Olbiae:
60 Deinde Graecis dicta denuo fuit
Borysthenes. Milesii quoque struxerant
Hoc oppidum florenti regno Medico:
Ad quod ducentis stadiis ascenditur
Quaterque denis ex mari Borysthenem
65 Per flumen —— ——
Hic amnis unus omnium utilissimus,
Vastis abundans plurimisque piscibus,
Frugumque copia atque laetis pascuis.
Quem bis vicenum navigabilem ferunt
70 Cursu dierum; quicquid ultra extenditur
Iam navibus vadove transiri nequit:
Glaciale namque frigus et nix impedit.

His Chersonesus iungitur, quam Tauricam
Vocamus, oppidumque Graecum, conditum
75 Heracleotis Deliisque auctoribus.
Heracleotis quippe praecepit Deus
Intra Cyaneas incolentibus Asiam,
Ut Chersonesum conderent cum Deliis.

—— —— a Lampadum oppido
80 Ad Tauricae sublime promontorium
Quod Arietis froniem vocant, sunt stadia
Centum et viginti, ad haecce Tauricas loca.
Venisse dicunt Iphigeneiam plurimi,
Sutrepta cum fuisset olim ex Aulide.
85 Turbis abundant maxime frequentibus
Tauri, vagamque in montibus vitam trahunt.
Crudelitate caedibusque barbari,
Ipsum sceleribus impiis numen colunt.

Quicquid ab Athenaeone postea ad Cytas
90 Procurrit, id Scythae tenent, hinc Bosporus
Cimmerius oppidumque Cimmericum iacet
Ubi navibus portus patet, ruentibus
Ventis ab occidente; contra prominent

Νῆσοι πετρώδεις οὐ πάνυ μεγάλαι τόσον
Ἀπέχουσαι ὀλίγον τῆς ἠπείρου [illegible]
Ἔπειτ' ἐπ' αὐτοῦ τοῦ στόματος τῆς Μαιώτιδος
Λίμνης τὸ Παντικάπαιόν ἐστιν ἔσχατον
Τοῖς Βοσπόρου βασιλεῖον ἐπονομασμένον.
Ἄνωθεν δὲ τούτων ἡ Σκυθικὴ βάρβαρος
Πρὸς τὸν ποίκητον συνορίζουσ' ἐστὶ γῆν
Καὶ πᾶσι τοῖς Ἕλλησιν ἀγχουσμένην.
Πρώτους δὲ παρὰ τὸν Ἴστρον εἶναι Καρπίδας
Εἴρηκεν Ἔφορος, εἶτ' Ἀρωτῆρας, πρόσω
Νευροῦτας ἄχρι γῆς ἐρήμου, διὰ πάντων
Πρὸς ἀνατολὰς δ' ἐκβάντι τοῦ Βορυσθένους
Τοὺς τὴν λεγομένην Ἄβλαν οἰκοῦντας Σκύθας
Εἶναι δὲ Γεωργοὺς ἐχομένους τούτων ἄνω.
Ἔπειτα πάλιν ἔρημον ἐπὶ πολὺν τόπον,
Ἄνω δὲ ταύτην ἔθνος ἀνθρωφάγων Σκυθῶν
Ἐπέκεινα πάλιν ἔρημον εἶναι ἐχομένην.
Τὸν Παντικάπη διαβάντι λιμναίων ἔθνος,
Ἕτερά τε πλείονα οὐ διωνομασμένα,
Νομαδικὰ δὲ ἐπικαλούμενα, εὐσεβῆ πάνυ
Ὡς οὐδὲν ἐμψύχων ἀδικῆσαι ποτ' ἄν.
Οἰκοφόρα δ' ὡς εἴρηκε καὶ σιτούμενα α
Γάλακτι ταῖς Σκυθικαῖς τε ἱππομολγίαις
Ζῶσι δὲ τήν τε κτῆσιν ἀναδασειότερα
Κοινὴν ἁπάντων τήν τε ὅλην οὐσίαν,
Καὶ τὸν σοφὸν δ' Ἀνάχαρσιν [illegible]
Φησὶ γενέσθαι τῶν σφόδρ' εὐσεβεστάτων.

—— —— καὶ κατοικῆσαι τινάς
Εἰς Ἀσίαν ἐλθόντας, οὓς δὴ καὶ [illegible]
Καλοῦσιν. εὐσημότατον δ' εἶναι φησὶ τὸ
Τῶν Σαυρομάτων καὶ Γελώνων καὶ [illegible]
Τὸ τῶν Ἀγαθύρσων ἐπικαλούμενον [illegible]
Ἀπὸ τῶν δὲ Μαιωτῶν λαβοῦσα [illegible]
Μαιῶτις ἑξῆς ἐστὶ λίμνη κειμένη
Εἰς ἣν ὁ Τάναϊς ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ [illegible]

Duae insulae saxosae at exiguae, parum
95 A continente dissitae —— ——
Ipsum paludis ad ostium Maeotidis
Extrema Panticapaea civitas iacet,
Quae Bospori cognominatur regia
Ultra Scytharum regio vasta, et barbara
100 Procurrit ad terram incolarum nesciam.
Cunctisque Graeciae incolis incognitam.
Sed Ephorus Istrum Carpidas primos refert
Accolere; proximos Aratores sequi;
Neurutas hinc ad frigidam terrae plagam.
105 Si versus ortum quis Borysthene exeat,
Illum Scythas offendere Hyblam qui colunt:
Quos gens Georgorum deinceps excipit.
Rursumque vastas solitudines sequi,
Scythasque, qui vescuntur hominum carnibus:
110 Hinc rursus alias esse solitudines.
Ultraque Panticapen paludis accolas,
Aliosque plures nomine haud notos suo,
Vulgus Nomadicos dicit, usque adeo admodum pios
Ut nec animantibus afferant iniuriam:
115 Plaustrisque, ut asserit, vagas trahunt domos,
Et more Scythico lacte equarum vititant.
Et de bonis vitam communibus agitant, *)
Opesque cunctas publicas cunctis habent.
Ex his Nomadicis, gente quam piissima,
120 Anacharsis ortus dicitur, sapiens homo.
—— —— horumque nonnullos ferunt
Fixisse sedes in Asia, quos et Sacas
Vocant. sed omnium quidem clarissimi
Sauromatae habentur, ac Geloni, et tertium
125 Genus, Agathyrsi, qui vocantur proprie,
Maeotis autem postea palus iacet
Maeotica de gente nomen obtinens.
Miscetur illi Tanaïs amnis, qui capit

*) *Agunique vitam de bonis communibus.*

Τὸ ῥεῦμα Ἀράξεως ἐκμιγνύμενον
Ὡς δ' Ἔφορος ἱστόρηκεν, ἐκ λίμνης τινὸς
Ἧς τὸ πέρας ἐστὶν ἄφορμον ἔξεσι δὲ
Δίστομον ἔχον τὸ ῥεῦμα εἰς τὴν λεγομένην
Μαιῶτιν, εἰς τὸν Κιμμεριόν τε Βόσπορον.
Τὸ δὲ πέραμον τῆς λίμνης λέγεται Βόσπορος
Τὸν δὲ Τάναϊν, ὅς ἐστι τῆς Ἀσίας ὅρος
Τιμῶσί τε τὴν ἄκραν ἑκατέρου δίκα,
Πρῶτοι νέμονται Σαρμάται δυσχίλιοι
Σταδὶ' ἐπέχοντα
Εἶτα μετὰ Σαρμάτας τὸ Μαιωτῶν γένος
Ἰαζαμάτων λεγόμενον, ὡς Δημήτριος
Εἴρηκεν ἐφ' οἷς καὶ ἡ Μαιῶτις λέγεται
Ὡς δὲ Ἔφορος λέγει, Σαυρομάτων ἔθνος
Τούτοις δὲ ἐμμεμίχθαι τοὺς Ἀμαζόνας
Τοῖς Σαυρομάταις λέγουσιν, ἐλθούσας ποτὲ
Ἀπὸ τῆς περὶ τὸν Θερμοδόντα γενομένης
Μάχης· ἐφ' οἷς ἐπελήθησαν οἱ Σαυρομάται
Γυναικοκρατούμενοι

## ΑΣΙΑ.

Τὸ δὲ στόμ' ἐκπλέοντι Κιμμερὶς πόλις,
Ἀπὸ Κιμμερίων μὲν βαρβάρων κεκλημένη,
Κτίσις δὲ τυράννων οὖσα τῶν ἐν Βοσπόρῳ
Κῆπός τ' ἀποικισθεῖσα διὰ Μιλησίων.

Εἶτ' ἐστὶν Ἑρμώνασσα, Φαναγόρειά τε
Ἣν Τηΐους λέγουσιν οἰκῆσαι ποτὲ
Καὶ Σινδικὸς λιμὴν, ἔχων ἀκρωτήρας
Ἕλληνας, ἀπὸ τῶν ἐγγὺς ἥκοντας
Ταύτας περιέχει τὰς πόλεις
Ἡ νῆσος κατὰ Μαιῶτιν ἄχρι Βοσπόρου
Χώρων ἀπολαμβάνουσα πολλὴν
Ἥτις τὰ μὲν τοῖς ἕλεσι τοῖς τε
Ἀδιάβατον τινάγεσί τε τοῖς ἐν τῷ πέρατι
Ἃ δὲ τῇ θαλάσσῃ τῇ τε λίμνῃ

Originem suam ex Araxe flumine:
130 Vel ut Ephorus ait, ex palude quapiam,
Cujus nequit quisquam explicare terminum,
Sed ostio dictam paludem duplici
Maeotin intrat Cimmericumque Bosporum.
Nam Bosporum paludis ostium vocant.
135 Sed Tanaïn, Asiam terminus qui separat
Hinc inde utramque continentem dividens,
Primi quidem ad bis mille stadia Sarmatae
Iuxta accolunt —— —— ——
Post Sarmatas deinde gens Maeotica
140 Iazamatae sequuntur, ut Demetrius
Refert, ab hisce dicta Maeotis fuit:
Vel Sauromatarum gens, ut Ephorus auctor est,
Olimque commixtas Amazonas ferunt
His Sauromatis fuisse: quae devenerant 381
145 Huc post peracta ad Thermodontem praelia,
Cognominatos unde Sauromatas volunt.
Gynaecocratumenos —— ——

## ASIA.

Ad oris exitum sita est urbs Cimmeris,
A Cimmeriis quidem vocata barbaris,
Sed a tyrannis Bosporanis condita:
Milesiorum Cepus hic colonia est.

5 Hinc sequitur Hermonassa, Phanagoreaque,
Quam condidisse Teios quondam ferunt:
Portusque Sindicus colonos obtinens
Graecos, propinquis confluentes ex locis,
Has civitates comprehendit insula
10 Maeotin adiacens ad usque Bosporum,
Patentium complexa camporum aequora:
Paludibus partimque fluviis invis,
Tenacibusque littore adverso vadis:
Quae Pontus hinc, et isthinc efficit Palus.

—— —— οἱ λεγόμενοι Μοσσυνοικοὶ 15
Τοῖς ἔθεσι καὶ νόμοις καὶ ἔργοις βαρβαρικοῖς.
Φασὶ γὰρ ἐν ξυλίνοισιν ὀφηλοῖς τ' ἔχων
Πύργοις ἐνοικεῖν πάντας, ἐν φανερῷ δ' ἀεὶ
Ἔμασκε πράττειν· τὸν δ' αὐτῶν βασιλέα
Δεδεμένον ἐν πύργῳ τε συγκεκλεισμένον 20
Τηρεῖν, ἐπιμελῶς τῆν ἀνατάνοι στέγην
Ἔχοντα· τοῖς φρουροῦσι δ' αὐτὸν ἐπιμελὲς
Εἶναι νομίμως ἵνα πάντα προστάττει ποιεῖν·
Ἂν δὲ παραβαίη κόλασιν αὐτοῦ λαμβάνειν
Φασὶ μεγίστην, μὴ διδόντας τὴν τροφήν. 25

—— —— Κερασοῦς
Κτισθεῖσ' ὑπ' αὐτὸ, καθ' ἃς ἔρημος κειμένη
Ἧς ἄντικρυς παρήκει νῆσος Ἄρεως
Λεγομένη. —— ——
Ἀπὸ Κοτυώρου ἕως τοῦ πλησίον Πολεμωνίου 30
Πρώην Τιβαρηνοὶ ᾤκουν ἔθνος ὁμοχώριοι,
Πάνυ γελᾶν σπεύδοντες ἐκ παντὸς τρόπου,
Εὐδαιμονίαν εἶναι ταύτην κεκρικότες.

—— —— Ἀμισὸς ἐν τῇ Λευκοσύρων
Γῇ κειμένη, τῶν Φαναίων ἀποικία, 35
Τέσσαρσι πρότερον ἔτεσιν οἰκισθεῖσα τῆς
Ἡρακλείας ἔλαβεν Ἰωνικὴν κτίσιν.
Κατὰ δὲ πόλιν ταύτην τῆς Ἀσίας στενῶν
Στενότατος αὐχὴν ἐστὶν εἰς τὸν Ἰσθμικὸν
Κόλπον διήκων τήν τ' Ἀλεξανδρούπολιν 40
Τῷ Μακεδόνι κτισθεῖσαν ἡμερῶν δ' ὁδὸν
382 Εἰς τὴν Κιλικίαν ἑπτὰ τῶν πατρῴων ἔχει.
Τὸ τῆς Ἀσίας γὰρ λέγεται ἰσθμωδέστατον
Εἰς τὸν περὶ αὐτὸν ὄντα συνάγεσθαι μόνον.
Ὁ δ' Ἡρόδοτος ἔοικεν ἀγνοεῖν λέγων 45
Ἐκ τῆς Κιλικίας [πέντε ἡμερῶν ὁδὸν
Εἰς πόντον.] ἔθνη δ' εἶχε πεντεκαίδεκα,
Ἡ χερρόνησος· ὧν τρία μὲν Ἑλληνικά,
Αἰολικὸν, εἶτ' Ἰωνικὸν καὶ Δωρικόν.

15 —— —— moribus Mossynoeci
Et legibus factisque plane barbari:
Nam ligneas feruntur editissimas
Habitare turres, inque luce publica
Res quaslibet peragere: tum regem suum
20 Vinclis ligatum, et turre clausum sedulo
Servare, qui tabulas supremas occupat:
Custodibus vero laboris id dari,
Quaecumque recte iusserit facto exsequi: *)
At si qua peccet, poena fertur maxima
25 Haec sumi ab illo, quod cibus subducitur. **)
—— —— Cerasus civitas
Exstructa ab ipsis cum iaceret diruta
Cui Martis insula, ut vocant, obtenditur.
30 Ab oppido Cotyoro ad usque Polemonium
Iunctis agris coluere Tibareni prius,
Qui risui modis studebant omnibus,
Felicitatem eam putantes maximam.
—— —— In Leucosyrorum Amisus iacens
35 Regione, Phocaeensium colonia,
Exstructa quadriennio ante Heraclíam
Ionica de gente traxit originem,
Quo ferme ab oppido Asia constringitur
Arctissima cervice ad Issicum sinum
40 Urbemque, quae nomen tulit Alexandriae
A conditore Macedone: hinc in Cilíciam
Septem dierum fert iter, non amplius. 383
Nam fertur Asia angustiis arctissimis
Ad Issici sinus recessum comprimi.
45 Herodotus autem, dum dierum quinque ait
Ex Cilicia ad Pontum viam perducere,
Falli videtur. Quindecim hanc peninsulam
Gentes colunt: in hisce tres Graecanicae;
Aeolica, deinde Ionica atque Dorica.

*) *Ut exsequantur cuncta quae recte iubet.*
**) *Haec irrogari. quod cibum non praebeant.*

Τὰ λοιπὰ δὲ τῶν μεγάδων χωρία βάρβαρα —
Κίλικες μὲν οὖν, Λύκιοί τε, πρὸς τούτοις δὲ καὶ
Μάκαρες, Μαριανδηνοί τε παραθαλάσσιοι τε,
Οἰκοῦσι, Παφλαγονές τε καὶ Παμφύλιοι·
Χαλύβες δὲ τὸν μεσόγειον οἵ τε πλησίον
Καππάδοκες, οἵ τε νεμόμενοι τὴν Πισιδίαν
Λύδοι τε, καὶ πρὸς τοῖς δὲ Μύσοι καὶ Φρύγες.

Ἀλλ' ἡ Σινώπη ἔστ' ἐπώνυμος μιᾶς
Τῶν Ἀμαζόνων, ὧν πλησίον χώρ' ἦν ποτε.
Ἦν τὸ πρὶν ᾤκουν εὐγενεῖς ὄντες Σύροι.
Μετὰ ταῦτα δ' ὡς λέγουσιν, Ἑλλήνων ὅσοι
Ἐπ' Ἀμαζόνων διέβησαν, Αὐτόλυκός τε καὶ
Σὺν Δηλέωντι Φλόγεως ὄντες Θέτταλοι.
Ἔπειτα δ' Ἄμβρων τῷ γένει Μιλήσιος.
Ὑπὸ Κιμέριων οὗτος ἀναιρεῖσθαι δοκεῖ·
Μετὰ Κιμερίους Κῶος, πάλιν δὲ Κρητίνης,
Οἱ γενόμενοι, φυγάδες τῶν Μιλησίων.
Οὗτοι συνοικίζουσιν αὐτὴν ἡνίκα
Ὁ Κιμέριων στρατὸς κατέδραμε τὴν Ἀσίαν.
—— —— ὧν δὴ τόπων
Ἄρξαι Φινέα τοῦ Τυρίου Φοίνικος ὑστέροις
Χρόνοις, κατελθεῖν ἐξ Ἰωνίας στόλον,
Μιλησίων, καὶ κτίσαι ταύτας τὰς πόλεις.
Ἃς εἰς Ἄμαστριν ὕστερον συνήγαγεν
Ἐπὶ τὸν τόπον κτίσασ' ὁμώνυμον πόλιν
Ἄμαστρις· Ὀξάθρα μὲν ἱστορουμένη
Θυγάτηρ ὑπάρχουσ' ὡς λόγος τοῦ Περσικοῦ.
Τοῦ δ' Ἡρακλείας Διονυσίου γενομένη
Γυνὴ τυράννου —— ——
—— —— ὁ Παρθήνης
Πλωτὸς καταφέρων, ῥεῖθρον ἡσυχάτατον.
—— —— ἐν αὐτῷ δὴ λόγος
Ἀρτέμιδος εἶναι λουτρὸν ἐπιφανέστατον.
—— —— Ἡράκλεια Βοιωτῶν κτίσις
καὶ Μεγαρέων· ἐντὸς δὲ ταύτην Κυανέων

50 At caeterae provinciae sunt barbarae
Promiscuae et Cilices quidem, cumque Lyciis
Macares Mariandenique possident loca
Maritima, Paphlagonesque cum Pamphyliis:
Interna Chalybes, proximusque Cappadox,
55 Et Pisidicae regionis incolae tenent,
Lydique tum Mysi deinceps et Phryges.

Verum Sinope nomen ex Amazonum
Una trahit; fuitque regio proxima.
Quam possidebant nobiles quondam Syri;
60 Deinde Graeci, quotquot huc Amazonas
Bello petentes venerant: Autolycus et
Cum Deleonte Phlogius, ortu Thessali.
Excepit hos Ambron genere Milesius:
A Cimeriis sublatus iste creditur.
65 Post Cimericos Cous, deinde et Critines,
Quos exsulatum miserant Milesii.
Hi condiderunt civitatem maxima
Cum Cimeriorum turba vastaret Asiam.

—— His locis Phineus Tyrio satus
70 Phoenice fertur imperasse: postea
Milesiorum classis ex Ionia
Huc appulisse, et condidisse haec oppida:
Coniuncta quae deinde Amastrin transtulit
Cognominem sibi hoc loco urbem construens
75 Amastris: Oxathrae quidem quam Persici
Gnatam fuisse fama constans prodidit;
Dionysi vero exstitisse coniugem
Heracleae tyranni —— ——

—— —— Parthenius amnis navium
80 Capax fluento labitur placidissimo.
—— —— Dianae praedicat
In hoc lavacrum fama limpidissimum.
—— —— Heracleam
Boeota gens simulque Megarenses struunt

*Κυίζουσιν ὁρμηθέντες ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος* 85
*Καθ' οὓς χρόνους ἐκράτησε Κῦρος Μηδίας.*
—— —— *ὁ Σαγγάριος*
*Ἐκ τῆς ὑπὲρ Θύνων τε καὶ τῆς Φρυγίας*
*Φερόμενος ἔξεισι διὰ τῆς Θυνίας.*

85 Intra Cyaneas; huc profecti ex Graecia,
Cum sceptra Cyrus obtinebat Mediae.
—— —— Sangarius amnis ex locis
Sitis super Thynos Phrygasque habitus,
Et transiens per Thyniam subit mare.

# COMMENTARIOLUS

## IN VETEREM PICTURAM NYMPHAEUM REFERENTEM.

Veterem Picturam, et designationis, et colorum udo tectorio inductorum artificio visendam, exhibemus. Ea in hortis BARBERINIS, cum terra circa novas aedes altius egereretur, in antiquae sepultaeque cellulae pariete se aperuit. Substructionum, in quibus delituit, moles, ac dignitas florentis imperii aetatem indicabant, et melioris aevi genium ipsa pictura primo inspectu oculis eruditis ingerit. Philostratum ἕλη, sive paludes suas amoenissimis eloquentiae coloribus depingentem non aliud exemplar spectasse diceres, nisi anates, anseresque natantes, et vecti fraenatis cygnis Cupidines hic abessent. Caetera omnia conveniunt. Solum irriguum aquis, et amicae locis palustribus herbae, arundo, iuncus, myrica; mons de proximo imminens, et in eo variae pro diverso soli ingenio arbores: tum uberes ex eo delabentes fontium scaturigines, quorum confluge campus in paludem stagnat, nec spatio enormem, nec limo turbidam, sed rivo limpidissimo profluentem. Caprae etiam subsultantes, et petulcae, ovesque tardigradae roscidum circa solum pascunt: ut una fidelia utramque tabulam pictam existimes. Sed nostra haec, simulatque in lucem protracta, et publice proposita fuit, mirifice exercuit curiositatem eorum, qui veteribus huiusmodi monumentis pervestigandis explicandisque incumbunt. In his familiam tunc ducebat Alexander Donatus, qui post plurimos eiusdem generis et argumenti Scriptores

veterem recentemque Romam commentario perquam erudito illustravit. Hic persuasissimum sibi habebat, eo loci, ubi aedes BARBERINAE non ita pridem surrexerunt, Capitolium vetus a Numa rege olim conditum fuisse, sive aedem Iovi, Minervae, Iunoni, et prope additam eis Regis domum, cuius locus adhuc Plutarchi tempore ostendebatur. His cum alia suffragari, tum aliquid argumenti capi putabat ab effossa pictura. Nam Iupiter, inquit, *αἰγίοχος*, si Poëtae audiuntur, id est, a capra nutritus, suam illam Amalthaeam unice dilexit, coeloque donatam orta occasuque imbribus fluentem fecit. Hae vero pictae ad Iovis aedem pascentes oriente sque, vel ad aquatibnem descendentes capriae, imbribus circum, et stagnantibus aquis, significare poterant. Numa autem nonne delectatus Aventino fonte, multa ferebatur ibi ab Egeria didicisse? Haec vir doctus ut picturae huius explicationem tunc adferebat, quae altius repetita et arcessita longius videntur. Quis enim urbis facie toties mutata, casca ista monumenta, aut veriis aenigmata, usque ad excidium eius perdurasse credat? Sed nobis quoque quamvis Telmessenses non summi post Aristandrum divinare liceat: quandoquidem et vetus Graeciae verbum habet, qui vera coniicit illi vates optimus. Etenim nisi me animus oculique egregie fallunt, Nymphaeum, sive sacrum aquarum fontium locum in hac tabula mihi perspicere videor. Omnia enim Nymphis conveniunt: antrum nativis tophis lapidibusque lacunatum, et arcuata in camerae formam rupes; tum scaturientes passim uberrimis fontibus, et receptae diffusaeque castellis aquae, adhaec aedicula ante antri apposita, et emimentes in eius fastigio crateres, pascentes quoque circa eandem capellae. Accedunt et varia *ἐνοδίων*, sive Compitalium Deorum simulacra, quae loci religionem confirmant. Ad singula eorum, quae dixi, stabilienda, argumenta veterumque testimonia conquiri necessum non est. Quis enim vel leviter Poëtarum sacris initiatus antra Nymphis dedicata dubitet? praesertim qui Porphyrii Philosophi luculentam Dissertationem legerit, qua Homericum illud Nympharum antrum, obscurae, et reconditissimae sapientiae plenum, illustravit. Unde ab Orpheo inter alia Nymphae *ἀντροχαρεῖς πήλυγξι κεχαρμέναι*, hoc est, *antricolae et specuum cives* indigitantur. Nec temere quaevis antra co-

lunt, sed fontium et aquarum scatebris irrigua: hinc idem Orpheus: ὑγροπόροις γαίης ὑπὸ κευθεσιν οἰκί' ἔχουσαι. *Quae liquidas habitans sub terrae anfractibus aedes.* et Virgilius, Lybicum illud *scopulis pendentibus antrum*, quod intus aquae dulces scaturirent, *Nympharum domum* appellat: eam enim ob causam Hydriades et Ephydriades vocatae. Pegaeas quoque, 385
et Naiadas a scaturiginibus fontibusque, quibus praesunt, nomen adeptas testatur Porphyrius, neque aliunde Crenaeae appellatae; sed nec Oreadas, et Napaeas hoc loco excluserim: αἵτε καὶ αἰγίλιπος πέτρης στείβουσι κάρηνα. *Quae petrae per celsa abruptaque tesqua vagantur*, ut Homerus hymno in Panem cecinit. Montium enim praerupta et cavernosa, quae Graecis sunt νάπαι, Orestiades et Napaeae frequentare credebantur. Aediculas autem Nymphis ad aquarum capita fontesque positas, vel unum hoc nos docet Epigramma Uticense apud Gruterum XCIII. 9.

*Sextus Pompeius Primus cognomine Pardus,*
*Quoius et hoc abavis contigit esse solum;*
*Aediculam hanc Nymphis posuit: quia saepius usus*
*Hoc sum fonte senex tam bene, quam iuvenis.*

Talem hic expressam quis non videt? Nam tholus in pyramidem acuminatus, summoque fastigio in florem sese aperiens, sacellum hoc, sive Deorum aedem esse, ex Vitruvii doctrina lib. IV. cap. 7. satis superque ostendit. Crateres autem zophori angularibus acroteriis impositi Nymphis eam indubitate vindicant. Symbola enim Nympharum Hydriadum esse crateres lapideos Porphyrius diserte affirmat: quibus et Poëtarum princeps Ithacense antrum adornavit. Arcanos autem veteris theologiae sensus, fontium et craterum symbolis involutos, si quis altius rimari velit, praeter Porphyrium, Procli theologiam Platonicam consulat, lib. V. cap. 31. et seq. et Scholia in Cratylum cap. CXLII et CXLIII. quae in BARBERINA Bibliotheca typis nondum vulgata servantur. Caeterum nec apes a Nympharum aede arcendas Pictor eruditus censuit, Homerum hac quoque parte religiose secutus. Cum enim Nympharum sacra non aliter constare sciret, aedis vestibulo Apiculam appinxit velut Nympharum Flaminicam, sive aedituam, ad templi fores observantem. Quomodo enim Nymphae apiculas aversentur, quarum nomen ultro ambiunt; eoque,

si Porphyrio credimus, peculiariter appellari gaudent; idque vel puritatis caussa, vel ob commixtam utriusque dulcedinem. Seu verius, Mnaseae Patarensis sententia, ut apud Pindari Scholiasten legimus, Melissa Nymphis repertum ab se mellis usum tradiderit mortalibus, eosque a cultu victuque inhumano ad humanitatem eosdem traduxerit. Sane apem, qua puritatem, qua industriam, ita Deorum Sacris convenire existimavit Antiquitas, et non unam duntaxat Flaminicam Cereris, sed et alias quorumcumque Deorum Dearumque Sacerdotes Melissas appellarit; quod post Porphyrium et Pindari Scholiasten veterum testimoniis comprobare superfluum esset.

Idem nec a nostrae religionis sensu cultuque abhorrere censuit quisquis ille veterum B. Caeciliae sollicitum pietatis studium, et ingeniosam industriam significantem rus, eam *quasi apem argumentosam*, Deo deservire dixit. Sed haec nihil ad Bacchum, neque ad Nymphas. Vereor enim ne quis mihi illud Martialis occinat: *Iudic Posthume de tribus capellis.* Quid illa ad Nymphaeum pertineant, *hoc Iudex sibi postulat probari.* Ego vero eodem iure, quo apes, ad Nympharum adyta eas admittendas censeo. Nam Melissam et Amalthean sorores germanas fuisse Lactantius ex Didymo Pindari Commentatore prodidit, *quae Iovem puerum caprae lacte ac melle nutriverunt.* Orpheo quoque Nymphae *αἰπολικαὶ*, et *νόμαι*, sive *caprotinae* dicuntur, quia fontibus et capellis gaudent. Unde et Homerus Faunum capripedi Nymphas comites dedit, eo quem supra laudavi hymno: nec aliam ob causam capras, haedos Nymphis, et fontibus veteres immolabant. Adhaec si tesqua aspera, et saxa confragosa spectes, quid aptius Pictor illis appingere potuit, quam capras, *ὀρεσκόους*, *ὀρεονόμους*, et *ὀρεάδας* Homero aliisque propterea dictas, quia arduas praecipitesque rupes pendulo vestigio perreptare amant. Caetera ornamenta aediculae, sive anathemata, haud facile quis dispexerit, ita evanidi fugientesque colores visum eludunt, pastoralia tamen, aut piscatoria fuisse arma, indicant retia, et alia eius generis, ut videtur, qualium dedicationes in Graecorum Epigrammatum collectione leguntur. Numquid vero et hae, sub filis reticulatim implexis, peplisque iuxta aediculam suspensis, Nympharum stamina ac telae, et tota illa mystica Dearum *ἱστουργία*, sive textura, latet, quam

Ithacae in antro describit Homerus et Porphyrius in eiusdem declaratione luculenter explicat? Sane quam frugi et pudicae matrisfamilias laudem praecipuam duxerunt Romani, ut optima esset lanifica, et colum fusumque amaret, eam in suis Deabus vetustissima Graecorum theologia agnovit. Unde non solum Nymphae Ithacenses in staminibus telas purpureas detexunt, sed ipsam quoque Minervam, ἀθανάτων προφερεστάτην ἐπαστέων texentem induxit Orpheus, cuius hac de re versus nobis servavit, et egregia interpretatione illustravit Proclus cap. 52. in Cratylum. Sed quid clarius, quid illustrius instituto cum Arachne texendi certamine, *Quam sibi lanificae non cedere laudibus artis Audierat Pallas*, ut est apud Nasonem Transfigur. lib. VI. Eiusmodi vero aediculas incustoditas olim ipsa loci religio tutas praestabat, ut ostendit l. 6. D. ad leg. Iul. pecul. quae depeculantibus poenam statuit.

Hactenus Nympharum sacra irriguo sub antro per- 386
lustravimus. Si collem antro imminentem spectemus, et adiacentem colli planitiem, hic quoque omnia tam praesentibus plena sunt numinibus, ut facilius possis Deum, quam hominem invenire. Alia enim parte Hermas, sive Faunos videre est ithyphallos; nam teste Herodoto etiam Mercurii statuas cum rigido et porrecto veretro fingebant veteres, eundemque in biviis et compitis ponebant, quod viis praeesse crederetur, unde Enodios, sive viarius, vulgo dictus. Quin etiam ante aedes ad ianuam et portarum cardines colebatur, ut furtorum artifex fures ab aedibus arceret; indeque Strophaeum dixere, cuius numen idem creditum cum Apolline Agyeo et Thyraeo a vicis portisque sic dicto, perinde ut Romani suos illos ostiorum Deos, Forculum a foribus, et Limentinum a limine, et ipsum Ianum a ianua vocaverunt, teste Tertulliano. Verum enimvero Hermae isti viarii saxo, aut stipite quadrato sine brachiis manibusque, ut plurimum fingebantur: hoc autem quod in rupis supercilio stat signum, non brachiis tantum, sed cornibus quoque instructum videtur et cauda; nisi ea potius incurva falx, qua Silvanum, Priapum, et reliquum hoc numinum genus armabat antiquitas. Parte alia ad montis crepidinem Dearum triga uno sacello dedicata apparet: hanc triformem illam tergeminamque Hecaten, *tria virginis ora Dianae*; affirmare haud du-

bitavenim. Diana enim, ut ait Varro, ab eadem dicta Trivia, quod in trivio ponitur, unde et [illegible] hoc est, triviorum praeses dicitur Phurnutus; trivium autem, teste Servio, quia trium potestatum [illegible] ipsa enim est Luna, Diana, Proserpina. Sed nos interim Lucinam et Proserpinam, alteram Coelo, alteram Erebo potentem mittamus, aut quicunque alii Dii Deae Synthroni, vel Synnai, hoc loco intelligendi; sane Diana, ut auctor est Festus, viarum putabatur Dea, quod ad earundem divortia itidem, ac Mercurius, praeeretur, ipsa quoque Enodiae cognomen habuit. Caeterum haec de vicinis Deorum signis et sacellis ad Nymphaei religionem confirmandam attuli; quod veteres plerumque coniunxisse, vel uno Strabonis testimonio compertum habeam. Ille enim lib. VIII. Alphei fluminis quasi in Arethusae amplexum properantis, ostium imminentem e proximo Dianae Alpheroniae lucum commemorans, totum istud solum, propter aquarum copiam, Dianae, Veneris, et Nympharum lucis donariisque refertum scribit; iisque crebras Mercurii in viis statuas, et Neptuni in littore aediculas adiungit.

Atque haec nostra est de Veteri Pictura, quae BARBERINIS aedibus non parum ornamenti adfert, sententia; ubi ut ipsi ab aliorum opinione discedimus, ita quominus alii a nostra abeant, non impedimus. Per se cuique in re obscura ingenii experiundi, et sententiam ferendae ius potestasque esto. Neque enim tantum [illegible] strae tribuimus, quantum suae olim Comicorum [illegible] Volcatius; ut *contra si quis sentiat, nihil sentiat.*

## EIUSDEM
# DISSERTATIO
## DE PILA STAFFILARI.

Quaestio est de propria significatione vocis Latino-barbarae *Pilae Staffilaris*, quae in veteri instrumento Basilicae Vaticanae legitur: cuius vigore Capitulum eiusdem Basilicae iam olim Canonem annuum percepit, eumque aliquamdiu intermissum atque interversum nunc recuperare contendit, ex directo dominio sali

cuiusdam ad ripam ulteriorem Tiberis, sive in regione Transtiberina, cui inaedificata fuit massa quaedam, sive moles structilis ex caementis, et lapidibus, forma quadrata, solidi firmique operis; ita supra ripae superioris crepidinem edita, ut ex ea catenae ferreae, atque rudentes, molae subiecto in amne fluitantis retinacula, religari possint; ne illa undarum impetu abripiatur.

Sed quia moles illa sive massa *Turretti* nomen, ob quadratum, et editiorem formam pridem obtinuit, atque nunc etiam vulgo retinet, dubitatur utrum huic *Turretto* nomen illud antiquum *Pilae Staffilaris* ita conveniat, ut de utriusque identitate liquido pronunciari possit.

Respondetur, in re perspicua nullum esse dubitandi locum, quandoquidem massa illa structilis ad molendini retinaculum exaedificata, nullo magis proprio vocabulo, quam *pilae* nomine appellari possit.

Probatur hoc omnium veterum, et recentium lin- 887
guae Latinae scriptorum usu et auctoritate: quorum loca nonnulla subiungimus.

Et qui vocabulum hoc proprie architectonicum est, primus nobis testis erit Vitruvius, omnium architectorum princeps et magister, qui ea voce utitur lib. v. cap. 1. ubi de Basilicarum structura agit, et lib. eodem cap. 12. ubi de portubus exstruendis loquitur. *Pilas* Philander in notis ad lib. III. cap. 3. *Pilastros* explicat. Et sic Bernardinus Baldus in eruditissimo libro de verborum Vitruvianorum significatione v. *Pila*. ex Varrone, Festo et Plinio. Tum praecipue ex illo Virgilii loco Aeneid. IX.

*Qualis in Euboico Baiarum littore quondam*
*Saxea Pila cadit.*

De hisce *pilis* in portu Puteolano exstructis, quarum nonnullae etiam nunc exstant, agit I. Caesar Capaccius Neapolitanae Historiae lib. II. cap. 24. pag. 719. et Petrus Bertius libro de aggeribus, et pontibus ad mare exstructis, cap. 10. quo loco etiam docet ex Senecae epist. 77. *pilis* illis molem superinstructam fuisse, et porticum deambulatoriam, quales etiam nunc in Centumcellensi et Neapolitano portu, atque alibi exstant. Uterque etiam veterem inscriptionem affert Traiani Imperatoris, qui opus *Pilarum* vi maris conlapsum restituerat. Mathias Martinius in Lexico etymologico: *Pila est*

*structura erecta ad aliquid firmandum, sive superposita sustineat, sive opposita contineat, ne loco cedant.* addit deinde: *Itali ea nuncupant Pilos, et Pilastros; maximos autem Pilones, ut sunt illae quibus maximae moles, et pontium fornices sustinentur.*

Quod de pontium *Pilis* scribit Martinius, confirmatur verbis Livii lib. xxxix. *M. Fulvius locavit porticum, et pilas pontis in Tiberi: quibus pilis fornices post aliquot annos P. Scipio Africanus, et L. Mummius Censores locaverunt imponendos.* Tum etiam loco Q. Curtii lib. v. de Hortis pensilibus Babylonicis qui inter septem orbis miracula numerabantur: *Saxo pilae, quae totum opus sustinent, instructae sunt: super pilas lapide quadrato solum stratum est.*

Unde apparet non solum in portubus maris, et fluminum pontibus *pilas* exstructas fuisse, sed etiam in quovis alio solo. Nam et porticus, quae Forum Romanum circumquaque cingebant, *pilis* structilibus sublevabantur: ad quas variae erant institorum, et caupanum tabernae, praesertim librariorum: quarum non semel meminerunt poëtae; ut Catull. epigr. 38.

*Salax taberna, vosque contubernales,*
*A pileatis nona fratribus pila.*

Ad quem locum Antonius Parthenius ita notat: *Ista officina ad pilam nonam structa. Nam pilae in Romano foro erant quaedam tanquam columnae, ad quas rerum venalium tabernae habebantur: ad has pilas in apertissimo sitas ambitiosi poetae carmina sua, ut a vulgo legerentur, apponere solebant.* Lambinus similia notat ad illud Horatii lib. i. Sat. 4.

*Nulla taberna meos habeat, neque pila libellos.*
*Ad columnas,* inquit, *seu pilas prostabant libri,* ut in *epistola de arte poetica.*

Mediocribus esse poëtis
Non Dii, non homines, non concessere columnae.

*Nam poetae sua scripta, quae edere et divulgare solebant, Bibliopolis, et Librariis, quorum tabernae et officinae erant ad columnas, dabant; a quibus mox deinde vulgus.*

De cauponis et popinis ad easdem *pilas* intelligendus Martialis lib. vii. epigr.

*Nulla catenatis pila est praecincta lagenis.*

Sed etiam in corpore Iuris civilis *pilarum* istarum mentio fit: ut l. 39. §. ult. D. de acquirendo rerum dominio: *Si pilas in mare iactaverim, et super eas inaedificaverim.* Item l. 3. D. ne quid in loco publico, etc. *Iactas in mare pilas eius esse, qui iecerit.* Ad haec loca Brissonius: *Pilae lapideae dicuntur, quae onus aliquod sustinent.* Eaedem alio loco columnae structiles vocantur, ut l. 8. §. 1. D. si servitus vindicetur: ad quae verba Ulpiani Budaeus erudite notat: *Columnae structiles sunt, quae aut lapide quadrato, aut laterculis exstructae sunt, quae pilae etiam dicuntur. Est autem ea differentia inter columnas et pilas, quod columnae uno scapho constant, id est, lapide oblongo perpetuo: pilae structura constant, aut lapidea, aut caementitia, aut lateritia. Nostrates pilaria vocant.* haec Budaeus.

Cum ergo manifestissimum sit fabricam illam sive massam *Turretti*, propriissimo nomine *Pilam* nuncupari, restat videndum, cur illa *Pila staffilaris* appelletur, et qualis ea vox sit, et quid proprie significet, cum hoc tempore Romae in usu esse desierit.

Dico ergo vocem illam mere Germanicam esse, et superioribus saeculis a pistoribus Germanis introductam, cum penes eam nationem fere solam omne panis conficiendi artificium esset: quod ita clarum est, ut probatione non egeat. Pistoribus autem praecipuum, et continuum negotium est cum molitoribus, quorum opera in farina conficienda quotidie utuntur: itaque mirandum non est eandem vocem et pistoribus et molitoribus fuisse communem. Illud autem ad maiorem perspicui- 388
tatem et faciliorem intelligentiam praemittendum, Linguae Germanicae duas esse dialectos, aliam scilicet inferioris, aliam superioris Germaniae: quarum differentia in eo praecipue consistit, quod inferiores Germani vocalibus et consonantibus litteris simplicibus et lenioribus utuntur; superiores autem diphthongis, et consonantibus asperioribus, iisque geminatis. Unde cum inferiores dicunt simiam *ape*, Sacerdotem *pape*, arma *wapen*, sperare *hopen*; superiores easdem voces durius ita proferunt, *affe*, *pfafpe* aut *pfaffe*, *waffen*, *hoffen*. His ita praesuppositis, dico, quod inferioribus Germanis *stappe*, et *stapel*, vel *stappel* dicitur pro gradu, et scala, hoc superioribus esse *staffe* et *staffel*:

unde a Germanis una cum re ipsa etiam *staffae* nomen Itali, Galli et Hispani acceperunt; quam Latinos posteriores proprio nomine scalam appellasse erudite ostendit Gerardus Vossius libro de Vitiis Sermonis, pag. 33. Pari etiam modo ius exonerandarum mercium in quibusdam civitatibus, aut emporiis ad mare, aut flumina navigabilia positis, Itali Scalam mercimoniorum vocant, quod Germanis inferioribus *Stapel*, et superioribus *Staffel* dicitur, et inter Regalia habetur: de quo iure aut privilegio ante paucos hosce annos scripsere duo insignes Iuris consulti, ex inferiori Germania Ioannes Loccenius lib. 1. de jure Maritimo cap. 4. et Franciscus Stypmannus, itidem libro de Iure Maritimo et Nautico, partis 1. cap. 2. et in Germania superiori ante annos complures Paulus Matthias Wehnerus libro Observationum Selectarum iuris, ad vocem *Staffel*, etc. pag. 610. edit. Francofurtensis: quibus in locis non solum de ipso iure *Stapulae*, seu *Staffilae* accurate et solide disputant, sed multa etiam praeclara, et vulgo non satis cognita de vocis origine, significatione, et usu apud Septentrionales observant, praesertim Loccenius. Illud certum est vocem illam scalam, gradus, et exscendendi locum significare. Cum ergo *pilis* illis molas fluviales retinentibus ubique de proximo adiungi soleant scalae structiles cementitii, aut lateritii operis, per quas hominibus pedibus, et iumentis descensus ad molam praebetur, certum est et indubitatum, *Pilam* illam propterea *Staffilam* cognominatam, quod *staffilam* sive scalam eiusmodi haberet coniunctam. Atque hoc adeo ab hodierno *Turretti* nomine non abhorret, ut Loccenius observat etiam nunc in Suecia *Turrem Campanariam*, vulgo *Clockstapel*, hoc est *Staffilam Campanariam* appellari. Suecorum enim linguam ex Saxonica magnam partem derivatam esse constat. Quibus adiungo ex eodem Loccenio, in legibus antiquis Ripuariis Regis tribunal *Staplum* Regis appellatum, a Germanico *stap*, vel *staffel*, hoc est, gradu; quod ad illud Tribunal, suggestu quodam erectum, gradibus adscenderetur. Quae observatio verissima. Haec de *Pila Staffilari* ad veritatis dilucidationem, et pro Basilicae nostrae iure conservando scripsit L. H. Canonicus.

# DE MILLIARIO AUREO

## ERROR POPULARIS, QUEM OMNES FERE ANTIQUARII ERRANT, AB EODEM EXPLOSUS.

Quia Plinius aliique veteres scribunt, a *Milliario aureo*, quod olim Augustus in capite fori Romani sub aede Saturni posuerat, omnes Italiae vias publicas principium duxisse, et itinerum intervalla uniuscuiusque viae eidem inscripta fuisse, hinc Antiquarii affirmare non dubitant, lapides sive milliaria uniuscuiusque viae ab eadem Columna in foro posita, non a porta Urbis olim numerata fuisse. Huic absurdo errori ipse loquendi modus refragatur, qui milliariorum, sive lapidum distantiam non a meditullio fori, sed ab Urbe, hoc est a portis, aut maeniis, quibus Urbs terminatur, olim numeratos fuisse atque etiam nunc numerandos indicat. Hoc verum esse cum plurimis documentis confirmari possit, unum tamen maxime perspicuum, et irrefragabile planissime evincit. Lapis primus ab Urbe in via Appia ante complures annos extra Urbem inter Antiquitatum ruinas detectus, a Senatu Populoqne Romano ad Urbis ornamentum in Capitolium translatus fuit, ubi ad gradus laterales cum publico testimonio erectus visitur. Dico igitur si milliarium lapidumque milliariorum principium, et distantiarum intervallum coepisset a *Milliario aureo*, hoc est, ab Ecclesia S. Adriani ad arcum Septimii Severi, sequeretur omnino lapidem illum non extra Urbem, et portam S. Sebastiani olim positum fuisse; sed intra Urbem, et quidem citra Ecclesiam SS. Nerei et Achillei. Distat enim haec Ecclesia a dicto arcu Septimii amplius integro veteri milliario Romano, qua- 389
libus lapides milliarii viae Appiae etiam hodie plurimis in locis distincti conspiciuntnr, hoc est, sexcentis sexaginta septem paullo minus cannis. A dicta autem Ecclesia ad portam S. Sebastiani porro quingenti sunt et amplius passus Romani veteres, quorum mille constituebant milliarum Romanum. Cum ergo indubitatum sit, portam S. Sebastiani, a dicto *Milliario aureo* distare, ut minimum integro milliario et dimidio: dicta autem Columna primi lapidis longius extra Urbem ad viam Appiam reperto, et inde in Capitolium translata fuerit,

prout inscriptio Senatus populique Romani eidem [illegible] testatur, sequitur mensuras et intervalla milliariorum non a Foro Romano, sed a portis Urbis olim numerari coepisse, quidquid Antiquarii in contrarium temere affirment.

## EIUSDEM
# LAUS BOREAE

DICTA IN AEDIBUS QUIRINALIBUS ILLUSTRISSIMI ET EXCELLENTISSIMI PRAEFECTI URBI CORAM ALIQUOT EMINENTISSIMIS CARDINALIBUS, ET FREQUENTISSIMO NOBILISSIMOQUE LITTERATORUM AUDITORIO.

Vetus hoc Pythagorae dogma in Platonis Academiam migravit: animas adhuc corporis exsortes, divinae mentis asseclas, concentu musico suavissimo impleri, quem coelestium orbium circuitus, eorumque moderatrix Musae modulatione varia, rata tamen sonorum proportione edunt. Inde superiorum oblitis, et ad terrenum mortale corpus vergentibus, consternationem primo vehementem, mox multiplices offundi perturbationes, quae omnem deinde vitam in terris exagitent, vexent que; donec prioris conditionis recordatione et [illegible] illius coelestis beneficio, ad supernam originem, pristinamque felicitatem revertantur. Idem vobis, PP. [illegible] nunc evenire puto; quorum animus atque aures [illegible] vissimo acroamate, velut Sirenum cantu delibutae, [illegible] proletariam dissertationem avocantur. Me autem [illegible] syae exemplum terret, qui tibias a Minerva proiectas attrectare, atque inflare ausus, temeritatem istam [illegible] pune non tulit: praesertim cum institutae orationis argumentum a musicorum modulis non dis dia [illegible], ut ipsi loquuntur, sed toto coelo discrepet. Rem sine [illegible] loquii ambagibus dicam. *Boream*, sive Aquilonem, [illegible] tum stridore iuxta et frigore importunum, aestivi [illegible] loris levamen, patrii coeli, et Septentrionis nostri [illegible] nus ad vos affero: non qualis arctoo sub [illegible] in regno laxis habenis debacchatur; sed Mercurii virga, hoc est, brevi orationis ambitu circumscriptum, et velut Ulyssis utre, aut Lapponicae sagae strophiolo con-

clusum. Dissolvam nodos, totumque sine tempestatis et naufragii periculo emittam: vos fugacem auribus attentis excipite: mihique laudes et commoda eius explicanti faventes adeste. Vetustas, quae ab origine propius remota Platoni fide dignior videtur, ventis omnibus divinum quid inesse existimans, cultu et religiosa veneratione eos prosecuta fuit, sive ortus motusque iuxta in obscuro delitescens, abiecta pervestigandi spe, istam opinionem concitarit; seu virium et celeritatis admiratio, maximorumque beneficiorum fructus religionem ex gratitudine pepererit. Sane Poëtarum antiquissimus Homerus Iridem ventis supplicantem finxit, et Hesiodus Deorum catalogo ventos etiam complexus est, Orpheus quoque, ut caeteris Numinibus, sic ventis hymnum et suffimentum decernit, certa religiosi cultus argumenta. Ad haec Persae, Phoenices, Graeci, ipsi etiam Romani, ut sapientia, sic religione ad superstitionem usque elati, templis arisque eos consecrarunt. Sed penes *Boream* cum aëris principatu, venerationis quoque praerogativa stetit. Nam et Graecos Persico bello supplicationem illi decernere, et auxilium adversus Barbaros ab eo poscere ipse Pythius Apollo iussit. Nec Delphis tantum atque Athenis, sed apud Arcades quoque, et Thurios templa arasque habuit: quin etiam ut singularis *Boreae* in homines affectus testatior esset, Athenienses illum sibi generum, Thurii civem legerunt. Nos quoque humano more patriam ipsius et genus pervestigabimus. Homeri natales obscuros nulla res aeque, ac nobile tot urbium certamen illustravit: at *Boreae* ortum illustrem profecto et conspicuum obscuravit multiplex Poëtarum, Historicorum, et Philosophorum concertatio. Illi Homerum principem secuti, cum nefas putarent ventum masculum, et bellicosum extra Martis regnum nasci, ab Aemo, et Ismaro Thraciae montibus, quae et Martis speculae sunt, eum deduxerunt: ut Callimachus Martis equos ad *Boreae* antrum in Aemo stabulari scripserit. Virgilius Thracia Geticisque antris valere iussis, pro- 390
pius ab Alpibus arcessit Alpinum *Boream*, et Italiae suae vindicat. Herodotus Hyperboreos et Arimaspos, Scythicarum gentium extimos, nascentis *Boreae* conscios credidit. Cleanthes editissimum Asiae montem Caucasum, cum Niphates antea vocaretur, *Boreae* thorum appellatum scripsit, postquam *Boreas* Chlorin Arcturi

filiam eo absportasset. Haec Historici cum iuratis verum promittant, non minus fabulosa quam Poëtae [illegible] runt. Philosophi, quibus consentire placuerit, hic quoque non minus quam vulgo horologia, [illegible] Plato in Phaedro Orithyiae raptum commemorans [illegible] tam Poëtis semitam sequitur: qui Erechthei filiam ad Sarpedoniam rupem Thraciae devectam, *Boreae* [illegible] uxore fuisse, liberosque procreasse fabulantur. Aristoteles, Philosophiae oraculum, Aparctiam (ita Graeci ventum a Septentrione spirantem vocant) ut [illegible] sic originem ab Arctico polo ducere censuit; inde [illegible] terrarum oras praepeti volatu pervadere. De genere parentibus certior res est. Eos tamen minus [illegible] prodidit Homerus, cui *Boreas αἰθρηγενής*, seu [illegible] filius. Sed Hesiodus eo libro, quem dixi, [illegible] Astraeum commemorat, matrem Auroram, Hyperionis filiam, Solis ac Lunae sororem germanam. [illegible] profecto et illustre genus, Persarum regibus [illegible] olim mendacio affectatum. Sed *Boream* Phoebi ut [illegible] rore nepotem quis dubitet? quem noctu ferme [illegible] quiescentem, mane cum Aurora et Sole vehementi[illegible] rem surgere, et interdiu acrius spirare Physici [illegible] runt; adeo ut si noctu quandoque per errorem [illegible] intra triduum exspiret. Adde quod tam officiosus [illegible] avunculum, ut anteambulonem, vel atriensem [illegible] nebulas enim nubesque coelum aranearum ritu [illegible] tes, tam expedito ministerio dispellit, ut vitales [illegible] et lucida diei tela sine obstaculo ad nos pertingant, [illegible] coelo sudo ac sereno fruamur. Id vero quam [illegible] et singularis beneficii loco habendum sit, ignorare non potest, quisquis erectam corporis sui formam [illegible] rans, nos coelo contemplando natos cogitat. [illegible] coeli contemplatio nisi purgato ac defaecato [illegible] Pythagoreorum praecepto haudquaquam proveniet: qui Marco Aurelio, sapientissimo Imperatore et Philosopho teste, non solum constantem et perpetuum ordinem, sed limpidissimam quoque puritatem corporum coelestium quotidie nos inspicere et considerare iubebant: quam nihil istic fictum, nihil reductum, sed [illegible] candida, et aperta sine sipario mortalium oculis patent. At nemo facilius hoc sublime candens deterserit, quam nubifuga et sudificus *Boreas*, nemo celerius: quem ut Sanctus Hieronymus viarum, sic ego coeli scoparium

dixerim. Cui Aquilonis nomen rapidissimus volatus dedit, quo praepetem aquilam non modo aequat, sed immensa celeritate praevertit. Nec solum alatum, sed anguipedem quoque antiquitas finxit, aliorum Titanum instar, *quorum ima per orbes Squammeus intortos sinuat vestigia serpens.* Sed quid aquilas, aut angues commemoro? testudines tardigradae sunt formicino gradu reptantes, si cum *Boreae* volatu comparentur: quem nongenta passuum millia singulis horis emetiri Aristotelis auctoritate evinco. Quaerit Philosophorum magister, cur Etesiae, qui aestivi aquilones sunt, non ante tertiam diei horam surgant: caussamque affert, quod cum Sol suo exortu glaciem nivesque sub polo liquare incipiat, exhalationes istae in ventum densatae tardius inde ad nos perveniant. Vos itineris rationes, si placet, ita mecum subducite. Athenae, ubi Aristoteles peripatum habebat, absunt ab arctico polo gradibus quinquaginta duobus: de quibus, ne morosi et illiberales videamur, duodecim extremae frigoris zonae largimur. Reliqui nobis sunt quadraginta; quorum triens tredecim paulo amplius graduum, nongenta, ut dixi, passuum millia, quod horarium Boreae iter est, complectitur. Atque hoc quidem cum somniculosus atque ignavissimus spirat. Sed iam dudum vos exspectare video, quid rapidissimo isto, et praepete volatu nobis arctoo ab orbe *Boreas* vehat. Si Poëtes audimus, *Saevitiam et vires, iramque animosque minaces*: hoc est, frigora, glaciem, nives, caeteraque omnia quibus pugnantem *Boream* et natura et Poëtarum officina armavit. Si medicorum vulgus interroges: pectoris laterumque dolores aiunt, et malorum omnium compendium, melancholiam. At si ipsam rerum naturam, insigne veritatis oraculum, sciscitemur, ea clara nobis certaque voce respondet: *Boreae* munus esse vitam, qua fruimur, auram quam ducimus: et quo maxime pollemus corporis animique vigorem: hoc est, illam Dearum omnium pulcherrimam et mortalibus exoptatissimam Sanitatem. Et quis bonorum largitorem neget; cuius munere mortalium sapientissimi non sine vitae discrimine se carere censent; cuius vitali afflatu frui exoptant: quem omni arte ad se derivant: adventanti fores aditusque patefaciunt. Cuius possessionem omni studio sibi vindicant, et adeptam retinere contendunt; adeo etiam

ut interclusum, aut negatum ex iure manu conseritum repetant. Non est quod annalium monumenta excutiamus: nostra aetate factum est, cum *Boreas* suo frigore fora, tribunalia, et venerabile Urbis Areopagum calfecit: nec solum caussarum patronos, et iudices, sed architectos, philosophos, medicosque omnes ad sudorem neque ipso quinquennio exercuit. Neque vero de asini ciuibus, aut de lana caprina certatum fuisse dixerit qui *Boreae* beneficia aequa lance expendat. Duo sunt vitae nostrae adminicula: aër, quo fruimur; cibus, quo vescimur. Aëris munere, quoties spiritum ducimus; cibo, ex intervallo reficimur, Illo enim ut vitae vehiculo singulis
391 egemus momentis, nec prius aërem spirare, quam vivere desinimus. In utroque plurimum potest *Boreas*; nam aërem nobis, nos cibo parat. Et quidem in purgando temperandoque aëre clara eius et notissima est virtus. Nam quaecumque malae pestes austrum caeterosque ciuis órae ventos comitantur, lethum, luesque, mors, lassitudo, tabes, dolor, *Boreae* exortum fugiunt, malumque potius referunt unde extulerant. Nec aliud Poetae intellexisse puto, cum Harpyas Neptuni terraeque filias, Phinei dapes faetore contaminantes a *Boreae* filiis pulsas dicunt. Unde et civitates aedesque et eas aedium partes salubrimas esse constat, quae *Borea* perflantur. Fames vero, quae cibi appetentia est, et praecipuum rectae sanitatis indicium, adeo *Boreae* debetur, ut qui primi apud Graecos nomina rebus imposuere, *Boream* a vorando dixerint. Sed haec facile quidem concedent, quibus non plane hebent praecordia: animum vero ipsum, et ingenii acumen prospero *Boreae* flatu iuvari nullis an tam facile largituri sint illi, qui cis Alpes tantum homines, ultra fungos nasci putant: idque unius *Boreae* culpa, quem torpido frigore mentis aciem praestingere, hominesque stupidos, et obtusos reddere aiunt. Ecquis profecto, qui Alpes aut Aemum ut provincias, ita ingenia disterminare existimant. Par ubique natura est; educatione differimus. Non minus in extremo Ponto nascuntur Diogenes, in Thracia Democriti, et Protagoras, in Gallijs Favorini, apud ultimos Scythas Anacharses, quam Socrates et Platones Athenis. Quae noxio hypocaustorum calore, aliisque intempestivis fomentis, quod in nos peccamus, coelo frigido *Boreaeque* imputamus. Athenienses ingenii acumine maxime potuisse *Bo-*

*ream*, ut dixi, propitii Numinis loco olim habuere; eique ad Ilissum, sacrum Musarum amnem, aram posuere: non quod Barbarorum classem scopulis impegerat; sed quod Orithyiae fastidicae puellae exemplo, ut Olympiodorus, Phaedri Platonici interpres, docet, perspexerant, *Boream* sudum siccumque, et rerum divinarum capacem animum praestare. Atticis Athenis Hetruscas addo, florem atque ocellum Italicarum urbium Florentiam; quae et salubritatem coeli, et ingeniorum sublimium felicitatem Faesulano *Boreae* se debere fatetur.

Caeterum ne hibernus *Boreas* orationem longius abripiat, vela contraham, atque ea duntaxat commemorabo commoda, quibus aestatem diffindit, et Sirii calores mitigat. Hic vero imprimis eius commendanda est humanitas, quod anni temporibus ut foro, aut scenae serviat, et deposita rigidi Aquilonis persona, velut hiemis mormolyceo, placidissimos lenissimosque prodromos, et Etesias agat. Itaque et hoc *Boreae* beneficium est, quod inter ardores caniculae, et morbosos austri languores spiritum subinde frigidiusculum ducimus: quod diurni calores noctis refrigeratione in vitalem auram reparantur: quod lenior orientis, cadentisque Phoebi temperies meridianum aestum arctiori utrinque collimitio compescat. *Boreae* refrigerium est, quod anhelo ore trahimus; quod flabellis vestibusque ventilandis captamus; quod conniventibus ianuis, et limis fenestris colligimus; quod occulto spiraculorum meatu adducimus, quod rorulenta lympharum aspergine vaporamus. Sed quibus ego verbis, qua oratione nivis aestivae solamen, praecipuum *Boreae* munus, explicem? gaudet aestas reposito hiemis thesauro, et sepulta nix mensas peregrinis deliciis redviva ditat. Cedimus antiquitati ingenio, cedimus doctrinae; sed erudito luxu vincimus. Norat illa cola vinaria, et nivem glaciemque poculis admiscebat. Sed quota haec nostrarum deliciarum pars? mera sudimenta dixeris, si nivosa nostrae aetatis miracula, velut monstra ex salis nivisque connubio nata, spectes. De oculorum manuumque fide dubitamus, cum adulta aestate aquae recenti glacie in scyphos, pocula, et paropsidas, ac caetera mensae voluptatisque instrumenta gelatae inferuntur. Uberem haec fingendi materiem fabularum auctoribus praebuissent. Non He-

ben illi, sed Chionen *Boreae* filiam, Nympharum candidissimam, Iovis praefecissent poculis: Chionem Bacchi amores, Pomonae delitium, corculumque finxissent. Nam ipsum illud flavum Deorum nectar, sine nivis amento, quis non poscam aut vappam dixerit? Ipse laetitiae dator Bacchus, quam illaetabilis atque insipidus languet, nisi frigidam suffundat Chione; et animo spiritûque defectum frigoris sui vitali afflatu refocillet? Sed pedem refero; nam vinum, ut video, et aestiva glacies in lubricum me deduxerunt locum; ubi vix sine periculo vestigium fixerim, et me ventum reti diutius venari obortus calor, et modestiae lex vetat.

## 392 AD BOREAM.

*Sirius ardenti dum torret sidere terras,*
*Viscera que et fauces urit anhela sitis,*
*Surge Aquilo, atque aestus, sed miti flamine, pelle,*
*Quaeque gelare queant pocula, sparge nives.*
*Caucasus iratum* Boream *experiatur, et Aemus;*
*Ocia nunc placido murmure nostra fove.*

## FRIGORIS ET CALORIS TEMPERAMENTUM.

*Arctous* Boreas *stridentibus horridus alis,*
*Dum ruit, et coelo bella sonora movet;*
*Et rapidos amnes glacie constringit inerti,*
*Et spargit canas per iuga calsa nives;*
*Tunc tepidus Titan, alienis mensibus aestae*
*Quaeritur, et largo lucidus igne focus.*
*Contra cum terras ardenti Sirius aestu*
*Torret, et affligit corpora fessa calor,*
*Viscera cum languent, fauces sitis urit, et aegre*
*Vitales auras pectora anhela trahunt;*
*Frigida tunc captantur Etesia flabra Aquilonum,*
*Duratque in glaciem nix rediviva nivem.*
*Sic animum sapiens fortunae attemperat omni,*
*Et regit arbitrio tempus utrumque suo.*

NOBILISSIMO ET AMPLISSIMO VIRO

# IOANNI GOESIO

## AB ABSMADA

LUGDUNENSIS CIVITATIS CONSULI

THEODORUS RYCKIUS S. P. D.

---

Dissertationem quam tibi offero, Vir Amplissime, expressit mihi nuper avunculi tui amicitia. Cum enim is Virgilio edendo illustrandoque incumberet, cuius primarium argumentum *Aeneae adventus*, accidit, ut anno illo notabili, quo Hannibal ad portas commorari videbatur, cum saepe una essemus, ad manus nostras deferretur *Samuelis Bocharti de Quaestione num Aeneas unquam fuerit in Italia Dissertatio ex Gallico in sermonem Latinum versa a Ioanne Sceffero*, Hamburgi typis descripta. Itaque avidis oculis cum hactenus Gallicam non vidissemus, hanc Latina veste indutam epistolam perlustravimus, reperimusque summum virum pro fabula non modo habere, quidquid de *Aeneae* et *Troianorum* in Italiam *adventu* a Romanis unquam est scriptum, quod ante eum etiam Philippus Cluverius fecerat, sed novis aliquot argumentis paradoxon hoc adstruere conatum. A quibus tamen ita parum is motus est, ut pro sublimato iudicio et eruditione acri, quibus instructus erat, iam tum affirmaret tanti momenti nova haec argumenta sibi non videri, ut propterea commu-

nem sententiam relinquereret. Ceterum editam hanc *Dis-*
396 *sertationem* continuo mirari homines atque diripere coeperunt. Sic ut novennio post cum in Germania immortale huius viri opus, quod *Phaleg* inscribitur, iterum typis descripsissent, adiicere non dubitaverint: et aliquis non exigui in his literis nominis per epistolam a me consultus quid de *Aeneae adventu* sentiret, mirari hoc a me quaeri responderit, nisi forte *Bocharti* librum non vidissem, qui talibus argumentis suo iudicio fabulosum esse hunc evicisset, ut qui Virgilio hic et Romanis quam *Bocharto* credere mallet, neminem posthac inter doctos repectum iri crederet. Excussi igitur tali occasione ζήτησιν nobilissimam, reperique magnum virum, avunculum tuum, NICOLAUM HEINSIUM verae sententiae constantem fuisse propugnatorem. Idque ipsi haud invito, *dum fata Deusque sinebant*, non semel probavi: et nunc scriptura comprehensum ad eum mittere destinaveram. Verum cum is nuper acerba morte mihi ereptus fuerit, cui meliore iure quod ipsi debitum et destinatum erat, dedicarem, quam tibi filiorum unicae sororis eius vetustissimo, habui neminem. Tantis enim beneficiis ab hoc viro per plures annos adfectus sum, ut si diutius vixisset, nunquam dignas satis ei agere aut referre grates valuissem, et cum mortuus sit, id ipsum apud omnes, imprimis consanguineos eius et amicos profiteri nunquam satis possim. Certe praeter alios novissimos eius sermones, qui penitus animo meo fixi sunt, nunquam excidet istius diei moestissima facies, quo postquam decretoria hora in parentis tui aedibus Hagae decumbenti appropinquare visa est mentis et linguae optime adhuc compoti grates egi postremas, simulque rogavi nunquid vellet: ille contra magna modestia nihil me debere respondit, utroque egit gratias pro tot annorum intemerata amicitia suique memoriam moribundo ore commendavit. Multum tunc lacrymarum fusum, repetiti aliquoties complexus et non nisi aegre divulsi sumus. Secutus tandem vitae finis vobis luctuosus, mihi tristis, reipublicae literariae acerbus. Etsi enim primum et sexagesimum annum expleverit et haec aetas pro corpusculi tenuitate, quod plurimis et longinquis peregrinationibus partim pro Regina CHRISTINA, partim pro hac ipsa Republica obitis non leviter attritum erat, quodammodo longaeva posset videri; ta-

men si respicias ad haec tempora, quibus omnis fere 397
prisca eruditio misere iacet et contemnitur, mors eius tamquam plane immatura et verae eruditioni exitialis censenda atque aeternum omnibus, qui seculi inficetias vident, deploranda est. Ipse enim non modo insigni prudentia, eruditione et suada instructus erat, sed cum multum in aulis versatus esset, auctoritate apud Principes et magnates non mediocriter pollebat. A quibus nisi in hoc genere propediem adspiretur, aut ego vehementer fallor, aut brevi nullae amplius literae nominabuntur. Quid enim aliud exspectandum postquam in plerisque locis hae iam exstinctae sint, quam ut in reliquis paucis, ubi adhuc retinentur, eamdem subeant sortem: et praeclarus iste impetus, per cuius caussam secessio primum facta est, post labefactata omnium fere disciplinarum principia, reflectatur succedentium infantia tandemque in superioribus seculis comparandam desinat barbariem. Nec per alios tantum imminens hoc malum quantum in se fuit stitit, sed suo exemplo et propriis curis non paucos excitavit qui adversus seculi labem rectos tenerent oculos et vera studia appeterent. Vera studia appello, quibus non modo artium disciplinarumque συστήματα addiscuntur, sed ipsi etiam unde haec hausta congestaque sunt fontes perlustrantur, ut quos gradus processusque a principio in nos veritatis studium habuerit cognoscatur: quibus literae humaniores adsint comites perpetuae, iucundae pariter et auxiliatrices. Quod genus studiorum cum in veterum potissimum lectione positum sit, quis adeo iniquus rerum aestimator, ut iis, qui horum libros partim temporis iniuria vitiatos partim vetustate veluti praeclusos repurgant iterum et curis suis sic patefaciunt, ut a nobis hodie eadem qua olim ab iis quos inter scripti sunt facilitate adiri possint, non plurimum tribuendum esse existimet. Praecipue si labor iste in tales impendatur, qui utilia prorsus et profutura seculis reliquerunt. Qui enim tales scriptores sinceros nobis et apertos praestant iis agricolis similes sunt, qui pinguem agrum per longum tempus derelictum sentibusque et dumetis obsitum expurgant, humanisque usibus denuo inservire cogunt. Quanti autem negotii res sit veterum libros corruptos emendare, obscuros illustrare, nisi qui ipse possit efficere nemo intelligit. In hoc autem genere ita regnavit 398

avunculus tuus, ut qui maiore iudicio, moderatione atque doctrina idem praestiterit neminem reperias. Cum ipse interea praeditus esset divina quadam tam soluta quam ligata oratione ex se componendi facultate. Verum ille *placida compostus pace quiescit*, nobis aeternus dolor relictus est. Nec haec tantum, quam dixi, Vir Amplissime, caussa impulit me ut literarium hoc munusculum ad te dirigerem, sed plures aliae, quas enumerare omnes ea qua par est latitudine nec rubor sinit tuus, nec mos meus potest. Sufficiat dixisse eruditionem, quae quodammodo tibi domestica est ac velut hereditaria tam a patre quam ab avo relicta, locum quem in Republica tenes, denique amicitiam qua me dignaris hoc flagitasse: ne de legato nunc dicam, quod ab avunculo tuo plane inopinanti relictum, a te proprio et coheredum nomine mihi praestitum est. Requirebat autem admonitionem hanc caussa, praecipue hoc tempore quo res valde antiquas pro fabulosis habere seculum vocatur, *diuoria* pro virtute habetur, nec desint qui non minus in historia quam aliis artibus cuncta hactenus indubitata faciant dubia, praecipue paullo antiquiora aut a quotidiano rerum cursu remotiora. Adiunxi autem quaedam caussam hanc contingentia: de *primis Italiae colonis*, quo eius status, qui sub *Troianorum adventum* fuit, magis elucesceret: de *regno Albano*, quoniam hoc a *Troianis* conditum: et ex eius ruinis Romanum imperium primo compositum est. Accipe igitur, Vir Nobilissime, hunc qualemcumque ingenioli nostri foetum nomini tuo consecratum in perpetui cultus mei erga avunculi tui memoriam documentum simul et grati erga te animi testimonium. Vale plurimum, Lugduni ad Rhenum, pridie Idus Februarias, A. C. CIOIOCLXXXIV.

---

# DISSERTATIO

## DE

## PRIMIS ITALIAE COLONIS

## ET

## AENEAE ADVENTU.

### CAPUT PRIMUM

DE ABORIGINUM, SICULORUM, UMBRORUM ET LIGURUM IMMIGRATIONIBUS, QUARUM TEMPUS CERTO DEFINIRI NEQUIT.

1. Latini *in S. L.* Cithim, *Iavanis posteri,* 2. *venerunt in Italiam non multis seculis post dispersionem gentium in Babel.* 3. *e Graecia:* 4. *appellati* Aborigines. 5. *quos Dionysius perperam facit* Oenotros, 6. *quoniam sic non primi Italiae coloni,* 7. *tum quia* Aborigines *et* Oenotri *gentes distinctae.* 8. *Refutantur rationes, quae Dionysium moverunt, ut sic sentiret.* 9. *Quae vocis notatio.* 10. *quando dici coepti* Latini. 11. *ubi habitaverunt.* 12. *quas urbes condiderunt vel possederunt.* 13. *Post hos advenerunt* Siculi, Umbri, Ligures, *quando incertum.* 14. *Cluverii error de indigenis notatus.* 15. Siculi Aboriginibus *non antiquiores, etsi Romam ante hos tenuerint.* 16. *Unde venerunt.* 17. *lingua usi Opica.* 18. *ex hac de priore patria coniectura.* 19. *cur Thucydides eos suo tempore in Italia adhuc durasse putaverit.* 20. *Servii*

*et Solini error in confundendis* Sicanis *et* Siculis *notatus.* 21. Sicani *Hispani.* 22. *etsi negent recentiorum nonnulli.* 23. Siculorum *in Latio sedes.* 24. *devicti ab* Aboriginibus *et* Pelasgis *in ultimam Italiae fugiunt angulum.* 25. *Inde ab* Oenotris *pulsi in Siciliam traiiciunt,* 26. *quando.* 27. *Thucydidis in tempore pugna.* 28. *a Dionysio notata.* 29. Umbri Gallorum *coloni.* 30. *adventus tempus incertum.* 31. *ubi habitaverunt.* 32. Ligurum *sedes.* 33. *adventus tempus incertum.* 34. *prior* Celtica.

1. Cum *Latini* in Sacris Literis a [a]) Mose, qui omnium quorum scripta ad nos pervenerunt antiquissimus est, et reliquis fere omnibus tam scriptoribus quam interpretibus sacris vetustis appellentur [b]) *Cithim,* primos Italiae colonos ad Iavanis, qui unus e septem Iapheti filiis, domum pertinuisse dubitare non licet. Iavani enim a [c]) Mose tribuuntur filii *Elisa, Tharsis, Cithim et Rhodanim.* quod Septuaginta reddunt: *Ἐλισὰ καὶ Θαρσεῖς, Κίτιοι, Ῥόδιοι.* vel prout [d]) alibi: *Ἐλισὰ καὶ Θαρσεῖς, Κίτιοι, Ῥόδιοι.* E numero autem plurium, duorum saltem posteriorum, apparet nomina haec non tam filiorum Iavanis esse, quam populorum a filiis eius descendentium. Unde addit Moses ab his divisas insulas gentium in uniuscuiusque regionibus secundum linguas in unicuiusque familia et gente.

2. Quando autem haec prima colonia in Italiam venerit sicuti exacte affirmari non potest, ita non multis post gentium in aedificatione turris Babel dispersionem seculis contigisse satis evidens est. Meminit enim huius inter illas migrationes Auctor Sacer, quae Israelitarum in Aegyptum transitum anticipasunt. Et tamen proximas veteribus sedibus terras identidem prius occupatas, et per consequens Graeciam ante Italiam incolas ex Asia accepisse ipsa ratio dictat.

3. Venisse autem hos primos colonos e Graecia inde apparet, quod Iavani sive eius stirpi Graecia obvenerit: unde Alexander a [e]) Daniele *rex Iavan* dicitur.

4. Nec dubito quin hi primi *Latii* coloni illi sint, qui aliis subinde accedentibus *Aborigines* sunt appellati.

a) Num. 24, 24. b) ut probat Samuel Bochartus L. 3. c. 6. p. pr. Phaleg. c) Gen. 10, 4. d) 1. Paral. 1. 7. e) 8, 21.

Teste Cato Censorius et Asellio Sempronius, teste Dionysio Halicarnassensi, *Aborigines* genus Graecos fuisse, multisque ante bellum Troianum aetatibus ex Achaia in Italiam migrasse tradidere. Quod tantos viros haud temere affirmasse, sed ex antiquioribus deprompsisse monumentis certo certius est.

5. Unde infeliciter, meo iudicio, Dionysius relicta 400 eorum sententia *Aborigines* suspicatur fuisse Arcades, qui duce Oenotro, Lycaonis filio, septendecim aetatibus prius quam ad Troiam bellatum est in Italiam transiecerint: quoniam scilicet neque urbis unde, neque temporis quando, isti ex Achaia in Italiam migraverint, neque ducis eorum Cato aut Sempronius meminerint. Nam si *Aborigines* primi Italiae incolae fuerint, quae sententia fuit f) Catonis, Sempronii, Trogi Pompeii et aliorum, quodque ipsa vocis etymologia clamat (licet eam non sequatur Dionysius, quippe hypothesi eius adversam) fieri non potest, ut Arcades sub Oenotro *Aborigines* fuerint, 6. quoniam ante Oenotri tempora Italiam incolas habuisse ex Historia Sacra evincitur. Lycaon enim Oenotri pater Cecropis fuit aequalis, a quo usque ad Troiae excidium Eusebius annos numerat trecentos septuaginta quinque. Vel admissis septendecim generationibus, quas Dionysius ab Oenotro ad bellum Troianum numerat, anni deprehenduntur quadringenti quinque et nonaginta, uti infra ostendemus. Iacobi vero transitus in Aegyptum quingentis quadraginta tribus annis apud eumdem epocham hanc antevertit. Iuxta Africanum vero multo pluribus. Nam intervallum ab Exodo usque ad Templi exordium nimium ab Eusebio coarctatum norunt Chronologiae Sacrae periti.

7. Ut taceam *Aborigines* et Oenotros distinctas gentes fuisse et in diversis locis habitasse: nec Ianum, ceterosque, quorum celebratur memoria, Oenotrorum reges fuisse, sed *Aborigium*.

8. Nec refert quod Cato et Sempronius neque urbem neque tempus neque ducem huius primae coloniae nominaverint: talium enim rerum memoria apud destitutos adhuc literarum auxilio *Aborigines* per plura secula conservari non potuit. Idque egregie apparet in antiquissimo nummo aeneo ab Iano *Aboriginum* rege percusso,

f) l. 1. p. 10. g) apud Servium ad 1. Aen. v. 10.

in caina ano inter navis, in alteso cuque [illegible] signo tum erat; quem in memoriam suscepta a Iano Saturni, qui nave advenisse credebatur, cusum plerique olim [illegible] tavere. In quo quam falsi fuerint iam [illegible] alii docuerunt, et res ipsa dicitur: nihil enim Saturno peculiare per signe navis tribui videtur quod communis ei cum ipso Iano, cum Euandro, cum Aenea multisque aliis in Italiam navigatio fuerit.

9. Fuerunt igitur Graeci genus primi *Latii* [illegible] qui mox aliis atque aliis populis in Italiam immigrantibus *Aborigines* appellati, quasi *ἀπὸ ἀρχηγοφυλας*, [illegible] *ab origine*; quales Graecis *αὐτόχθονες* appellari [illegible] bant. 10. *Latini* demum appellari coepti Aeneae [illegible] Troianorum temporibus.

11. Habitaverunt autem [i]) illum Italiae tractum, qui inter Tiberim et Lirim extenditur, ab antiquorum temporibus *Latium* dictum. 12. Urbes antiquissimae his conditae vel possessae, auctore Dionysio; *Palatium*, *Tribola*, *Vesbola*, *Suna*, *Mefula*, *Orvinium*, *Cu*[illegible] *Issa insula*, *Maruvium*, *Vatia*, *Tiora Matiena*, [illegible] *sta*, *Cutilia*, *Antemne*, *Tellene*, *Ficana*, *Ta*[illegible] *Agylla*, *Pisa*, *Saturnia*, *Alsium*, *Laurentum*.

13. Post *Aborigines* diversis temporibus in Italiam venerunt *Siculi*, *Umbri* et *Ligures*. Hi singuli [illegible] sas Italiae partes occupaverunt, *Siculis* exceptis, [illegible] *Aboriginum* terras incubuerunt: unde hi cum illis [illegible] lum duxerunt assiduum. 14. Philippus Cluverius [illegible] *los*, *Umbros*, et Ausones [k]) existimat tantum Italos digenas, reliquos populos aut ab his tribus profectos aut exterarum terrarum colonos. In quo Graecorum more loquitur, homines multifariam fungorum [illegible] terra quondam natos existimantium. Nam ex [illegible] semine editi sumus, nempe ex Adamo et Eva [illegible] tione, et post diluvium ex Noacho et tribus eius [illegible] efficitur cunctas orbis partes Noachidarum, colonias [illegible] quentatas, nec ullos usquam fuisse *αὐτόχθονες*, [illegible] duos primos totius humani generis parentes. [illegible] riter eosdem facit *Aboriginibus* antiquiores, secundum [illegible] delicet Dionysii sententiam ante a libris [illegible] Si enim *Aborigines* primi fuerint, qui Italiam [illegible] taverint, ut iam ante ostendimus, consequens [illegible]

h) Plutarchus Q. R. p. 274. i) Dionys. l. 1. p. [illegible] k) [illegible] Ant. l. 1. p. 41.

*Umbros*, *Ligures* licet immigrationis eorum tempora ignoremus, post advenisse. 15. Nec refert quod *Siculi* ante *Aborigines* Romam tenuisse videantur. Appulsi enim mari maritima loca occuparunt, subvectique modicum Tiberim colles istos in quibus postea Roma condita insederunt, *Aboriginibus* interim in mediterranea refugientibus.

16. Unde autem *Siculi* venerint et quae illis patria prior difficile dictu est in tanto veterum silentio. Ex lingua tamen quam translati, ut mox dicemus, in Siciliam retinuerunt, diversa et a Graeca et a Phoenicia aliquid forte suspicari possumus. Qualis autem haec fuit? 17. Opicorum, teste Platone in Epistola VIII. quae scripta ad Dionis propinquos: *Ἥξει δ' ἐάνπερ τῶν εἰκότων γίγνεταί τι καὶ ἀπευκτῶν, σχεδὸν εἰς ἐρημίαν τῆς Ἑλληνικῆς φωνῆς Σικελία πᾶσα Φοινικῶν ἢ Ὀπικῶν μεταβαλοῦσα εἴς τινα δυναστείαν καὶ κράτος. Quantum ex infelicibus praesagiis licet coniicere, universa Sicilia in Graecae linguae oblivionem propediem lapsura est, ad Phoenicum vel Opicorum potestatem dominationemque translata.* Mansisse has tres linguas, per plura secula in usu apud *Siculos* colligi ex Apuleio potest, *trilingues* eos [1]) alicubi appellante. Per *Opicos* autem apud Platonem non videntur alii posse intelligi, quam veteres isti *Siculi*, qui ex Italia in hanc insulam quondam traiecerant. Certe Stephanus dubitare vix patitur, quando de *Opicorum Siculorumque* lingua tamquam una eademque loquitur v. *Γέλα* his verbis: *Καλεῖται δὲ ἀπὸ ποταμοῦ Γέλα· ὁ δὲ ποταμὸς, ὅτι πολλὴν πάχνην γεννᾷ· ταύτην γὰρ τῇ Ὀπικῶν φωνῇ καὶ Σικελῶν γέλαν λέγεσθαι. Gela, appellatur a fluvio Gela. Fluvius vero ab eo quod multam pruinam gignit: quae Opicorum et Siculorum lingua Gela dicitur.* 18. Unde porro non male colligi posse videtur duos hosce populos *Siculos* et *Opicos* ex iisdem locis, quamquam diversis temporibus, profectos. 19. Ab hac item linguae similitudine petenda ratio videtur, a [m]) Cluverio frustra quaesita, cur [n]) Thucydides adhuc suo tempore *Siculos* putaverit in Italia reliquos. Quaenam autem fuerit *Opicorum* prima patria, mox, cum de Ausonibus dicemus, inquisituri sumus. 20. Ceterum nullo modo tolerari potest, quod

401

1) L. 11. Met. p. 259. Elm. ed. m) l. 3. It. Ant. p. 790. n) pr. 1. 6.

apud Servium [o]) legitur, Sicanos fuisse qui duce Siculo ab Hispaniae fluvio Sicori in Italiam [illegible] inde Aboriginibus, mox ipsi pulsi ab iis, quos ante [illegible] pulerant, insulam Italiae vicinam occupaverunt. [illegible] enim, ut Virgilii licentiam excusaret, Sicanos pro *Siculis* usurpantis, quae tamen etiam [p]) Solino fraudi fuit, contra omnium veterum auctoritatem duos diversos populos in unum conflavit. 21. Sicanos enim antiquissimum Siciliae populum Thucydides, Dionysius, [q]) Philistus aliique ex Hispania in Siciliam venisse; post *Siculos* ex Italia pulsos hos sibi subiecisse insulaque nomine suo, cum ante Sicania nominaretur, *Sicilia* appellasse prodiderunt. [r]) Dionysius Sicanos [illegible] ante *Siculos* in Siciliam appulisse scribit: a quo [illegible] abit [s]) Diodorus multis aetatibus post possessam a [illegible] nis insulam *Siculos* adventasse contendens, Timaeum qui Sicanos *αὐτόχθονας* dixerat, secutus. 22. Scio [illegible] nullos ex recentioribus Thucydidi et Philisto Sicanos Hispania deducentibus noluisse credere; sed mihi [illegible] argumenta tanti non videntur, ut propterea cum Timaeo *αὐτόχθονας* eos facere, vel potius ad ignorantiae [illegible] confugere malim quam gravissimis historicis abro[illegible] fidem.

23. Tenuerunt autem hi *Siculi* partem aliquam [illegible] possederuntque vel condiderunt *Tibur*, cuius pars [illegible] dam adhuc [u]) Dionysii temporibus ab iis servata [illegible] men, [x]) *Agyllam*, *Pisam*, *Saturniam*, *Alsium*, [illegible] *rium*, *Fescennium*, [y]) *Gabios*, *Anconam*, alia[illegible] 24. Donec post diuturnum tandem bellum Aborig[illegible] Pelasgis, qui postea advenerunt, aliisque sociis [illegible] *Siculos* [z]) sedibus istis exturbatos primo in extr[illegible] Italiae angulum fugere, inde in Siciliam transfreta[illegible] gerint. Certe [a]) Strabo ex Antiocho docet re[illegible] circa Rhegium priscis temporibus a *Siculis* et [illegible] bus habitatam; 25. hos vero deinceps ab Oenotr[illegible] sos in *Siciliam* traiecisse. Unde *Μόργης*, ὁ [illegible] *βασιλεὺς* apud [b]) Etymologum dicitur.

26. [c]) Dionysius ex Hellanico tertia ante bellum [illegible]

o) ad l. 8. Aen. v. 328. p) c. 2. et Salmasio in Exercit. [illegible] q) apud Diod. l. 5. p. 201. r) l. 1. p. 17. s) d. l. [illegible] l. 1. Sic. Ant. p. 27. Bochart. Phal. p. 621. u) l. 1. p. [illegible] l. 1. p. 16. y) Solin. c. 2. z) Fest. v. *Sacrani*. [illegible] 257. b) v. *Σίρις*. c) l. 1. p. 18.

anum aetate hoc contigisse notat, ex Philisto signatius annis octoginta. 27. d) Thucydides transitum hunc factum ait annis ferme trecentis ante Graecorum in Siciliam adventum. Venit autem horum primus Thucles cum Chalcidensibus suis in hanc insulam, eodem teste, annis tantum uno ante Archiam, qui Syracusas condere coepit anno nonae Olympiadis quarto iuxta Pontaci Eusebium, vel undecimae iuxta Scaligeri. Troia autem capta iuxta Eratosthenem annis ante primam Olympiadem septem et quadringentis: consequens igitur *Siculorum* in *Siciliam* transitum iuxta Thucydidem annis centum quadraginta duobus, vel centum quinquaginta, pro diversa Eusebii Editione, excidio Troiae recentiorem. 28. Idque non effugit e) Dionysii diligentiam, multis annis post res Iliacas migrationem hanc a Thucydide poni factam affirmantis.

Sequuntur *Umbri*. 29. Hos Gallorum veterum propaginem esse f) M. Antonius et Bochus, Mauritaniae rex, aliique veteres memoriae prodiderunt. A quibus discedere propter nullas aut admodum leves caussas non modo non melioribus allatis, sed multo etiam peioribus, contradicendi libido videtur.

30. Quando autem huc migraverint, nusquam, quod sciam, traditur. Esse autem antiquissimos ex eo patet 402
quod g) ante Pelasgos et Tyrrhenos in Italia fuerint. 31. Habitaverunt autem inter Padum et Aesim fluvios ultra tum in Etruriae parte citra Apenninum, inter Tiberim et Narem.

Tribus superioribus populis addendi *Ligures* videntur, 32. qui vastissimum terrarum spatium tam in Gallia quam in Italia insederunt, a Rhodano scilicet ad Arnum usque fluvium. 33. Pro antiquissimis enim pariter habiti sunt, licet adventus illorum tempus ignoretur. Nam Philistus apud h) Dionysium Siculos, qui ab Aboriginibus eorumque sociis Italia pulsi sunt, *Ligures* facit. Quae sententia, licet adversetur plurium testimoniis, gentis tamen antiquitatem prodit. Uti et illud, quod a nonnullis traditum idem Dionysius notat, *Ligurum* colonos Aborigines fuisse. Etsi vero hic neget certi ali-

d) l. 6. p. 412. e) Ibid. f) Solin. c. 2. Servius ad 12. Aen. v. 753. g) Plin. l. 3. c. 5. h) l. 1. p. 18.

quid de horum origine hactenus prodiisset, tamen et *Celtas* fuisse multis indiciis constat, diligenter a Cluverio collectis.

Antequam vero ad illos colonos pergam, quorum adventus tempus clare notatum est, aut verisimili conjectura potest erui, dicendorum velut imaginem in brevi, quae subiungitur, tabella ob oculus pono.

---

CONTINENS ANNOS DCCCC ANTE PRIMAM OLYMPIADEM.

| Sec. | Per. Iul. | LATINA. | Ante Olymp. | GRAECA. |
|---|---|---|---|---|
| ıa. | 3038 | | 900 | |
| | 3072 | | 866 | *Criasus Argis ab Inacho* v. 54. |
| | | | | I. Pelasgus in *Arcadia.* |
| | 3126 | | 812 | *Phorbas* VI. 35. |
| | 3127 | | 811 | *Atlas Promethei frater.* |
| III. | 3138 | | 800 | |
| | 3146 | Ausones veniunt in Italiam. | 792 | |
| | | | | II. Lycaon. |
| | 3156 | | 782 | I. CECROPS *Athenis* 50. |
| | 3161 | | 777 | *Triopas* VII. 46. |
| | 3176 | | 762 | *Deucalion regnat in Lycoria.* |
| | | | | III. Nyctimus. |
| | 3186 | Pelasgi transeunt in Italiam. | 752 | *Diluvium Deucalionis.* |
| | 3206 | | 732 | II. CRANAVS 9. |
| | 3207 | | 731 | *Crotopus* VIII. 21. |
| | 3208 | Arcades sub Oenotro veniunt in Italiam. | 730 | |
| | 3209 | | 729 | *Saturnus in Creta.* |
| | 3215 | | 723 | III AMPHICTYON 10. |
| | 3218 | | 720 | *Cadmea a Cadmo condita.* |
| | 3225 | | 713 | IV. ERICHTONIVS 50. |
| | 3228 | | 710 | *Sthenelus* IX. 11. |
| | 3231 | | 707 | IV. Arcas. |
| | 3235 | | 703 | I. *Dardanus apud Dardaniam* 62. |

| Sec. | Per. Iul. | LATINA. | Ante Olymp. | GRAECA. |
|---|---|---|---|---|
| VII. | 3238 | | 700 | |
| | 3239 | | 699 | *Danaus* X. |
| | 3241 | | 697 | *Triptolemus Eleusine.* |
| | | | | V. AZAN. |
| | 3275 | | 663 | V. PANDION |
| | 3289 | | 649 | *Lynceus Aegypti F.* XI. |
| | 3297 | | 641 | II. *Erichthonius Dardani F.* |
| | 3305 | | 633 | *Minos Europae F. Creta.* |
| | 3315 | | 623 | VI. ERECHTHEVS |
| | 3330 | | 608 | *Abas* XII. |
| | | | | VI. Clitor. |
| VI. | 3338 | | 600 | |
| | 3343 | | 595 | III. *Tros* |
| | 3353 | Sterces apud Aborigines. | 585 | *Proetus* XIII. |
| | 3365 | Ianus venit in Italiam ex Perrhaebia. | 573 | VII. CECROPS II. |
| | | | | VII. Acrisius. |
| | 3370 | | 568 | *Acrisius* XIV. |
| | 3384 | Ianus succedit Sterci. 36. | 554 | |
| | | | | VIII. *Aleus.* |
| | 3404 | | 534 | IV. *Ilus.* |
| | 3405 | | 533 | VIII. PANDION II. |
| | 3417 | Picus Stercis F. 37. | 521 | |
| | 3430 | | 508 | IX. AEGEVS |

| Sec. | Per. Iul. | LATINA. | Ante Olymp | GRAECA. |
|---|---|---|---|---|
| r. | 3438 | | 500 | v. *Laomedon* 35 |
| | | | | ix. Lycurgus. |
| | 3450 | Siculi transfretant in Siciliam. | 488 | |
| | | Tyrrheni veniunt in Italiam. | | |
| | 3451 | Faunus Pici F. 44. | 484 | |
| | 3461 | | 477 | *Hercules Ilium vastat.* |
| | 3470 | Euander venit in Italiam. | 468 | |
| | | Pelasgi deficere incipiunt. | | |
| | 3473 | | 465 | vi. *Priamus* 57. |
| | 3477 | Hercules per Italiam transit. | 461 | |
| | 3478 | | 460 | x. Theseus 30. |
| | | | | x. Echemus. |
| | 3498 | Latinus Fauni F. 36. | 440 | |
| | 3506 | | 432 | *Hercules Olympia instituit.* |
| | 3508 | | 430 | xi. Menesthevs 23. |
| | 3510 | | 428 | *Echemus interficit Hyllum* |
| | 3512 | | | xi. Agapenor. |
| | | | 426 | *Minos* ii. *in Sicilia perit.* |
| | 3518 | Messapii conditi. | 420 | |
| | 3530 | | 408 | TROIA CAPTA. |
| | 3531 | | 407 | xii. Demophoon. 33. |
| | 3532 | Aeneas venit in Italiam. | 406 | |
| | 3534 | Aeneas succedit Latino. 3. | 404 | |
| | 3537 | ii. Ascanius 37. | 401 | |
| v. | 3538 | | 400 | |
| | 3562 | Alba Longa condita. | 376 | |
| | 3564 | | 374 | xiii. Oxyntes. 12 |
| | 3574 | iii. Silvius 29. | 364 | |
| | 3576 | | 362 | xiv. Aphidas 1. |
| | 3577 | | 361 | xv. Thymoetes 8. |
| | 3585 | | 353 | xvi. Melanthevs. 37. |
| | 3590 | | 348 | *Aeolica migratio.* |
| | 3603 | | 335 | |
| | 3610 | iv. Aeneas S. 31. | 328 | *Heraclidae in Peloponnesum revertuntur.* |
| | 3613 | | 325 | *EURYSTHENES Aristodemi F. I. Spartae* 42 |
| | 3622 | | 316 | xvii. Codrus. 21 |
| | 3634 | v. Latinus S. 51. | 304 | |
| | | Coloniae priscae Latinae plures deductae. | | |

| Sec. | Per. Iul. | LATINA. | Ante Olymp. | GRAECA. |
|---|---|---|---|---|
| III. | 3638 | | 300 | |
| | 3643 | | 295 | MENON, Ἄρχων διὰ βίου. I. 29. |
| | 3655 | | 283 | *AGIS* II 1. |
| | 3656 | | 282 | *ECHESTRATUS* III. 35. |
| | 3663 | | 275 | ACASTVS II. 36. |
| | 3671 | | 268 | *Ionica migratio* |
| | 3685 | VI. Alba's S. 39. | 253 | |
| | 3691 | | 247 | *LABOTES* IV. 37. |
| | 3699 | | 239 | ARCHIPPVS III. 40. |
| | 3718 | | 220 | THERSIPPVS IV. 41. |
| | 3724 | VII. Capetus S. 26. | 214 | |
| | 3728 | | 210 | *DORYSSUS* V. 42. |
| II. | 3738 | | 200 | |
| | 3750 | VIII. Capys S. 28. | 188 | |
| | 3757 | | 181 | *AGESILAUS* VI. 41. |
| | 3759 | | 179 | PHORBAS V. 41. |
| | 3778 | IX. Calpetus S. 13. | 160 | |
| | 3790 | | 148 | MEGACLES VI. 39. |
| | 3791 | X. Tiberinus S. 8. | 147 | |
| | | | | *Hesiodus.* |
| | 3798 | Tiberinus in Albula submersus. | 140 | |
| | 3799 | XI. Agrippa S. 41. | 139 | |
| | 3801 | | 137 | *ARCHELAUS* VII. 60. |
| | 3820 | | 118 | PROCNERVS VII. 23. |
| | | | | *Homerus.* |
| | 3830 | | 108 | OLYMPIA ab Iphito, Lycurgo, Phoebidae. |
| | | Spartanorum colonia ad Pometinos agros venjunt. | | |

| Sec. | Per. Iul. | LATINA. | Ante Olymp. | GRAECA. |
|---|---|---|---|---|
| I. | 3838 | | 100 | |
| | 3840 | XII. Allades S. 19. | 98 | |
| | 3848 | | 90 | PHERICLES VIII. 19. |
| | 3858 | Allades in lacu Albano submersus. | 80 | |
| | 3859 | XIII. Alventinus S. 37. | 79 | |
| | 3861 | | 77 | *TELECLUS* VIII. 47. |
| | 3867 | | 71 | ARIPHRON IX. 20. |
| | 3887 | | 51 | THESPIEVS X. 27. |
| | 3896 | XIV. Proeas S. 23. | 42 | |
| | 3901 | | 37 | *ALCAMENES.* IX. 37. |
| | 3914 | | 24 | AGAMESTOR XI. 20. |
| | 3919 | XV. Amulius S. 43. | 19 | |
| | 3934 | | 4 | AESCHYLVS XII. 23. |
| | 3938 | | I. | OLYMPIAS PRIMA. |
| | 3942 | | II. | |
| | 3943 | Romulus et Remus nascuntur. | 2 | |
| | 3946 | | III. | |
| | 3950 | | IV. | |
| | 3954 | | V. | |
| | 3957 | | 4 | ALCMAEON XIII. (5.) |
| | 3958 | | VI. | |
| | 3960 | ROMA CONDITA iuxta Varronem. | 8 | |
| | 3961 | XVI. Numitor. S. 2. | 4 | |
| | 3962 | ROMVLVS 37. Roma condita iuxta Dionysium. | VII. | CHAROPS. *Archon decennal.* I. |
| | 3965 | Sabinae raptae. | 4 | |
| | 3966 | T. Tatii cum Romulo bellum. | VIII. | |
| | 3967 | | 2 | NABONASSARVS *Babylone.* |
| | 3969 | T. Tatius Romae regnat 5. | 4 | |
| | 3970 | | IX. | *Bellum Mess.* I. *Arctinus.* |
| | 3971 | | 2 | *Amphia captā* |
| | 3972 | | 3 | ARSIMEDES *A.d.* II. *Thucles in Sicilia.* |
| | 3973 | | 4 | *Syracusae conditae.* |

408

| Per. Iul. | LATINA. | Olymp. | GRAECA. |
|---|---|---|---|
| 3974 | T. Tatius Lavinii interficitur. | x. | |
| 3978 | | xi. | |
| 3982 | | xii. | Clidicus *A. d.* iii. |
| 3986 | | xiii. | |
| 3990 | | xiv. | *Ithome excisa.* |
| 3992 | | 3 | Hippomenes *A. d.* iv. |
| 3994 | | xv. | |
| 3998 | Romulus moritur. | xvi. | |
| 3999 | Interregnum per annum totum. | 2 | |
| 4000 | Numa Pompilius 34. | 3 | |
| 4002 | | xvii. | Leocrates *A. d.* v. |
| 4004 | Croton in Bruttiis condita. | 3 | |
| 4006 | | xviii. | |
| 4010 | | xix. | |
| 4012 | | 3 | Apsephion *A. d.* vi. |
| 4014 | | xx. | |
| 4018 | Tarentum a Partheniis conditum. | xxi. | |
| | | | Eryxias *A. d.* vii. |
| 4022 | | xxii. | |
| 4026 | | xxiii. | |
| 4029 | | 4 | *Bellum Messeniacum* ii. |
| 4030 | | xxiv. | |
| 4032 | | 3 | |
| 4033 | | 4 | *Archontes annui facti. Chalcedon a Megarensibus condita.* |
| 4034 | | xxv. | |
| 4038 | | xxvi. | |
| 4042 | | xxvii. | |
| 4043 | Tullus Hostilius 32. | 2 | |
| 4046 | | xxviii. | *Ira capta.* |
| 4049 | Alba Longa diruta cum stetisset annos 487. | 4 | |

## CAPUT SECUNDUM. 409

### DE AUSONIBUS, QUANDO ET UNDE VENERINT, AURUNCIS, OPICIS, OSCIS, LAESTRIGONIBUS, CYCLOPIBUS.

1. Ausonum *conditor* Auson. 2. *qui* Atlantis *et Calypsus filius*. 3. Atlantis *aetas*. 4. *e qua colligitur tempus adventus* Ausonum, 5. *e* Scythia, *quod probatur ex moribus, statura, lingua, ducis patria*. 6. Ausonum *sedes*: 7. *iidem qui* Aurunci. 8. Auruncae *conditor* Auson, *auctore Festo*, 9. *quem Cluverius temere taxat*. 10. Auson *variante dialecto* Auron. 11. *iidem qui* Opici. 12. *Polybius cum Antiocho et Aristotele super hoc conciliatus*. 12. Opici *iidem qui* Osci. 13. *qui populi ab iis proseminati*. 14. Aurunci *feri, alta statura, truci adspectu*. 15. *Homeri* Laestrigones. 16. *de quibus qualia de* Scythis. 17. *Proceritas occasio hyperbolae Homericae, qua fecit gigantes*. 18. *impasuit Fazello, Cluverio, multis*. 19. *Lingua* Opica *vel* Osca *diversa a Graeca et Phoenicia*. 20. *in usu apud* Siculos *antiquos unde et hi* Scythicae *videntur originis*. 21. *Solvitur obiectio de* Atlantis *patria*. 22. Atlas Ausonis *pater* Scytha. 23. *Fabula de vinculis* Promethei *explicatur*. 24. *contra Samuelem Bochartum*.

1. *Ausones* conditos ab *Ausone* ferunt, quem plurimi Ulyssis et Calypsus, nonnulli Ulyssis et Circes faciunt filium. Verum sic *Ausones* ante Troianum bellum in Italiam non venissent, quod historiae repugnat. Certe [a]) Dionysius ante Oenotros in Italia fuisse non obscure prodit, quando sinum, qui occidentale Italiae latus alluit, quique post a Tyrrhenis mare obtinentibus Tyrrhenus est appellatus, cum Oenotri appellerent, ex accolentium vocabulo *Ausonium* scribit dictum. Et [b]) Nicander *Ausonas* ab Iapygis, Daunii et Peucetii, qui tres Lycaonis filii fuere, Oenotri fratres, exercitu pulsos tradit. Unde apparet *Ausonem* illum aut non fuisse Ulyssis filium, aut prò *Ausonum* duce non habendum.

2. Et ut prius potius credam, Stephani [c]) facit auctoritas, *Ausonem* a quo Siculum mare *Ausonium* ap-

a) l. 1. p. 9. b) apud Antonin. Liber. c. 30. c) apud Eustath. ad Dionys. v. 78.

pellatum ex Atlante et Calypso natum affirmantis. Quod cum melius gentis huius antiquitati conveniat et ex antiquioribus procul dubio petitum sit, haud temere reficiendum est. 3. Sed de Atlantis aetate non una fuit sententia, uti vel Eusebii Chronicon docere potest; in quo ad CCCCXXXI Abrahami annum, qui nonus et vicesimus ante Cecropem, legitur: *Quidam scribunt Prometheum et Epimetheum et Atlantem fratrem Promethei et Argum cuncta cernentem et Io filiam Promethei his fuisse temporibus, alii vero aetate Cecropis: nonnulli vero ante Cecropem annis sexaginta sive nonaginta.* 4. Quod si demus viginti annis post hoc tempus *Ausonem*, Atlantis filium, expeditionem in Italiam suscepisse, colonia haec annis quatuor et octoginta super trecentos Troiae excidium iuxta Eusebium antevertisse deprehenditur; quo tempore nulla adhuc in Italia Pelasgorum, nulla Oenotrorum arma crepuerant.

5. Unde autem hi coloni profecti sint et quae prior illis patria fuerit difficile dictu est, cum veteres hic altissime sileant, [d]) Aelianus αὐτόχθονας pronuntiet. Quod si coniecturis hic indulgere licet, *Scythicae* originis suspicor, praecipue ex moribus et corporis proceritate, quibus hic populus insignis fuit; lingua etiam diversa a Graeca et Phoenicia, denique ipsius *Ausonis* patria. Quod ut ordine ostendatur, primum in loca, in quibus *Ausones* habitaverint, inquirendum, deinde in gentes, quae ab his ortae circa eadem loca commoriunt aliud nomen usurpantes, auctorum nutu, suspicionem retentis.

6. Et primo quidem apud veteres scriptores, *Ausones* in regionibus dextram sinistramque Liris ripam contingentibus late habitasse in confesso est. 7. Nec dubitatur, quin iidem vel eorum aliqui iam a principio *Aurunci* fuerint dicti. Unde tantam tribuit hisce antiquitatem Favorinus apud [e]) Gellium, ut inter primos Italiae incolas nominet: et [f]) Festus *Auruncam* ab *Ausone* prodit conditam. 9. Quem eo nomine ut fabulosum a Cluverio taxatum nollem: scilicet, quoniam *Sorana Aurunca* demum a. 417 iuxta Livium [illegible], atque ita multis post *Ausonem* seculis. De hac [illegible] haudquaquam intelligendus est; verum de *Aurunca* vetere, quam Sidicinos, postquam ab *Auruncis* relictus es-

d) l. 9. V. H. c. 16. e) l. 1. c. 10. f) v. Ausonia.

set, delevisse idem Livius [g]) alibi scribit. 10. Immo *Aurunca* ab *Aurone* procul dubio dicta: quomodo variante dialecto *Auson* appellatus est. *Arbosem* enim, auctore Festo, *pro arbore antiqui dicebant, et robosem pro robore. Maiosibus, meliosibus, lasibus, fesiis; pro maioribus, melioribus, laribus, feriis.* Quibus addi ex [h]) Quintiliano possunt *Valesii, Fusii, labos, vapos, clamos, passes.*

11. Vocari praeterea *Opici* a Graecis praecipue et 410
a Romanis *Osci.* Dubitare vetat Antiochus, antiquissimus auctor, apud [h]) Strabonem Campaniam antiquitus ab *Opicis* habitatam, qui iidem etiam *Ausones* appellentur, referens. Item [k]) Aristoteles, mare Tyrrhenum ut antiquioribus sic etiamnum suis temporibus accoluisse *Opicos* cognominatos *Ausones* testans. 12. Nec cum his Polybius pugnat apud [l]) Strabonem *Opicos* et *Ausones*, tamquam diversas gentes, terras, quae Vesuvio circumiacent incoluisse commemorans: quoniam huic de serioribus temporibus sermo, quibus vetus *Ausonum* gens sub singularibus nominibus veniebat primitivumque generis nomen parti duntaxat adhaerebat. 12. Nec *Oscos* Romanorum ab *Opicis* Graecorum diversos fuisse facile adnimadvertet, qui eosdem mores utrisque adsignari, eadem loca utrosque incoluisse observaverit. Nec dubium quin *Osci* ex *Opici* fuerint facti, idque clare nos Verrius docet apud [m]) Festum: *Oscos, quos dicimus, ait Verrius, Opscos antea dictos, teste Ennio, cum dicat: De muris res gerit Opscus. Adiicit etiam, quod stupra inconcessae libidinis obscena dicantur, ab eius gentis consuetudine inducta.*

13. Ab his porro propagati *Sidicini, Sabini, Samnites.* A Samnitibus *Lucani, Hirpini, Campani* et *Frentani.* A Lucanis *Bruttii.* A Campanis *Mamertini.* Sabini, qui tamen ab aliis Umbrorum, ab aliis Laconum propago dicuntur, scissi in *Picentes, Vestinos, Marrucinos, Pelignos, Marsos, Aequos, Hernicos.* Quae omnia ut latius probem, ad scopum nostrum haud pertinet, et ab aliis factum est.

19. Iam videndum an aliquid singulare notatum de his gentibus earumve saltem antiquioribus apud historicos exstet, unde coniectura de *Scythica* origine, quam

g) l. 8. c. 15. h) l. 1. Inst. c. 15. i) l. 5. p. 242. k) l. 7. Polit. c. 10. l) d. l. m) v. Oscum.

ante proposuimus, fieri possit. Tale autem quid de *Auruncis* invenio apud Dionysium [n]) in descriptione belli, quod Romani contra hos gessere a. 259. iuxta Varronem: cuius haec sunt verba: *Φιλοπόλεμον γὰρ δὴ καὶ τῶν Ἀρούγκων ἔθνος ἦν, καὶ τῷ μεγέθει τε καὶ ῥώμῃ καὶ ὄψεως δεινότητι, πολὺ θηριῶδες ἐχούσῃ φοβερώτατον. Gens enim Auruncorum bellicosa erat et corporis magnitudine et robore et truci oris adspectu feritatem maxime formidabilem prae se ferebat.* Sic ut non videatur dubitandum, cum *Laestrigones* in iisdem locis habitasse certum sit, circa [o]) Formiam scilicet ad dextrum Liris latus, quos Homerus facit gigantes, quin *Auruncis* Homeri *Laestrigones* fuerint. 16. Hisce autem Plinius *Scythicam* originem videtur tribuere lib. VII. cap. 2. *Esse Scytharum genera et quidem plura, quae corporibus humanis vescerentur, indicavimus. Id ipsum incredibile fortasse, ni cogitemus in medio orbe terrarum ac Sicilia et Italia fuisse gentes huius monstri, Cyclopas et Laestrigonas.* Certe Ulysses apud [p]) Homerum *Laestrigonas* non modo anthropophagos fuisse et maxime inhospitales, sed pastores etiam et agriculturae ignaros, quando dicit:

*Ἔνθα μὲν οὔτε βοῶν οὔτ' ἀνδρῶν φαίνετο ἔργα.*

quae de *Scythis* veteres testantur. 17. Situmque adeo altitudo, qua praeditos fuisse populos hosce adhuc post Homeri tempora iam ante ex Dionysio ostendimus, occasionem procul dubio Homero praebuit hyperbolicae, qua eos fecit *gigantes*. 18. Hoc autem Poëticum commentum sicuti olim a multis pro veritate accepta, ita superiori seculo propugnatorem nactum est strenuum Thomam Fazellum: qui Siciliam antiquitus a *gigantibus* habitatam existimat, non quales nunc subinde et alicubi adhuc quotidie provenissent, sed quales nusquam amplius dentur, aut ex quo Homerus vivere desiit, dari fuerint. Et licet haec sententia tam sit absurda, ut quam propemodum natura ei reclamet, tamen insignes aliquot viri, Fazelli auctoritate inducti, quos inter etiam Philippus Cluverius, eam sequutisunt. Verum cum de hac quaestione [q]) singulatim a me actum sit, de [illegible] amplius addo.

19. Lingua porro *Opica* vel *Osca* [illegible]

[n]) l. 6. p. 86. [o]) Plin. l. 3. c. 5. [p]) Odyss. K. v. [illegible] [q]) Orat. de Gigantibus.

versa et a Graeca et a Phoenicia vel Hebraea ostendunt vocabula, quae ex ea nobis conservavit Grammaticorum diligentia. *Cascus*, vetus. *Casnar*, senex. *Dalivus*, insanus. *Famel*, servus. *Gela*, pruina. *Maesius*, Maius. *Mamers*, Mars. *Medix*, magistratus. *Medix tuticus*, summus magistratus. *Multa*, poena pecuniaria. *Petora*, quatuor. *Pipatio*, clamor plorantis. *Pitpit*, quidquid. *Sollo*, totus. *Veia*, plaustrum. *Ungulus*, annulus. 20. Quoniam autem *Opica* lingua etiam in usu fuit apud antiquos Siculos, uti ante ex Platone et Stephano ostensum, hinc efficitur Siculos aut *Opicae* esse originis, aut ex eadem gente, e qua *Opici* ortum duxere, proseminatos. Et quoniam prius historiae veritati responsat, licet Hellanicus Lesbius, sed auctor parum sincerus, contra omnes alios scriptores, Dionysio [r]) teste, hoc affirmaverit, posterius veritati convenire videtur. Atque ita satisfecimus quaestioni supra in hunc locum reiectae,

21. Sed quomodo, regeret aliquis, *Ausones* cum 411
ductore suo *Ansone* Atlantis filio e Scythia deduci possunt, cum Atlas non adscribatur Scythis sed Afris. Respondeo, ut plures Ioves, Mercurii, Hercules, sic plures etiam fuere Atlantes. [s]) Servius tres enumerat, unum Maurum, qui maximus; alterum Italum Electrae patrem, unde natus est Dardanus; tertium Arcadicum, patrem Maiae. Sed cum Graeci et Varro, eodem [t]) teste, Dardanum non ex Italia, sed de Arcadiae urbe Pheneo oriundum dixerint, Italum hunc Atlantem agnovisse non videntur. 22. Et cum Prometheus Atlantis frater et Promethei filius Deucalion Scythae fuerint, efficitur Atlantem Atlantisque filium Ausonem pariter Scythas fuisse. 23. Certe Herodorus [u]) in libro, quem de Vinculis Promethei scripsit, Prometheum refert Scytharum regem fuisse, qui cum subiectis res ad victum necessarias propter continuas Aquilae fluminis inundationes praebere non posset, ab illis vinctus sit: hunc autem fluvium ab Hercule deinceps in mare derivatum. Et similiter [x]) Agroetas lib. XIII. Scythicorum, Aquilam dicit fluvium, Hepar praecipuam Promethei regionem Aquilae inundationibus desolatam. Et procul dubio ab hac aut simili caussa, ista poëtarum fabula de Prometho ad Caucasum

r) l. 1. p. 18. s) ad l. 8. Aen. v. 134. t) ad l. 3. Aen. v. 167. u) Apud Apollonii Schol. l. 2. v. 121. x) ibid.

alligato, aquila iecur eius depascente et Hercule aquilam interficiente nata est. 24. Certe multo verisimiliora haec videntur [y]) Samuelis Bocharti coniectura, qua eam refert ad significationem vocabuli *Magog*, quod deducit a verbo Hebraeo, quod de anima et corde usurpatum dissolvi et contabescere significat. Praeterquam enim quod haec longius petita sint, falsae etiam hypothesi innituntur, tamquam *Prometheus* [z]) *Ἰαπετιονίδης*, esset *Magog* Iapheti filius. Tota enim Chronologia sententiae huic adversatur. Qua invita propter hanc aut illam similitudinem homines diversis nominibus praeditos temere nimis et incogitanter confundi hodie videas. Teneamus igitur tamquam verisimile *Ausones* Scythicae originis esse.

## CAPUT TERTIUM.

### DE PELASGORUM TEMPORIBUS ET REBUS.

1. Pelasgos *ante* Oenotros *in Italiam venisse omnis olim sententia*, 2. *quam deseruit Dionysius*, 3. *invita temporis ratione:* 4) *quoniam ex septemdecim generationibus quas numerat ab Oenotro ad Troiae expugnationem novem praeter regulae annos continent septemdecim, quod [illegible] repetitum contra naturam; posteriores sint quadraginta: tum quod datis annis 496, quos primum ex hypothesi eius de* Pelasgi *aetate sua* Oenotri *ante* Ausonas *advenissent, quod ipse negat.* 5. *obiectio contra haec, solvitur.* 6. *venerunt autem ex* Thessalia. 7. *Cluverius [illegible] perperam adventus huius tempus adnotatum cum Dionysius temporibus* Deucalionis *adec[illegible]* 9. *Diodorus in ipsum* Deucalioneum *di[illegible] coniiciat,* 10. *ipse* Deucalionis *tempora [illegible] raverit.* 11. *Cluverio imposuit versio [illegible] male fida,* 12. *quae corrigitur.* 13. *[illegible] adventum* Pelasgis *accidere.* 14. *Oracu[illegible] datum,* 15. *Pro* L. Mamius *[illegible] legendum* L. Mamilius. 16. *quis?* 17. *[illegible]* nilius. 18. *quando* Pelasgi *Apennino transie[illegible]*

y) l. 1. Phaleg. c. 2. p. z) Apollon. Rhod. l. 3. v. 1086.

*incertum.* 19. *altera ante Troianum bellum aetate defecere.* 20. *parte eorum utcumque se tuente.* 21. *cui tandem nihil praeter* Crotonaeam in Etruria *reliqui.* 22. *cuius meminit Herodotus.* 23. *Haec Umbrorum prius, a* Pelasgis *denominata ex* Gyrtone Thessaliae. 24. *Theopompus vocat* Gortynaeam. 25. Pelasgi *quomodo defecerint.* 26. *dicti* Pelargi. 27. Pelasgi *quare pro rusticus.*

*Pelasgos* Oenotris praeponimus contra Dionysii ordinem. Hic enim diligentissimus licet et perspicacissimus alias, humanitus aliquid nobis passus videtur, primum in eo, quod Aborigines putaverit esse Oenotros, deinde, ut vara vibiam sequitur, quod Oenotros contra communem sententiam ante *Pelasgos* adventasse crediderit. Prius sequenti, posterius hoc capite ostendere conabimur. Romani itaque *Pelasgos* primos fuisse, qui post Aborigines e Graecia in Italiam venerint, firmiter crediderunt. Unde Plinius constanter Oenotris praeponit lib. III. cap. 5. *Latium antiquum a Tiberi Circeios servatum est mille passuum quinquaginta longitudine. Tam tenues primordio imperii fuere radices. Colonis saepe mutatis tenuere alii aliis temporibus. Aborigines, Pelasgi, Arcades, Siculi, Aurunci, Rutuli.* et paullo post: *A Silaro regio tertia et ager Lucanus Brutiusque incipit: nec ibi rara incolarum mutatione. Tenuerunt eam Pelasgi, Oenotri, Itali, Morgetes, Siculi, Graeciae maxime populi, novissime Lucani a Samnitibus orti duce Lucio.* Cui Concinit Scymnus Chius in Periegesi: [a])

*Μετὰ τὴν Λιγυστικὴν Πελασγοὶ δ' εἰσὶν, οἱ*
*Πρότερον κατοικίσαντες ἐκ τῆς Ἑλλάδος.*
*Post Ligusticam Pelasgi sunt, qui* 412
*Primi coloni e Graecia profecti.*

2. Nihilominus Dionysius, ut commento suo de Oenotris Aboriginibus velificaretur, *Pelasgos* diu post Oenotros adventasse contendit. 3. Videndum itaque an temporis ratio admittere hanc sententiam possit. Affirmat Dionysius Oenotrum septemdecim aetatibus sive generationibus Troiae excidio fuisse superiorem, quinque Phoroneo inferiorem: sic ut Phoroneus, secundus Argivorum rex, Inachi filius, una et viginti generationibus

a) v. 21.

eumdem casum antecesserit. A Phoroneo secundam generationem fuisse Nioben, tertiam Pelasgum, quartam Lycaonem, quintam Oenotrum, Arcadum in Italiam deductorem. Haec [b]) ubi Oenotrorum evolvit antiquitates: quae ne quis putet infideliter excerpta, eas ipsa verba: *Εἰ δ' ἔστιν ὁ τούτων λόγος ὑγιής, οὐκ ἂν ἑτέρου τινὸς εἴησαν ἄποικοι γένους, ἢ τοῦ καλουμένου νῦν Λακωνικοῦ, Πρῶτοι γὰρ Ἑλλήνων οὗτοι παραπλεύσαντες τὸν Ἰόνιον κόλπον, ᾤκησαν Ἰταλίαν, ἡγουμένου αὐτοῖς Οἰνωτροῦ Λυκάονος. ἦν δὲ πέμπτος ἀπὸ τοῦ Ἀλξείου* (Ἀλξείου MS. hic et paullo post) *καὶ Φορωνέως, τῶν πρὸς τὴν Πελοποννήσῳ συναστευσάντων. Φορωνέως μὲν γὰρ καὶ Νιόβη γίνεται. ταύτης δὲ υἱὸς καὶ Διός, ὡς λέγεται, Πελασγός. Ἀλξείου δὲ υἱὸς Λυκάων· τούτου δὲ Δηϊάνειρα γάνηρ· ἐκ δὲ Δηϊανείρας καὶ Πελασγοῦ Λυκάων· τούτου δὲ Οἰνωτρος, ἑπτακαιδεκα γενεαῖς πρότερον ἢ ἐπὶ Τροίαν στρατευσάντων. Ὁ μὲν δὴ χρόνος ἐν ᾧ ἀποικίαν ἔστειλαν Ἕλληνες εἰς Ἰταλίαν, οὗτος ἦν.* Si istorum (Catonis et Semproni, Aborigines Graecos dicentium) *sermo est samus, non possunt esse ullius alterius generis quam Arcadici. Primi Graecorum duce Oenotro Lycaonis filio, sinu traiecto, Italiam habitarunt. Hic autem erat ab Aezio et Phoroneo, qui primi in Peloponneso regnarunt. Ex Phoroneo enim Niobe, ex hac, ut fertur, Pelasgus natus. Aezii vero filius Lycaon, huius filia Deianira: ex Deianira et Pelasgo Lycaon alter genitus: ex hoc Oenotrus, septendecim generationibus* (ita hic vertendam vocem γενεαῖς cum sequenti docebimus) *ante Troianam expeditionem. Hic igitur est tempus, quo colonia a Graecia in Italiam missa fuit.* [c]) Postea ait *Pelasgos, a tergo Iovis et Niobes, Phoroneo natae, filio nomen dedisse. Ἕκτη δὲ ὕστερον γενεᾷ, sexta generatione post Pelasgum* (ergo tertia post Oenotrum) relicta Peloponneso, Thessaliam, Haemoniam tunc appellatam, [illegible] ces fuisse Achaeum, Phthium et Pelasgum: [illegible] *μείναντες αὐτόθι γενεὰς, illic habitantes per [illegible] generationes* (quare ad octavam usque post O[illegible] summopere floruisse: tandem *περὶ τὴν ἕκτην γενεὰν* [illegible] *ca sextam generationem* (nonam post Oenotrum) [illegible] retibus Lelegibusque, qui Aetoli postea et L[illegible]

b) l. 1. p. 9. c) l. 1. p. 14.

appellati, ductu auspiciisque Deucalionis τοῦ Προμηθέως inde expulsos. Quae satis conveniunt cum Pelasgorum regum serie, quam [d]) idem ex Hellanico adducit, in qua a *Pelasgo* usque ad *Nanam*, qui a Graecis pulsus est, numerantur generationes quinque: *Pelasgus*, *Phrastor*, *Amyntor*, *Teutamides*, *Nanas*. Contigit igitur expulsio haec nona generatione post Oenotrum, quae eadem octava est ante Troiae halosin retro numeratione facta. Ab Oenotro enim ad Troiam captam, vel Troianam, ut loquitur, expeditionem, iuxta Dionysium generationes fuere septemdecim, sic ut Oenotrus unam ipse ex illis constituerit.

Iam dividamus hoc intervallum septemdecim generationum in duas partes, quarum prior ab Oenotro usque ad eiectos e Thessalia Pelasgos per Deucalionem, vel ad Deucalioneum diluvium, novem generationes capiat, posterior ab hoc termino ad Troiae expugnationem generationes octo. Hactenus nihil in Dionysii calculis erratum videtur, scilicet quoniam error sub involucris generationum tegitur. 4. Detrahamus igitur hanc vestem et vice generationum subiiciamus annos e Chronologia istorum temporum petitos, ut ἀνιστορησία appareat. In posteriore parte, in qua diximus octo esse generationes, a diluvio Deucalioneo usque ad Troiae excidium anni sunt iuxta Eusebium trecenti quatuor et quadraginta: in priore, in qua novem posuimus, ab Oenotro usque ad dictum diluvium tantum deprehenduntur circiter anni centum unus et quinquaginta. Sic ut in posteriore γενεὰ contineat annos quadraginta residuis adhuc quatuor et viginti: in priore tantum septemdecim. Sed unde collegisti, interrumpet quis, centum istos cum uno et quinquaginta annos prioris intercapedinis? Ex Eusebio pariter: additis scilicet ad novem γενεὰς, quibus illa definitur, tribus aliis, ut sic Niobes tempora attingerem, cuius frater Apis apud Argivos ducentis undecim annis ante Deucalionis diluvium regnare exorsus est. In ducentis enim et undecim duodecies 413
reperiuntur septemdecim cum residuis septem: novies septemdecim reddunt unum quinquaginta super centum. Ex hac summa annorum γενεὰς in utraque huius intervalli parte constituentium diversitate, inprimis vero brevitate γενεῶν primae intercapedinis, septemdecim

d) l. 1. p. 22.

videlicet annorum, quae novies repetita contra naturam videtur: tum etiam consummatione annorum, utriusque intercapedinis quadringentorum scilicet quinque et nonaginta, (unde sequeretur, ut sequente capite adstruemus, Oenotrum diu ante Ausonas, quod ipse Dionysius negat, in Italiam venisse) patet Dionysium, ut Oenotros faceret Aborigines, Pelasgum Lycaonis patrem, Oenotri avum, confudisse perperam cum Pelasgo Niobes filio, et sic fecisse antiquiorem, quam temporis ratio patitur: quod erat demonstrandum.

5. Nec est quod aliquis contra haec pro Dionysio adducat Eusebium regni Argivorum exordium fecisse recentius quam oportuit, aut ab iis Chronologis factum, quos Dionysius sequutus est, et propterea minus recte ad Eusebii Canones Dionysii septemdecim generationes exigi: quoniam vel hoc dato remanet non modo difficultas de Ausonibus ante mota, verum et augetur. Sed minime hoc dari potest. Eusebius enim initium Inachi ad annum posuit ante primam Olympiadem 1079. qui Periodi Iulianae 2857. ex Castoris Rhodii, nobilis Chronographi et Dionysii aequalis sententia: hanc vero fuisse communem ex Varronis verbis apud Gellium lib. 1. cap. 16. colligere licet: *Ad Romuli initium plus mille et centum annorum est.* temporis scilicet cogniti. Ab Inachi enim exordio usque ad Palilia Varroniana, iuxta Castorem, anni sunt 1102.

6. Sed alterum quod idem Dionysius affirmat *Pelasgos* Thessalia a Deucalione pulsos pro certo tenendum est. Ex his autem alios *) ait occupasse Cretam, alios Cycladum insulas petiisse, alios Hestiotidem, Olympo et Ossae subiectam regionem, alios Boeotiam, alios Phocidem et Euboeam, alios Asiam et maritima circa Hellespontum loca, praecipue Lesbon: longe vero maximam partem ad Dodonaeos consanguineos commigrasse. Hos vero cum aliquantisper apud illos essent commorati et viderent prae multitudine se ibi amplius alii non posse adhibito Oraculo responsum tulisse, ut Italiam peterent. Sic conscensis navibus mare Hadriaticum transgressos, ad Spinetium, unum e Padi ostiis, appulisse, ibique Spinam oppidum condidisse. Postea superatis Apenninis Umbrorum terris incubuisse et cum ab his summoverentur, contulisse se in Aboriginum re-

*) l. 1. p. 14.

gionem, atque apud Cutiliam castra posuisse. Ibi repente ex hostibus Aboriginum socios factos propter duas caussas, quas paullo post referemus. De tempore enim prius anquirendum est.

7. Turbat autem hic aliquid Cluverius, dum expresse [f]) negat tempus, quo *Pelasgi* primum in Italiam advenerint, aut a Dionysio aut a quoquam alio scriptore notatum. 8. Fateor annum adventus *Pelasgorum* non adnotasse Dionysium, sed utique tempus notavit, quando ait eum contigisse Deucalionis temporibus, quae nulli non dicta fuere, propter famigeratissimum illud diluvium, quod ab eo habet nomen, et decem annis contigit serius, quam regnare in Lycoria exorsus, iuxta Pontacenam Eusebii editionem, vel quatuordecim, secundum Scaligerianam; scilicet tricesimo primo Cecropis; et per consequens trecentesimo, quarto et quadragesimo, iuxta eumdem, ante Troiae captae Epocham.

9. Immo Diodorus Pelasgorum transitum in ipsum Deucalionei diluvii tempus [g]) perspicue coniicit lib. XIV. his verbis: *Καθ' ὃν δὲ καιρὸν μάλιστα Ῥήγιον ἐπολιόρκει Διονύσιος, οἱ κατοικοῦντες τὰ πέραν τῶν Ἄλπεων Κελτοὶ, τὰ στενὰ διελθόντες μεγάλαις δυνάμεσι κατελάβοντο τὴν μεταξὺ χώραν τοῦ τε Ἀπεννίνου καὶ τῶν Ἄλπεων ὀρῶν, ἐκβάλλοντες τοὺς κατοικοῦντας Τυῤῥηνούς. Τούτους δ' ἔνιοι φασιν ἀπὸ τῶν ἐν Τυῤῥηνίᾳ δώδεκα πόλεων ἀποικισθῆναι. Τινὲς δέ φασι Πελασγοὺς, πρὸ τῶν Τρωϊκῶν ἐκ Θετταλίας φυγόντας τὴν ἐπὶ Δευκαλίωνος γενόμενον κατακλυσμὸν, ἐν τούτῳ τῷ τόπῳ κατοικῆσαι. Quo tempore vero Dionysius Rhegium arctissima obsidione premebat, Galli, qui transalpinas regiones inhabitabant, validis claustra illa copiis transgressi, terras inter Apennini et Alpium iuga occupant, Tyrrhenis, qui illic habitabant, eiectis. Hos nonnulli e duodecim Tyrrheniae oppidis eo deductas tradunt. Alii Pelasgos eos faciunt, qui ante belli Troiani tempora Deucalionis e Thessalia diluvium fugientes ibi locorum consederint.* Si enim fugerunt hoc diluvium, ergo fuga haec illius tempore facta est. Unde patet *Pelasgos* revera ante Oe- 414
oetros, qui demum post illud profecti sunt, ut deinceps ostendemus, in Italiam venisse.

Nec ex Eusebio tantum constat de Deucalionis tempore, sed ex Marmore item Pario, in Britannia primum

f) l. 4. It. Ant. p. 1330. g) p. 453.

publicato, cum hac tantum exigua differentia, quod Marmor Deucalionis regni exordium anno tribuit Cecropis nono, Eusebius (Scaligeri) sexto decimo. 10. Nec ignota fuere ipsi Cluverio Deucalionis tempora, cum [h]) alibi ex veteris cuiusdam auctoris Chronographio, in quo aliquot temporum intervalla a Deucalionis diluvio ad Olympiadum initium apud Clementem notata sunt, colligat diluvium hoc annis trecentis viginti Troiae expugnatione esse anterius.

11. Scilicet Cluverium in falsam hanc sententiam Sigismundi Gelenii versio traxit, in qua verba, quibus moram, quam apud Dodonaeos traxere *Pelasgi*, describit, [i]) χρόνον μέν τινα σύμμετρον αὐτόθι διέτριψαν, reddunturr: *ibique manserunt sat longo tempore.* Inde enim credidit tempus profectionis *Pelasgorum* ex Epiro a Dionysio non signatum. 12. Sed vertere debuit interpres: *ibique manserunt tempus modicum.* Nam ut taceam verba Graeca alium sensum non pati, cuivis subjicatu facile est Deucalionis rationes haud tulisse, ut diu in tam propinquo isti, quos patria multaverat, commorarentur: scilicet ne revertendi animum acciperent.

13. Adserto sic adventus tempore addamus reliquam historiam. Postquam igitur anno 752 ante primam Olympiadem, qui Periodi Julianae 3186, quo diluvium Deucalionis contigit, iuxta Eusebii calculum, sed in Troiae Epocha ad Eratosthenis Canones correctum, in Italiam appulsi essent primo adSpinetium; refert Dionysius inde superatis Apenninis primum infestasse Umbros, ab his reiectos Aboriginum terras invasisse, et repente apudCutiliam ex hostibus eorum amicos factos, propter duas fere caussas: primo, quod in lacu, urbi huicce adiacente, viderent insulam natantem, cum ab Oraculo Dodonaeo moniti essent ibi aedes ponere, ubi insulam natantem vidissent apud urbem Cotylen: deinde quod ipsi Aborigines, diuturno contra Siculos bello fessi, novos hostes rebus suis haudquaquam conducere putarent. Ipsi receptos ab Aboriginibus in agri partem ea conditione, ut bellantibus contra Siculos adiutorium ferrent, effecisse tandem, ut Siculi sedibus suis exturbati Italiam relinquere coacti fuerint.

14. Allegat Dionysius ad comprobandum Oraculi paullo ante memorati fidem, quod *Lucius Manius*

auctor non obscurus, in templo Iovis sacro tripodi versus hos antiquis literis inscriptos se vidisse testatus sit:

*Στείχετε μαιόμενοι Σικελῶν Σατορνίαν αἶαν*
*Ἠδ' Ἀβοριγινέων Κοτύλην, οὗ νᾶσος ὀχεῖται·*
*Οἷς ἀναμιχθέντες, δεκάτην ἐκπέμψατε Φοίβῳ,*
*Καὶ κεφαλὰς Κρονίδῃ καὶ τῷ πατρὶ πέμπετε φῶτα.*
*Ite quaerentes Siculorum Saturniam terram*
*Atque Aboriginum Cotylen, ubi insula natat:*
*Quibus permisti decimas mittite Phoebo*
*Et capita Diti et patri mittite lumina.*

k) Macrobius e Varrone huius et coloniae, et Oraculi meminit: sed in ultimo versu pro *Κρονίδῃ* ibi legitur *Ἅδῃ*. Apud l) Stephanum nulla scripturae mutatio conspicitur. Quis autem iste *Λεύκιος Μάμιος, ἀνὴρ οὐκ ἄσημος*, cuius auctoritate Dionysius Oraculum hoc profert? Apud Romanos, quantum observavi, nulla gens senatoria hoc nomine fuit. Unde iam dudum viris doctis pro corrupto locus iste haberi coepit. 15. Suspicor a Dionysio scriptum *Λεύκιος Μαμίλιος*, 16. ut intelligatur is, qui Plinio *diligentissimus togatorum, Senator maximis nobilis doctrinis, doctore nullo.* Etsi enim hic in vulgatis m) Plinii codicibus *Manilius* audit, in scriptis, n) Salmasio teste, *Mamilius* vocatur. Quo in loco etiam de aetate eius patet e Consulibus, quibus scripsisse eum dicit *P. Licinio, Cn. Cornelio*; qui Consulatum gessere a. 657. In *Mamilia* autem gente quae Romae valde antiqua, quippe originem suam a *Mamilia* Telegoni filia arcessens, *Lucii* praenomen haud insolens fuit. 17. Certe *T. Manilium*, cuius testimonio Cicero utitur in oratione pro Q. o) Roscio, etsi pro docto hoc Senatore, cuius Plinius meminit, habeatur a viro p) docto, ab eo esse diversum vel inde patet, quod licet a Cicerone laudetur, ab eruditione tamen non commendetur: hic enim locus, quoties suppetit, a Cicerone relinqui non solet.

18. Quando autem *Pelasgi* primum Apenninos transierint atque in agri partem ab Aboriginibus recepti 415
sint non tradit Dionysius: nec mirum, cum exacta temporis memoria apud *ἀναλφαβήτους* conservari non potuerit. Verisimile tamen foedus istud cum Aborigi-

k) l. 1. Sat. c. 7. l) v. *Ἀβοριγίνες*. m) l. 10. c. 2. n) Plin. Exerc. p. 549. o) c. 14. p) Ger. Vossio de H. L.

nibus aliquot annis adventu illorum esse posterius, uti ex bello, quod inter Aborigines et Siculos gestum, colligere est. Nam cum Aborigines diu illud sustinuissent propriis viribus, tandem accessione *Pelasgorum* haud difficulter profligavere. Sic ut tandem Siculi anno octogesimo ante Troiae expugnationem, uti ante ostensum, Italiam relinquere coacti fuerint. 19. Post hanc Siculorum fugam non admodum longo tempore, δευτέρᾳ scilicet γενεᾷ πρὸ τῶν Τρωικῶν, *altera ante Troianum bellum aetate*, [q]) Dionysio teste, res Pelasgorum deficere coeperunt, 20. sic ut nihilominus pars quaedam nomen *Pelasgicum* utcumque adhuc tueretur, cui tandem nihil praeter *Crotonam*, oppidum Etruriae vetustissimum, reliqui mansit.

21. Herodotus [r]) in hac urbe, quam Κρηστῶνα vocat ὑπὲρ Τυρσηνῶν, adhuc suo tempore veterum *Pelasgorum* linguam obtinuisse auctor est, convenientem cum Placianorum sermone, *Pelasgici* pariter generis in Hellesponto habitantium, a vicinorum vero Tyrrhenorum idiomate plane diversam. 22. Etsi autem haec urbs ante *Pelasgorum* in Italiam adventum iam exstiterit, ereptam enim Umbris per *Pelasgos* prodit Dionysius [s]), nomen tamen *Crotonae* a *Pelasgis* tulisse videtur. Nam in Thessalia, unde illi a Deucalione pulsi erant, antiquissima fuit urbs, nomine Γύρτων vel Γυρτώνη, in cuius memoriam patriae urbis appellationem repetiisse videntur. Γ enim et K frequenter permutantur, uti etiam Υ et O; et caninae transpositio omnibus ferme linguis familiaris est. 23. Theopompus urbem hanc Γορτυναίαν dixit auctore [t]) Tzetze: Θεόπομπός φησιν, ὅτι παραγινόμενος ὁ Ὀδυσσεὺς καὶ τὰ περὶ τὴν Πηνελόπην ἐγνωκὼς ἀπῆρεν εἰς Τυρσηνίαν καὶ ᾤκισεν εἰς Γορτυναίαν, ἔνθε καὶ τελευτᾶ. *Theopompus auctor est Ulyssem, postquam reversus esset et Penelopes vitam cognovisset, profectum fuisse in Tyrrheniam et habitasse Gortynaeae ibique defunctum.*

24. Dicuntur autem *Pelasgi* partim mortalitate exstincti partim Oraculo compulsi Italiam rursus relinquere. 25. Fuerunt autem plus quam ullae aliae gentes ad migrationes praecipites, unde Strabo [u]) ab Atticis πελαργοὺς ait appellatos, quod *ciconiarum* more hinc

q) l. 1. p. 20. r) l. 1. c. 57. Dionys. l. 1. p. 28. s) l. 1. p. 18. t) in Lycophr. v. 806. u) l. 5. p. 221.

inde vagarentur. Terrae autem eorum in Italia a vicinis Tyrrhenis occupatae sunt. Qui vero remanserunt, serviles operas in colendo agro aliis praestitisse Stephanus docet v. *Χίος*. *Οὗτοι δὲ πρῶτοι ἐχρήσαντο θεράπουσιν ὡς Λακεδαιμόνιοι τοῖς Εἵλωσι, καὶ Ἀργεῖοι τοῖς Γυμνησίοις, καὶ Σικυώνιοι τοῖς Κορυνηφόροις, καὶ Ἰταλιῶται τοῖς Πελασγοῖς, καὶ Κρῆτες Δμωῖταις. Hi vero primi usi sunt familis, ut Lacedaemonii Helotis et Argivi Gymnesiis et Sicyonii Corynephoris et Italiotae Pelasgis et Cretes Dmoïtis.* Hinc Cicero [x]) alibi *Pelasgos* pro rusticis ponit, et Apollonio [y]) *Πελασγὶς ἀκοίνη* dicitur.

## CAPUT QUARTUM.

### DE OENOTRORUM TEMPORIBUS ET REBUS, PEUCETIIS, CHONIBUS.

1. Oenotros *Dionysius perperam facit* Aborigines. 2. *quare.* 3. *a quibus deducti,* 4. *et quando. Cluverii error in definienda γενεᾷ apud Dionysium annis xxvii notatus.* 5. Pelasgi *duo: alter Niobes filius, Phoronei nepos; alter Arcas indigena, pater* Lycaonis, *qui Cecropis, avus* Nyctimi, *qui Deucalionis aequales.* 6. *Γενεὰ Dionysio dupliciter sumitur aut pro circuitu annorum xxx.* 7. (*apud alios auctores aliter, apud neminem pro xxvii*) 8. *aut pro generatione vel successione per generationem.* 9. *Posteriore modo xvii γενεαὶ ab* Oenotro *ad bellum Troianum apud hunc intelligendae.* 10. *ut patet ex Alcmena, quae sexta decima a Niobe.* 11. *Sed Pausanias* Pelasgum Lycaonis *patrem* Oenotri *avum iuxta antiquissimos auctores multo facit iuniorem a* Nyctimo Lycaonis *filio,* Oenotri *fratre ad* Agapenorem, *sub quo Troia capta, numerans generationes veras septem, successiones novem* 12. *cuius sententia vera, non Dionysii.* 13. *quoniam iuxta Dionysianam* Ausones *non advenissent ante* Oenotros, *ut ipse alibi ponit,* 14. *tum quia tempora* Lycaonis, Nyctimi, Arcadis *reclamant antiquitati* Pelasgo *a Dionysio tributae* 15. *denique quoniam*

x) l. 2. de Fin. c. 4. y) l. 3. v. 1322.

*Dionysiana sententia gravi laborat ἀνιστορησία.* 16. *Verum tempus adventus* Oenotrorum *ostenditur.* 17. *Occuparunt regionem inter* Lametinum *et* Scyletinum *sinus, quae* Oenotria, *mox extensis* Tarentum *et* Paestum *usque terminis ab* Italo *rege* Italia. 18. *Sub* Morgete *divisi in* Siculos, Morgetes, Italos. 19. *ex Antiocho probatur non esse* Aborigines 20. *termini* 21. *non semper stati.* 22. Murgantia *in Samnio et* Morgantium *in Sicilia a* Morgetibus *conditum.* 23. Peucetius *conditor* Peucetiorum. 24. *de* Daunio *et* Iapyge *memoria incerta.* 25. Chones *vel* Chaones Oenotrorum *coloni.*

416 1. Sequuntur *Oenotri*, sive Arcades, qui sub *Oenotri*, *Iapygis*, *Daunii* et *Peucetii*, Lycaonis filiorum, ductu ultimum Italiae angulum occuparunt, septemdecim aetatibus prius quam ad Troiam bellatum est, iuxta Dionysium, [a]) qui Aborigines horum sobolem credidit, uti iam ante diximus: primo quoniam iuxta Catonem atque Sempronium haec gens Graecanica fuerit; Oenotri autem primi e Graecis, ut putavit perperam, qui Italiam colonia frequentaverint: tum quod Aborigines nomen traxisse videantur a montibus, in quibus principio habitaverint. 2. Sed iam ostendimus ante *Oenotri* tempora Italiam Graecos colonos habuisse ex Historia Sacra, et argumentum ab etymologia minus vera petitum procedere non potest.

3. Adducit autem [b]) Dionysius pro deductoribus huius coloniae duos fratres *Oenotrum* et *Peucetium*, Lycaonis filios. [c]) Nicander *Oenotrum* tacens Ausonas scribit ab *Iapygis*, *Daunii* et *Peucetii*, Lycaonis filiorum, exercitu pulsos. Pausanias [d]) tantum deductionis *Oenotri* meminit. Apollodorus Lycaonem ex variis matrimoniis suscepisse quinquaginta filios prodit, eosque omnes annumerat: sed in tanto populo e paullo ante nominatis solus exstat *Peucetius.* [e]) Tzetzes ex quinquaginta, quos largitur, duodecim tantum exprimit, qui reperiuntur apud Apollodorum. Dionysius Lycaoni tribuit filios duos et viginti et ex his tantum nominat *Oenotrum* atque *Peucetium.*

a) l. 1. p. 9. b) l. 1. p. 9. et 11. c) apud Anton. Lib. c. 31. d) l. 8. p. 458. e) ad Lycophr. v. 481.

4. Quando autem nobilissima haec colonia deducta est? ἑπταχαίδεκα, inquit [f]) Dionysius, γενεαῖς πρότερον τῶν ἐπὶ Τροίαν στρατευσάντων. Hanc temporis intercapedinem [g]) Philippus Cluverius CCCCLIX annis circumscribit: quoniam Dionysium singulis γενεαῖς tribuere septem et viginti annos existimat; ex eo, quod Romam γενεᾷ sextadecima post Ilium captum tradat conditam [h]) duobus locis, idemque [i]) bis pariter Epocham hanc CCCCXXXII post Troiae halosin adscribat. Sed non est ita. 5. Primo, quoniam intervallum ab *Oenotro* usque ad Troiam captam plures annos continet, quam CCCCLIX, si Pelasgus, uti Dionysius sentit, Niobes filius, Phoronei nepos fuerit: pauciores, si Pelasgi filius Lycaon Cecropis, Lycaonis Nyctimus Deucalionis aequales fuerint, uti ab aliis proditur. Secundo, quoniam γενεὰ apud Dionysium, quoties pro certo annorum circuitu ponitur triginta annos capit, non septem et viginti. Utrumque porro videndum est. Ab *Oenotro* ad Troiam captam effluxisse plures quam CCCCLIX annos, si Pelasgus pro Niobes filio, Phoronei, secundi regis Argivorum nepote habendus sit, patet ex annis regum Argivorum et Micenarum apud Eusebium, qui ab Apis, qui Niobes frater, exordio ad Agamemnonis quintum decimum annum, quo Troia expugnata est, numerat annos DLXV. Pauciores vero annos complectitur idem hoc intervallum, si Pelasgum Lycaonis patrem non ex Niobe Phoronei genitum cum Pherecyde et Acusilao, quos Dionysius secutus est, statuamus; sed cum Hesiodo [k]), Asio [l]), Aeschylo [m]) faciamus indigenam diu post Niobes tempora natum, cuius filius Lycaon Cecropis, nepos Nyctimus Deucalionis σύγχρονοι fuerint. A Cecrope enim usque ad Troiae excidium Eusebius numerat annos duntaxat CCCLXXVI. Ex quibus perspicitur Cluverii collectioni de annis CCCCLIX Chronologiae rationes penitus adversari.

6. Sed regerit Cluverius, nihilominus Dionysium pro unaquaque γενεᾷ computare annos septem et viginti in duobus locis. De hoc igitur porro videndum. Et primo quidem largior in annis CCCCXXXII sexies decies contineri septem et viginti, sed inde sequi γενεὰν apud

f) l. 1. p. 9. g) l. 4. It. Ant. c. 16. p. 1325. h) l. 1. p. 36. l. 2. p. 77. i) l. 1. p. 57. l. 2. p. 78. k) apud Apollod. l. 3. Bibl. p. 201. l) apud Pausan. l. 8. p. 456. m) Suppl. v. 258.

Dionysium annis septem et viginti definiri pernego. Si enim hoc inde sequeretur, Dionysius sibi ipse contradiceret triginta annorum circuitu *aetatem* alibi circumscribenti. Ut [n]) quando Pythagoram τέσσαρσι γενεαῖς ὅλαις Numa posteriorem docet, subiungendo mox, Numam regnum apud Romanos auspicatum ἐπὶ τῆς ἑκκαιδεκάτης Ὀλυμπιάδος μεσούσης, Pythagoram in Italia docere coepisse μετὰ τὴν πεντηκοστὴν Ὀλυμπιάδα. *A tertio* enim *anno incipiente Olympiadis sextae decimae* ad *quartum quinquagesimae* completum anni deprehendentur CXXXVIII, qui divisi per triginta dant *aetates* quatuor, triginta annorum singulas, superfluis annis octodecim. Quod si Dionysius septem et viginti annis aetatem definivisset, utique non τέσσαρσι γενεαῖς ὅλαις sed πέντε dixisset: cum in CXXXVIII quinquies reperiantur septem et viginti, residuis adhuc tribus. Similiter agens de dynastia Aboriginum δευτέρα δ' ὕστερον, [o]) inquit, γενεᾷ μετὰ τὴν Ἡρακλέους ἄπαρσιν, ἔτει
417 δὲ πέμπτῳ καὶ πεντηκοστῷ, μάλιστα, ὡς αὐτοὶ Ῥωμαῖοι λέγουσι βασιλεὺς μὲν Ἀβοριγίνων ἦν Λατῖνος ὁ Φαύνου, γόνος δὲ Ἡρακλέους, πέμπτον καὶ τριακοστὸν ἔτος ἔχων τὴν ἀρχήν. *Sed post Herculis discessum aetate secunda, circiter quinquagesimum et quintum annum, ut ipsi Romani tradunt, rex Aboriginum erat Latinus Fauni filius ac Herculis semen, qui regnum iam quintum et tricesimum annum obtinebat.* Si enim γενεὰ apud Dionysium septem et viginti annos complectitur, quae sententia fuit Cluverii, labente anno quinto et quinquagesimo non δευτέρᾳ γενεᾷ dicere debuit, sed τρίτῃ.

7. Deinde multum dubito an ab ullo Graecorum vox γενεὰ pro intervallo septem et viginti annorum unquam accepta fuerit. Apud [p]) Hesychium: Τὴν δὲ γενεὰν ὑφίστανται ἐτῶν οἱ μὲν, κ'. οἱ δὲ, κέ. οἱ δὲ λ'. Γενεὰν *alii supponunt viginti, alii viginti quinque, alii triginta annorum.* Suidas medicos ait γενεὰν terminare annis *septem*, alios *triginta*. Similiter [q]) Censorinus: γενεᾶς *tempus alii aliter definierunt: Heraclitus annos quinque et viginti scribit dici* γενεάν. *Zenon triginta.* Septem et viginti qui definiat frustra quaeras.

n) l. 2. p. 120. o) l. 1. p. 35. p) v. Γενεά. q) de D. N. c. 17.

8. Ex quibus omnibus abunde constare reor Dionysium, quoties hac voce pro certo annorum circuitu utitur, pro triginta annis ponere. Verum non semper hoc facit, sed aliquando etiam pro generatione vel successione per generationem adhibet. Et quin ita usurpet, quando Romam conditam ait, γενεαῖς ἑκκαίδεκα μετὰ Ἰλίου ἅλωσιν, et, γενεᾷ ἑκκαιδεκάτῃ μετὰ τὸν Τρωϊκὸν πόλεμον, nullum dubium existimo. Numitor enim Silvius sextus decimus numeratur ab Aenea in Latinorum dynastia, cuius temporibus Roma iuxta Romanos a Romulo, qui septimus decimus ab Aenea, ἕβδομος καὶ δέκατος ἀπ' Αἰνείου γεγονὼς iuxta ipsum [r]) Dionysium, condita est. Similiter in libri [s]) primi prooemio ait Medorum imperium haud diu stetisse sed ἐπὶ τετάρτης γενεᾶς dissolutum, Herodotum sequutus, centum quinquaginta annis Medorum imperium circumscribentem, et reges duntaxat quatuor in eo commemorantem.

9. Denique ex his effici penitus existimo Dionysium per septemdecim γενεάς, quas ab *Oenotri* in Italiam transitu ad Troiae numerat expugnationem, non CCCCLIX annos, ut Cluverius putavit, immo ne quingentos quidem decem, ut putare debuit, sed totidem generationes intellexisse. Si superesset Antiochus Syracusanus, qui de forma reipublicae et *Oenotrorum* regibus, [t]) Dionysio teste, commentatus est, demonstratu forte facilior esset haec propositio. 10. Confirmari tamen inde existimo, quod Alcmene Herculis mater sextadecima dicitur a Niobe Phoronei apud Diodorum lib. IV. [u]) his verbis: Ζεὺς γὰρ πρώτη μὲν ἐμίγη γυναικὶ θνητῇ Νιόβῃ τῆς Φορονέως, ἐσχάτῃ δὲ Ἀλκμήνῃ. Ταύτην δὲ ἀπὸ Νιόβης ἑκκαιδεκάτην οἱ μυθογράφοι γενεαλογοῦσιν. *Nam prima foeminarum in terra, quas Iupiter compressit, Niobe fuit, Phoronei filia. Postrema vero Alcmena: quam decimam sextam a Niobe subolem fabularum scriptores faciunt.* Idque verum esse stemma Inachidarum a mythographis hactenus conservatum palam facit. Fuit ergo Hercules Alcmenae filius a Niobe septimus decimus, Tlepolemus Herculis octavus decimus, vel si Nioben pariter putemus, nonus decimus. Patet igitur hac ratione quomodo Troia, iuxta Dionysium, septima decima generatione post *Oenotrum* capi potuerit.

r) l. 1. p. 35. s) p. 2. t) l. 1. p. 10. u) p. 155.

11. Sed [x]) Pausanias, cui *Pelasgus*, uti diximus, multo iunior est, a Nyctimo *Oenotri* fratre, Arcadum rege, ad Agapenorem, sub quo Arcades ad Troiam profecti sunt, numerat tantum generationes veras septem, successiones novem. *Nyctimo* enim successit sororis Callistonis filius *Arcas*; Arcadi filius *Azan*; Azani filius *Clitor*; huic patruelis *Aepytus* filius Elati, qui Azanis frater; Aepyto alius patruelis *Aleus*, Apidantis filius; Aleo filius *Lycurgus*; Lycurgo Acropi filius, Cephei, qui Lycurgi frater, nepos *Echemus*; Echemo Ancaei filius, Lycurgi nepos *Agapenor*. 12. Et hanc sicut antiquissimam ita et verissimam super Pelasgi aetate esse sententiam, licet Dionysius propter rationes ante allatas eam sequutus non fuerit, vel ex ipso Dionysio patet. 13. Si enim *Pelasgus*, Lycaonis pater, Niobes filius fuit, ut ille voluit, sequeretur *Oenotros* ante Ausonas in Italiam venisse; quod plane vel secundum ipsum *ἀνιστορήτον* est. Quippe qui ex eo quod tempore adventus *Oenotrorum* sinus, qui occidentale Italiae alluit latus, Ausonius fuerit dictus [y]) colligit Ausonas iam ante eumdem sinum accoluisse. Hoc autem ex illa a Dionysio posita Pelasgi antiquitate sequi ex eo patet, quod Atlantem, quem patrem Ausonis ante ostendimus,
418 nemo veterum amplius quam nonaginta annis Cecrope fecerit antiquiorem. Cum enim Cecrops Troiae casum annis CCCLXXIV iuxta Eusebium praecesserit, Atlas Cecropem XC, Atlantem eundem casum annis CCCCLXIV anteiisse consequitur. Cum vero a Niobe, quae pro Pelasgi matre a Dionysio ponitur, vel, quod tantumdem est, Niobes fratre Api ad eumdem terminum effluxerint anni DLXV, ut iam diximus, efficeretur *Oenotrum* Lycaonis filium, Pelasgi nepotem, Niobes pronepotem ante Ausonem Atlantis filium in Italiam profectum.

14. Sed et ipsa series regum Arcadiae, quae apud Pausaniam exstat, in qua Pelasgus primus, hanc antiquitatem plane respuit: et [z]) Pausanias eadem aetate Cecropem Athenis et Lycaonem *Pelasgi* filium in Arcadia regnasse existimat; Apollodorus [a]) sub Nyctimo, qui Lycaonis filius, Deucalionis diluvium contigisse adseverat. Eusebius Arcadis initium qui a *Pelasgo* quartus, natus e Callistone Nyctimi sorore, quinto et qua-

x) l. 8. p. 453. et seq. y) l. 1. p. 9. z) l. 8. p. 456. a) l. 3. p. 203.

dragesimo post Deucalionis diluvium anno adsignat in Pontaci Editione. Quae omnia pulcherrime veram *Pelasgi* aetatem ab Hesiodo, Asio, Aeschylo antiquissimis auctoribus traditam confirmant.

15. Denique luce meridiana clarius patet *Pelasgum*, Lycaonis patrem, *Oenotri* avum non fuisse Niobes filium ex *ἀνιστορησία* manifestissima, quam occasione imaginariae huius antiquitatis in Pelasgorum temporibus per incogitantiam ipse commisit Dionysius, uti supra ostendimus.

16. Profecti ergo in Italiam *Arcades* sub *Oenotro*, temporibus Nyctimi Arcadiae regis, intervallo, quod a diluvio Deucalionis usque ad ultimum Nyctimi annum elapsum est, quodque quinque et quadraginta continere annos ex Eusebio diximus. Nyctimi enim exordio diluvium Deucalionis plane coniungit Apollodorus [b]) his verbis: *Νυκτίμου δὲ τὴν βασιλείαν παραλαβόντος, ὁ ἐπὶ Δευκαλίωνος κατακλυσμὸς ἐγένετο. Nyctimus ut regnum adeptus est Deucalionis diluvium contigit.* Nyctimi frater *Oenotrus*, iuxta Pausaniam natu minimus; cuius de hac expeditione haec sunt [c]) verba: *Οἴνοτρος δὲ ὁ τῶν παιδῶν νεώτατος Λυκάονι τῶν ἀρσένων, Νύκτιμον τὸν ἀδελφὸν χρήματα καὶ ἄνδρας αἰτήσας, ἐπεραιώθη ναυσὶν ἐς Ἰταλίαν, καὶ ἡ Οἰνωτρία χώρα τὸ ὄνομα ἔσχεν ἀπὸ Οἰνώτρου βασιλεύοντος. At natu minimus filiorum Lycaonis Oenotrus pecunia et viris a fratre Nyctimo acceptis, classe in Italiam transmisit: a quo fuit ea,* in qua consedit, *terra de regis nomine Oenotria vocitata.* Ad sequentia Pausaniae verba: *Οὗτος ἐκ τῆς Ἑλλάδος ἐς ἀποικίαν στόλος πρῶτος ἐστάλη· ἀναριθμουμένῳ δὲ ἐς τὸ ἀκριβέστατον, οὐδὲ ἐκ τῶν βαρβάρων οὐδένες πρότερον ἢ Οἴνωτρος ἀφίκοντο ἐς τὴν ἀλλοδαπήν. Atque haec prima a Graecis colonia deducta. Sed neque barbarae gentes ante Oenotrum* (*ut accuratissime* omnis antiquitatis memoria *revolvatur*) *ad externas gentes commigrasse reperiuntur.* ad haec, inquam, verba omnino respondeo, quod Aegyptius sacerdos quondam [d]) Soloni, *Graeci semper pueri sunt, senex Graecorum nullus*, ubi scilicet de rebus valde antiquis quaestio est. Nullum enim dubium, quin Italia ante *Oeno-*

b) l. 3. p. 202. c) l. 8. p. 458. d) apud Platon. in Timaeo p. 22.

*trum* et e Graecia, et aliunde colonos acceperit, uti iam ante ostendimus.

Teneamus igitur isto, quod dixi, intervallo, medio forte principatus Nyctimi tempore trecentis viginti duobus circiter annis ante Troiam expugnatam *Arcades* sub *Oenotro* adventasse.

17. Occupaverunt autem eum Magnae Graeciae tractum, qui inter Lametinum et Scyletinum sinus extenditur, *Oenotriae* primum, mox extensis sub Italo rege Tarentum et Posidoniam sive Paestum usque terminis, *Italiae* nomine indigitatum. Antiochus Syracusanus, quem circa 350. v. c. annum floruisse Gerardus Vossius docet, in libro de antiquis Italiae colonis, [e]) Dionysio teste, scripsit: *Τὴν γῆν ταύτην, ἥτις νῦν Ἰταλία καλεῖται τὸ παλαιὸν εἶχον Οἰνωτροι. Hanc regionem, quae nunc Italia vocatur, olim tenuerunt Oenotri.* Postea *Bruttium* regio haec appellata, [f]) Stephanus: *Ἀντίοχος τὴν Ἰταλίαν φησὶ κληθῆναι Βρεττίαν, εἶτα Οἰνωτρίαν. Antiochus Bruttium Italiam ait appellatum, deinde Oenotriam.* Dicere debuit *Oenotriam* deinde *Italiam*. *Bruttii* enim nomen vel *Βρεττίας* temporibus Antiochi nondum obtinebat, quippe introductum demum bello, quod a Dione contra Dionysium gestum est, [g]) Strabone et [h]) Diodoro testibus. In quo miror impegisse [i]) Cluverium, cum idem [k]) alibi Antiochum ducentis prope annis Aristotele dicat superiorem. Idem Antiochus 18. postquam de forma regiminis apud hos usitato regnumque ad Italum tandem pervenisse, post hunc ad Morgetem, a quo Siculus quidam hospitio susceptus, commemorasset, adiecit eodem teste: *οὕτω δὲ Σικελοὶ καὶ Μόργητες ἐγένοντο καὶ Ἰταλίητες, ἐοντες Οἰνωτροι. Ita igitur Siculi et Morgetes et Itali fuerunt, qui*
419 *erant Oenotri.* 19. et [l]) paullo inferius de Siculo: *ἐπεὶ δὲ Ἰταλὸς κατεγήρα Μόργης ἐβασίλευσεν. ἐπὶ τούτου δὲ ἀνὴρ ἀφίκετο ἐκ Ῥώμης φυγάς, Σίκελος ὄνομα αὐτῷ. Postquam Italus consenuit, Morges regnavit. Hoc autem regnante, vir quidam nomine Siculus, Roma profugus ad eum venit.* Ex quibus antiquissimi historici verbis apparet *Oenotrorum* imperium haudquaquam Aboriginum regionem complexum: alioquin enim Sicu-

e) l. 1. p. 10. f) v. *Βρέττος*. g) l. 6. p. 255. h) l. 16. p. 518. i) l. 4. It. Ant. c. 15. p. 1282. k) l. 1. It. Ant. c. 1. p. 10. l) l. 1. p. 59.

lus iste Roma, sive urbe, quae postea sic appellata, ad Morgetem non profugisset. 20. Immo ipse Dionysius *Italiae* nomine Morgetis temporibus venisse tantum oram, quae a Tarento Paestum usque extenditur, scribit [m]): *ἦν δὲ τότε Ἰταλία ἡ ἀπὸ Τάραντος ἄχρι Ποσειδωνίας παράλιος. Tunc autem Italia dicebatur tota illa ora maritima quae a Tarento Posidoniam usque protenditur.* Cum adhuc angustior fuisset sub Italo [n]): *ἐντὸς τῶν κόλπων τοῦ τε Λαμητίνου καὶ τοῦ Σκυλητίνου, Inter sinus Lametinum et Scyletinum*, ut idem ex eodem Antiocho allegat, et [o]) Aristoteles, tacito licet eius nomine, testis est. 21. Etsi hos terminos non semper statos fuisse colligere possumus cum ex ipsa imperiorum natura 22. tum Murgantiae, quam in Samnio [p]) Livius ponit, situ. Hanc enim non minus quam Morgantium Siculum a Morgetibus conditum verisimile est: immo non defuerunt, [q]) Strabone teste, antiquitus, qui hoc dixerint. *Peucetius* autem *Oenotri* frater cum parte colonorum super Iapygium promontorium, [r]) Dionysio teste, haesit, iisque ad fratris exemplum nomen a se indidit: *Peucetii* enim deinceps appellati. 24. De *Daunio* quoniam plerique tacent, non est quod addamus amplius supra dictis. *Iapygem* alii faciunt Daedali ex Cretica muliere filium eumque paullo post Minois necem cum Cretensibus in Italiam venisse volunt: uti infra suo loco memorabimus.

25. *Chones* sive *Chaones* qui Metapontinum et Siriten agros incoluerunt *Oenotrorum* colonos fuisse [s]) Antiochus et [t]) Aristoteles testes sunt.

## CAPUT QUINTUM.

### DE IANO QUANDO ET UNDE ADVENERIT, STERCE, SATURNO.

1. *Post* Pelasgos *et* Oenotros *advenit* Ianus, 2. *qui perperam confunditur a nonnullis cum multo antiquioribus et recentioribus:* 3. *regnare in Italia coepit* 150. *annis ante Aeneam.* 4. Pici, Fauni,

m) Ibid. n) l. 1. p. 27. o) l. 7. Polit. c. 10. p) l. 10. c. 17. q) l. 7. p. 257. r) l. 1. p. 9. s) apud Strab. l. 6. p. 255. t) l. 7. Polit. c. 10.

Latini, 5. Iani *anni*. 6. *Dionysio in* Latini *annis cum Syncello convenit*. 7. Ianus *filius* Creusae, *nepos* Erechtei, 8. *qui regnare coepit anno* 215, *mortuus* 164. *ante Troiam captam*. 9. *Iuxta Graecos* Creusae *filius* Ion, *quae* Xutho *postea nupsit*. 10. Ion *non alius quam* Ianus: *quoniam classe advenit*, 11. *ex* Perrhaebia, *quae* Xuthi *patria*. 12. *tempora conveniunt*; 13. Ionis *historia incerta praebet suspicionem*, 14. *quomodo tempora conveniunt*. 15. *inprimis adventus ex* Perrhaebia, 16. *et nomen* Ionis *vel* Iaonis *suadent*. 17. *Cum hac* Iani *aetate pugnare videtur* Saturni *convictus*, 18. *qui* Iano *sesquiseculo superior*. 19. *Cum vero in* Saturni *et trium liberorum fabula lateat Noachus cum tribus filiis*, 20. *qui sub Ili nomine a Phoenicibus cultus*, 21. *et Europaei Asiaticorum deorum cultum sub domesticis vocabulis receperint*, 22. *non dubitandum, quin* Sterces *sub* Saturni *nomine a* Iano *in divos relatus*, 23. *ut D. Augustinus docet*, 24. *produxerit opinionem de* Iani *et* Saturni *convictu*. 25. *In* Iani *nummo ratis cataclysmum, effigies bifrons Noachum notat*, 26. *quare*. 27. *aureum Saturni seculum in Italia fabulosum*. 28. Ianum *male ad allegoriam refert Arnobius, quare*.

1. Post Pelasgos et Oenotros temporis ratio postulare videtur, ut *Iani* in Italiam adventus commemoretur. 2. Nunquam enim probare potui illorum rationes, qui insuper habita omni temporis doctrina homines multis seculis distantes propter hanc aut illam similitudinem in unum conflant atque ita in confusionis atque incerti barathrum primas populorum antiquitates mittunt. Quid enim aliud faciunt, qui Noachum, Ogygem, Deucalionem, Oenotrum, *Ianum*; qui *Ianum*, Saturnum, Euandrum, Aeneam, Romulum unum hominem faciunt? Destruunt potius quam probant tali auxilio, quae adstruenda suscipiunt. 3. *Ianus* enim in Italia regnare exorsus est annis circiter centum et quinquaginta ante Aeneam, iuxta Eusebium: cuius in [a]) Pontaci editione haec verba sunt: *Ante Aeneam Ianus, Saturnus, Picus, Faunus, Latinus in Italia re-*

a) p. 69.

*gnaverunt circiter annis centum quinquaginta.* Aeneas autem anno quarto ab excidio Troiae regnare coepit iuxta [b]) Dionysium, ergo *Iani* exordium in annum incidit sextum ferme et quadragesimum super centesimum ante Ilii expugnationem iuxta Eusebium. 4. [c]) Syncellus Pico, Saturni filio, tribuit annos triginta septem, Fauno Pici quatuor et quadraginta, Latino sex et triginta. Qui collecti annos dant centum septemdecim. 5. Relinquuntur ergo *Iano* et Saturno anni tres 420
et triginta ad explendos centum quinquaginta ab Eusebio memoratos. 6. In Latini aetate Dionysio cum Syncello convenit: cum enim adventus Aeneae tempore [d]) dicat fluxisse annum regni eius quintum et tricesimum, Aeneam vero ipsi successisse anno post discessum e Troia quarto, Latinum sex et triginta annos explevisse clare indicat. Unde nullum potest esse dubium, quin reliquorum anni apud Syncellum genuini sint atque ex antiquioribus deprompti. 7. Certe *Iani* aetas sic satis adstruitur ab Auctore Originis Gentis Romanae, quando, nescio quos auctores sequutus, Creusae eum filium, Erechtei Athenarum regis nepotem pronuntiat. 8. Erechteus enim ad regnum venit anno ducentesimo quinto decimo ante Troiae excidium, regnavit annos quinquaginta: mortuus ergo anno centesimo quarto et sexagesimo ante dictum terminum. Unde ad *Iani* initium, utcumque ab Eusebio signatum, tantum sunt anni novemdecim. Verba Anonymi huius adscribo: *Ferunt Creusam Erechtei regis Atheniensium filiam speciosissimam, stupratam ab Apolline, enixam puerum, eumque Delphos olim educandum esse missum, ipsam vero a patre istarum rerum nescio Xutho cuidam comiti collocatam. Ex qua cum ille pater non posset exsistere, Delphos eum petiisse ad consulendum Oraculum, quomodo pater fieri posset. Tum illi Deum respondisse, ut quem postero die obvium habuisset, eum sibi adoptaret: itaque supra dictum puerum, qui ex Apolline genitus erat obviam illi fuisse, eumque adoptatum. Cum adolevisset, non contentum patrio regno cum magna classe in Italiam devenisse, occupatoque monte urbem ibi condidisse eumque ex suo nomine Ianiculum cognominasse.* 9. Erechteo fuisse filiam nomine Creusam, quae a moecho anonymo, qui

b) l. 1. p. 51. c) p. 171. ed. reg. d) l. 1. p. 35.

Apollo postea dictus, compressa *Ionem* peperit, postea Xuthus, Hellenis filio, Deucalionis nepoti, vivente adhuc patre, nupserit apud [e]) Graecos scriptores dubium non habetur, et haec historia Euripideae fabulae *Ioni* praebuit argumentum. Sed horum, quantum memini, nemo quod paullo ante ex Anonymo attulimus, prodit. 10. Nihilominus cum [f]) Draco Corcyraeus *Ianum* classe in Italiam appulisse scribat; 11. [g]) Plutarchus etiam ex Perrhaebia addat; haec vero Xuthi patria fuerit: 12. et Eusebius regni eius in Italia exordium praeter propter centum quinquaginta annis Aeneae successione faciat anterius: 13. contra *Ionis* historia apud Graecos valde sit incerta, haec qualiscumque Anonymi relatio temere reliciendà non videtur. 14. Si enim *Ianum* demus novemdecim duntaxat annis advenisse antequam Sterci, Pici patri, successit, quod tempus incidit in primum annum Cecropis secundi, *Ionis* avunculi, quo Xuthus propter inimicitias occasione controversiarum, in quibus arbiter electus fuerat, super successione paullo ante motarum conflatas solum vertere, [h]) Pausania teste, coactus est, patet quomodo temporis ratio non adversetur huic sententiae. Praeterea Xuthi aetas postulat, ut adventus *Iani* in Italiam statuatur aliquot annis ante regni eius apud Aborigines exordium. 15. Quod autem Plutarchus e Perrhaebia *Ianum* advenisse scribit, mirifice *Ioni* convenit. Praeterquam enim quod haec Xuthi patria, scribit Pausanias Xutho apud Aegialenses in exsilio mortuo filium eius Achaeum adsumptis ex Aegialo et Athenis auxiliis in Thessaliam profectum paternum recuperasse imperium. 16. Nomen etiam *Ionis* vel *Iaonis* (Ἰάονες enim [i]) Homero, qui Ἴωνες aliis) ab *Iani* diversum non videtur. Verisimile igitur *Ionem* hunc, eo, quod dixi, tempore ex Thessalia adduxisse nova in Latium coloniam, cum ibi regnaret Sterces, Pici pater, et ab hoc *Ionem* in partem agri acceptum, dein mortuo huic, cum forte Picus eius filius adhuc immaturae aetatis esset, successisse, atque *Ianum* in Italia appellatum.

17. Sed cum hac *Iani* aetate non mediocriter pugnat, quod Saturnus ab eo susceptus esse dicitur: tem-

e) Apollod. l. 1. p. 27. Strab. l. 8. p. 383. Conon. apud Phot. p. 437. f) apud Athen. l. 15. p. 697. et Eustath. Odyss. E. p. 1533. g) Q. R. p. 269. h) l. 7. p. 391. i) Iliad. N. v. 685.

pora enim utriusque non patiuntur hoc consortium. 18. [k]) Theophilus enim Belum et Cronum, quem Latini Saturnum vocant, ex Thallo docet annis trecentis uno et viginti Troiano bello superiores: unde patet Cronum sive Saturnum minimum sesquiseculo *Iano* fuisse superiorem. Idque postulant Minois primi tempora, ante quem Iupiter et ante hunc Saturnus in Creta regnasse creduntur. Minos enim iuxta Eusebium regnare coepit anno Pandionis tricesimo, qui est ante Troiae captae Epocham ducentesimus quintus et vicesimus. Ex quibus necessario sequitur aut Saturnum nunquam fuisse in Italia, aut si fuit diu ante *Ianum* fuisse. Sed cum utrumque repugnet constantissimis apud veteres Romanos de horum convictu traditionibus, videndum quomodo alterum sine Chronologicae doctrinae offendiculo recipi possit.

19. Diu a viris doctis observatum in Saturni et 421
trium liberorum eius orbis imperium inter se partientium fabula latere Noachum et tres eius filios, a quibus terra post aquarum eluviem divisa sit: 20. Cultus autem Saturnus sive Κρόνος sub Ili nomine a Phoenicibus, teste apud [l]) Eusebium Sanchuniathone, diu ante quam Cretensis iste divinis honoribus affectus est. 21. Graeci vero et Europaei Asiaticorum deos sub domesticis nominibus colere soliti sunt. 22. Procul dubio igitur *Ianus* cum a Sterce, Pici patre, in partem agri fuisset receptus, et tandem mortuo in regnum successisset, huic sub nomine Saturni divinos honores constituit, quemadmodum Athenis hos paullo ante [m]) Erechteo avo decretos noverat. 23. Docere nos hoc D. Augustinus potest, cuius temporibus antiquissimi Romanorum historici adhuc erant superstites, lib. XVIII. Civit. Dei cap. 15. *De Pici patre Saturno viderint, quid sentiant, talium deorum cultores, qui eum negant hominem fuisse: de quo alii scripserunt, quod ante Picum filium suum in Italia regnaverit et Virgilius notioribus litteris dedit: Is genus indocile* etc. dein paullo post: *Sed haec poetica opinentur esse figmenta et Pici patrem Stercen potius fuisse asseverent, a quo peritissimo agricola inventum ferunt, ut fimo animalium agri foecundarentur, quod ab eius nomine stercus di-*

k) l. 8. ad Aut. p. 139. l) l. 1. P. E. c. 12. et l. 4. c. 10.
m) Cicero l. 8. de N. D. c. 19.

*ctum est: unde et hunc quidam Stercutium vocatum ferunt. Qualibet autem ex caussa eum Saturnum appellare voluerint, certum est tamen, hunc fuisse Stercen sive Stercutium, quem merito agriculturae ferunt deum.* 24. Cum vero multa loca a nomine huius novi Dei appellaret, effigiem ipsius nummis imprimeret, creditum a posteris literarum adiutorio usque ad Euandrum destitutis Saturnum a *Iano* non modo hospitio exceptum, sed consortem etiam regni factum.

Quod de locis adfirmari fidem facit [n]) Varro l. IV. de LL. *Tarpeium montem, Saturnium appellatum prodiderunt, et ab eo late Saturniam terram ut etiam Ennius appellat. Antiquum oppidum in hoc fuisse Saturniam scribitur. Eius vestigia etiam nunc manent tria: quod Saturni fanum in faucibus: quod Saturnia porta, quam Iunius scribit quam nunc vocant Padanam: quod post aedem Saturni, in aedificiorum legibus parietes postici muri sunt scripti.* 25. Effigies autem illa bifrons, quae in antiquissimo Romanae urbis nummo aeneo visitur, quam credidere Romani a *Iano* usque ad se transmissum, et testatur Draco Corcyraeus, non *Ianum* ut illi putabant sed Saturnum repraesentasse verisimile est: primo quoniam in aversi nummi area ratis expressa cernitur, quae cataclysmum signare videtur: tum quoniam Saturnus etiam a Phoenicibus sub hoc forma cultus dicitur a Sanchuniathone apud [o]) Eusebium: *Ταυτος ἐπενόησε δὲ καὶ τῷ Κρόνῳ παράσημα βασιλείας, ὄμματα τέσσαρα ἐκ τῶν ἐμπροσθίων καὶ τῶν ὀπισθίων μερῶν. Taautus excogitavit Saturno eiusmodi insigne regni, oculos quaternos, binos in vultu, ac totidem in occipite.* 26. Quod si in symboli huius inquiramus caussam valde credibile, ideo bifrontem a posteris suis repraesentatum Noachum, quoniam utrumque Orbem viderat, et qui aquarum inundatione fuerat deletus, et qui post hunc ipsius filiorumque eius satu succreverat. Hoc autem a Phoenicibus transiit ad Graecos, apud quos Cecrops διφυὴς, [p]) *geminus,* [q]) *bifrons*, a Graecis ad Aborigines eorum colonos, ab his ad plures in Italia et Sicilia civitates.

27. Certe aureum illud Saturni seculum nullo modo *Iani* temporibus convenire potest exercitio tum

n) p. 13. Macrob. l. S. c. 7. o) l. 1. P. E. c. 10. p. 39.
p) Ovidio 2. Met. 560. q) Iustino 1. l. 2. c. 6.

quantum maxime Aboriginibus bellando cum Siculis, uti ante ostendimus.

28. *Ianum* autem revera in Italia fuisse, nec ad allegoriam referendum cum [r]) Arnobio totam huius historiam etiam inde effici posse existimo, quod sic non habituri simus amplius auctorem, non modo qui Saturni in Italiam cultum intulerit, sed qui sui etiam colendi occasionem Latinis praebuerit. Ut taceam tot vocabula in Lingua Latina ab *Iano* originem ducentia.

## CAPUT SEXTUM. 422

### DE TYRRHENIS, UNDE ET QUANDO ADVENERINT.

1. Tyrrhenorum *sive* Etruscorum *sedes*, 2. Lydi *genus*, *iuxta omnes fere veteres*. 3. *quod probat* Tyrrheni *ducis nomen a* Tyrrha Lydiae *urbe impositum*. 4. *Dionysius tamen negat facitque indigenas*. 5. *Cluverius perperam facit Pelasgos*. 6. *cuius rationes refutantur*. 7. Pelasgi Tyrrheni *et* Tyrrheni Pelasgi *a veteribus quibusdam* 8. *cur appellati*. 9. *Dionysii sententia examinatur taxaturque*. 10. *uti et Fulleri obiter, Tyrios facientis*. 11. *respondetur ad primum Dionysii argumentum de Xanthi silentio* 12. *ad secundum de diversitate morum, legum, religionis, linguae*. 13. *Similitudo inter* Tyrrhenos *et* Lydos *ostenditur*. 14. *quando advenerunt*. 15. Tyrrhenus *Herculis filius aut nepos non fuit*. 16. *Terminos non semper statos habuisse* 17. *ostenditur*.

1. *Tyrrheni* a Graecis, *Etrusci* et *Tusci* a Romanis, *Rhasenae* inter se, Dionysio [a]) teste, appellati, sunt isti advenae, qui insedere Italiae latitudinem ab utraque parte Apennini inter Ligures et dextram Tiberis ripam ab Umbris prius atque Pelasgis possessam. 2. De horum vero origine et adventus tempore valde variant scriptores. Herodotus [b]) *Lydos* genus prodit fame patria excedere coactos et duce *Tyrrheno* Atyos filio in Italiam deductos. Herodoti auctoritatem sequuti sunt [c]) Ti-

r) l. 3. p. 116. a) l. 1. p. 24. b) l. 1. c. 94. c) apud Tertull. de Spect. c. 5.

maeus Siculus, [d]) Scymnus Chius, [e]) Strabo, [f]) Plutarchus, [g]) Appianus, [h]) Virgilius, [i]) Velleius, [k]) Plinius, Festus, Servius: et in hac sententia fuerunt ipsi *Tusci* et *Lydi*, teste Tacito in [l]) quarto Annali: *Sardiani decretum Etruriae recitavere, ut consanguinei. Nam Tyrrhenum Lydumque Atye rege genitos ob multitudinem divisisse gentem, Lydumque patriis in terris residisse: Tyrrheno datum novas ut conderet sedes et ducum a nominibus indita vocabula, illis per Asiam, hic in Italia.* 3. Et videtur *Tyrrhenus* nomen sortitus ab antiquissima Lydiae urbe *Tyrrha;* in qua Gigem regnasse Etymologus [m]) scribit. 4. Nihilominus Dionysius [n]) hanc *Tyrrhenorum* originem in dubium vocat duobus praecipue argumentis: primo quoniam lingua a Lydis diversa sint usi; tum quod religio, sive deorum cultus, leges etiam et mores longe apud Lydos alii quam *Tyrrhenos* fuerint. Ideoque [o]) concludit veritati magis convenientia sibi videri dicere, *μηδαμόθεν ἀφιγμένους, ἀλλ' ἐπιχώριον τὸ ἔθνος ἀποφαίνοντας· ἐπειδὴ ἀρχαῖόν τε πάνυ, καὶ οὐδενὶ ἄλλῳ γένει οὔτε ὁμόγλωσσον, οὔτε ὁμοδίαιτον εὑρίσκεται. qui gentem istam non advenam sed indigenam fuisse dicunt; quandoquidem eam pervetustam esse et cum nulla alia gente aut linguam aut mores communes habere constat.* Verum haec sententia, cum secum trahat *ἀδύνατον* manifestum, omnes enim *αὐτόχθονας* praeter duos primos homines iam ante fabulosos diximus, infinitis partibus illa altera, quae si non vera, minimum possibilis est, inferior deprehenditur.

5. [p]) Cluverius se diligentiae Dionysii *Tyrrhenos* Lydos negantis succurrere hac insuper coniectura putat, quod videantur Pelasgi. Hos enim postquam a Curetibus Lelegibusque Thessalia pulsi sunt, novo sibi inditō vocabulo vel adsumpto cognomine *Tursenorum* et variante dialecto, *Tyrrhenorum*, in varias Europae simul Asiaeque partes adiacentesque insulas fuisse dispersos: omnes hos aut plurimam horum partem e *Lydia* in Italiam profectos eiectis ibi e parte agrorum, quae est inter Apenninum et mare inferum dextramque Ti-

d) v. 224. c. l. 5. p. 219. e) Q. R. p. 277. f) Pum. p. 35. g) l. 2. Aen. 781. 8. 478. h) l. 1. l. c. 3. i) l. 1. c. 8. k) l. 8. c. 5. l) c. 65. m) v. *Τύραννος*. n) l. 1. p. 23. o) l. 1. p. 24. p) l. 2. It. Ant. c. 1. p. 429.

beris ripam, Umbris regionem hanc de suo nomine *Tyrseniam* et *Tyrrheniam* appellasse: id diserte testari Dionysium, Hellanicum et alios in Plutarchi Romulo scriptores.

6. Verum haec coniectura si una manu iuvat, altera plane Dionysio adversatur. Hic enim distincte [q]) negat *Tyrrhenos* Pelasgicum genus esse propter summam linguae diversitatem, iam olim inter Crotoniatas, Pelasgorum in *Etruria* reliquias, et *Tyrrhenos* ab Herodoto animadversam. Deinde ipsa haec coniectura sufficiente veterum scriptorum auctoritate destituitur. Hellanicus apud [r]) Dionysium ait quidem *Tyrrhenos* antequam in Italiam venerint Pelasgos, postquam in illa sedes fixerint *Tyrrhenos* appellatos: sed hic *Tyrrhenos* non pro aliis quam Pelasgis habet, nec ex *Lydia* venisse sed a Graecis pulsos et per consequens ex Thessalia adventasse prodit. Apud Plutarchum [s]) autem in Romuli vita legitur quosdam tradere: *Ῥῶμον, Λατίνων τύραννον ἐκβαλόντα Τυῤῥηνοὺς, τοὺς εἰς Λυδίαν μὲν ἐκ Θετταλίας, ἐκ δὲ Λυδίας εἰς Ἰταλίαν παραγενομένους. Romum Latinorum regem urbi nomen dedisse quum eiecisset Tyrrhenos, qui in Lydiam ex* 423 *Thessalia, ex Lydia in Italiam commigraverant.* Verum sic opinantes erroris convincit illa iam ante memorata linguae diversitas a Dionysio ex Herodoto allegata. 7. Quid igitur faciemus tot veterum locis, quibus Pelasgi *Tyrrheni* et vice versa *Tyrrheni* appellentur Pelasgi, diligenter a Dionysio collectis? Ex quibus tantum Thucydidis verba subiicio, quibus describit regionem Athoni vicinam [t]) lib. IV. *Καίτι καὶ Χαλκιδικὸν ἔνι βραχὺ, τὸ δὲ πλεῖστον, Πελασγικὸν, τῶν καὶ Λημνόν ποτε καὶ Ἀθήνας Τυρσηνῶν οἰκησάντων, καὶ Βισαλτικὸν καὶ Κρηστωνικὸν, καὶ Ἠδωνες. Quin etiam exigua quaedam gentis Chalcidicae pars ibi est: sed maxima pars est Pelasgica, ex illis Tyrsenis, qui Lemnum et Athenas quondam incoluerunt, et Bisaltica et Crestonica et Edonica.* De Lemno confirmat [u]) Apollonius l. IV.

*Οἱ πρὶν μὲν ποτε δὴ Σιντιάδα Λῆμνον ἔναιον*
*Λήμνου τ' ἐξαλαθέντας, ὑπ' ἀνδράσι Τυρσηνοῖσι*
*Σπάρτην εἰσαφίκανον ἐφέστιοι.*

q) l. 1. p. 23. r) l. 1. p. 22. s) p. 18. t) p. 325. u) v. 1759.

*Hi aliquanto quidem prius Sintiadem Lemnon incoluerunt,*
*Lemnoque exturbati a viris Tyrsenis*
*Lacedaemona profecti sunt inquilini.*

De Athenis Hesychius: *Πελασγικὸν, τειχίον, οὕτω ἐν Ἀθήναις καλούμενον, Τυῤῥηνῶν κτισάντων. Pelasgicus murus, sic Athenis appellatus, cum Tyrrheni exstruxissent.* Loquitur de muro, quo a Pelasgis cincta olim arx Athenarum, aut arcis pars, quae adhuc hodie durat et nomen servat vetus, si Itinerariis habenda fides. Plura qui desideret, ipsum Dionysium adeat. Num igitur cum Cluverio *Tyrrhenos* et Pelasgos unum eumdemque populum fuisse statuendum? an potius cum Bocharto *Tyrrheni* Pelasgici generis dicendi? an [x]) Dionysii sequendum iudicium, errare omnes pronuntiantis, qui unam eamdemque gentem existiment?

Et mihi quidem Dionysii sententia verior semper visa est propter illam, quam diximus, linguae diversitatem. Etsi enim linguas seculorum decursu plane mutari et penitus tandem interire certum sit, tamen ratio nulla excogitari potest cur lingua Pelasgica, si eadem plane in principio, quae *Tyrrhenica*, in iisdem locis iisdemque temporibus ita mutari potuerit, ut nullum amplius similitudinis cum *Tyrrhenica* vestigium post septem aut octo secula retinuerit.

8. Quod vero confundantur hi populi ab auctoribus minime novum est: solet enim hoc evenire populis vicinis, et adhuc magis permistis; ut ab exteris alter pro altero nominetur. Atque ita nodum hunc solvit [y]) Dionysius. Ergo cum Pelasgi post *Tyrrhenorum* in Italiam adventum, seu dominatorem populum non ferentes seu factionibus compulsi, quibus forte et *Tyrrhenorum* haud pauci permisti fuere, Italiam relinquere cogerentur, Graeci, qui accuratius loquuti sunt, hos novos colonos modo *Tyrrhenos Pelasgici generis*, modo *Pelasgos Tyrrhenos* nominaverunt: scilicet ut sic a *Tyrrhenis*, qui *Lydi* erant, et Pelasgis, qui in Italia nunquam fuerant, distinguerent: alii contra ex promiscua habitatione utrosque confuderunt. Sic Persae appellantur Medi, Parthi Persae, Franci Galli, Angli Britanni, et vice versa.

x) l. 1. p. 22. y) Ibid.

9. Sed alteram Dionysii sententiam, *Tyrrhenos* Italiae indigenas fuisse, quoniam falsae, ut dixi, hypothesi innititur, sequi nullo modo possum. Totus enim Orbis solis Noachidarum coloniis frequentatus est, omnesque *αὐτόχθονες*, ubivis reperiantur, chimaerae sunt similes. Quales autem *Tyrrheni* fuerint, si Herodoto et tot veteribus, *Lydos* eos facientibus fides abroganda sit (nam supposititios Viterbensis Annii scriptores aut Inghiramii Prosperum, a simili ingenio profectum, non moramur) fateor libens me ignorare. 10. Nam qui Tyrios fecere, ut [a]) Nicolaus Fullerus eumque sequuti alii, validis argumentis a [a]) Bocharto erroris convicti sunt. 11. Sed quid quaeso obstat, quominus pro *Lydis* habendi sint? Diversitas, inquiunt, in lingua, religione et legibus et moribus iuxta Dionysium. Tum quod Xanthus Lydius antiquitatis patriae peritissimus in libris suis nusquam aut *Tyrrhenum Lydiae* principem vocat, aut deductae a *Lydis* in Italiam coloniae meminit. Sed non difficulter ad haec responderi potest, Xanthi silentium, quod a singulari aliqua caussa potuit esse profectum, haudquaquam valere contra manifestum Herodoti testimonium posse, Xantho non modo inferioris, sed qui Xanthum etiam teste [b]) Athenaeo legerit. Hic enim ex propria *Lydorum* confessione coloniae huius deductionem commemorat, quod praecipue de *Lydorum* historicis intelligendum est; [c]) ait enim: *Φασὶ δὲ αὐτοὶ Λυδοὶ καὶ τὰς παιγνίας τὰς νῦν σφίσι τε καὶ Ἕλλησι κατεστεώσας, ἑωϋτῶν ἐξεύρημα γενέσθαι. Ἅμα δὲ ταύτας τε ἐξευρεθῆναι παρὰ σφίσι λέγουσι καὶ Τυρσηνίην ἀποικῆσαι. Aiunt et ipsi Lydi se ludos invenisse, qui etiamnum apud Graecos cum illis communes sunt: simul autem haec invenisse et in Tyrseniam colonos deduxisse.* Deinde coloniae huius deductionem ex *Lydorum* relatione describit. 12. Tum quod in moribus dicit, legibus, religione et lingua diversitatem fuisse, suo scilicet tempore, haudquaquam mirandum est, cum sata etiam coelo terraque mutentur et primitivam naturam temporis tractu sic invertant, ut pro aliis accipiantur. Praeterea ipsi *Lydi* varias imperiorum mutationes, quae mores, leges, religionem et linguam semper mutant, post *Tyrrhenorum* deductio-

a) l. 1. Miscell. c. 11. a) Phal. p. 2. l. 1. c. 33. b) l. 12. p. 515. c) l. 1. c. 94.

nem subire coacti sunt sub Heraclidis, Mermnadis, Persis, Macedonibus, Romanis. 13. Nihilominus vel sic multa similitudinis mansere vestigia. Ut, quod [d]) *ludi* scenici a *Lydis* inventi et appellati quemadmodum Graeci a *Lydis* sic Romani ab *Etruscis* vel *Tyrrhenis* acceperint. Quod *Lydi* servi appellati in comoedia vetere. Quod *Lydius* et *Tyrrhenus* modi in canticis comoediarum apud Graecos et Romanos veteres celebres. Quod *Lydiae* et *Tyrrhenae* tibiae. Quod uterque nauticus populus et θαλασσοκράτορες fuerint. Hinc Eusebius ad annum post Troiae expugnationem quintum vel septimum pro diversa Editione notat: *Lydi mare obtinuerunt.* et [e]) Syncellus Troiae halosi statim subiicit: Λυδοὶ, οἱ καὶ Μαίονες, ἐθαλασσηκράτησαν ἔτη ϛβ'. *Ludi, qui et Maeones, mare obtinuerunt annos nonaginta duos.* Et circa idem tempus *Tyrrhenos* maris pariter potentes fuisse ex historia Ulyssis et Scyllae apud Palaephatum patet, quam ille non monstrum sed *Tyrrhenorum* triremem fuisse docet mercatoriis navigiis insidiari solitam, quam Ulysses vento secundo usus et copiose feliciter evasit. Unde Eusebius ex Palaephato ad annum post Troiae casum sextum vel decimum hanc historiam refert. Praeterea [f]) Diodoro *Tyrrheni* dicuntur, καὶ ναυτικαῖς, δυνάμεσιν ἰσχύσαντες καὶ πόλλους χρόνους θαλαττοκρατήσαντες. *navalibus viribus pollentes et diu maris imperio potiti.* Extispicinam praeterea vel haruspicinam, quae in Italia non alios auctores quam *Etruscos* habet, antiquissimis temporibus in Asia obtinuisse Sacri [g]) Scriptores testantur. Iam studia utrique populo paria virtutum et vitiorum passim apud scriptores occurrentia, quid aliud clamant, quam Herodotum et tot alios testes de *Tyrrhenorum* origine vera prodidisse?

14. Sed aqua praecipue haeret in tempore, quo *Lydi* a *Tyrrheno* in Italiam deducti, investigando: idque proficiscitur ex eo quod Herodotus neque numerum annorum, quibus Manis domus rerum potita est, exprimit, neque generationes post *Lydum*, qui a Mane tertius iuxta Herodotum, quartus iuxta alios apud [h]) Dionysium, usque ad Iordanem amplius numerat. Verisimile tamen advenisse eo circiter tempore, quo Si-

d) Livius l. 7. c. 2. e) p. 172. f) l. 5. p. 219. g) Ezechiel 20, 26. h) l. 1. p. 21.

culi ex Italia ab Aboriginibus et Pelasgis fugere compulsi sunt, tertia, ut diximus, ante Troiae expugnationem aetate. Non multo prius, quoniam altum *Tyrrhenorum* usque ad illud tempus in Italiae rebus silentium: nec multo post, quoniam Pelasgi secunda ante dictum terminum aetate coeperunt deficere, eoramque terrae a *Tyrrhenis* occupatae fuerunt. 15. Nec ignoro Strabonem [i]) Atyn *Tyrrheni* patrem facere Herculis ex Omphale filium: alios [k]) nepotem ex filio eius Telepho: nonnullos [l]) ipsum *Tyrrhenum* statuere Herculis ex Omphale filium: Lycophronem *Tyrrhenum* et Tarchontem dicere *τῶν ἡρακλείων ἐκγεγαώτας αἱμάτων*: sed temporis ratio apud attendentes facile refellit huiusmodi originem. *Tyrrhenos* enim ante Troiae casum in Italia fuisse in confesso est.

16. Terrae in quibus potens hic populus quondam habitaverit, ut nec dynastiae et reipublicae forma describi amplius accurate possunt.

*Tantum aevi longinqua valet mutare vetustas.*

Si Aristotelis liber de *Tyrrhenorum* politia et Claudii Caesaris superessent *Tyrrhenica*, plura sciremus. Illud constat, non semper eos Apennino, infero mari et dextra Tiberis ripa fuisse inclusos. 17. Nam Polybius [m]) campos circa Nolam et Capuam, Phlegraeos dictos, ab his quondam possessos auctor est. Unde Puteolos [n]) *Tyrrhenorum* civitatem Pausanias vocat: et [o]) Livius *inter duo maria latitudinem Italiae obtinuisse* testis est.

## CAPUT SEPTIMUM. 425

### DE EUANDRI TEMPORIBUS, LITERIS PELASGICIS, OPPIDIS PALATIO ET PALLANTIO.

1. Euander LX. *annis ante Troiae casum in Latium venit* Pallantio. 2. *natus matre Themide seu Carmenta, patre incerto,* 3. *quem Servius facit Echemum.* 4. *invita temporis ratione.* 5. *Herodotus obiter correctus.* 6. *alius Servii error notatus.* 7. *occasio deducendae coloniae.* 8. *Susceptus a*

i) l. 5. p. 219. k) apud Dionys. l. 1. p. 22. l) apud eumdem ibid. m) l. 2. p. 105. n) l. 4. et 8. o) l. 5. c. 54.

*Fauno tumulum ad Tiberim inhabitandum accepit, qui* Palantium *post* Palatium *et* Palatinus, *ab huius patria dictus.* 9. *Cluverii error super* Euandri *aetate* 10. *quem duobus argumentis tuetur* 11. *respondetur ad primum.* 12. *literae Phoeniciae quomodo factae Ionicae,* 13. *quae ab Atticis non diversae,* 14. *nec a Pelasgicis:* 15. *quibus Linus inter primos usus.* 16. *super hoc Pausaniae lapsus.* 17. *Lini et Cadmi aemulatio.* 18. *ἀντιστροφὴ primi argumenti Cluveriani.* 19. *respondetur ad secundum:* 20. *ἀντιστροφὴ eiusdem.* 21. Palatium *in Sabinis unde dictum.* 22. *camporum* Roseae *fertilitas.* 23. *Servius contra Cluverium defensus.* 24. *Indicia adventus* Euandri *plura* 25. *praecipuum literae ab eo adductae.* 26. *Hinc, quod superiora tempora in tenebris,* 27. *et Alphabetum Latinum destituatur literis a Palamede et Simonide, Graeco additis.*

1. Post Tyrrhenos, ut videtur, proxime, annis scilicet sexaginta ante Troiae casum cum parva *Arcadum* manu, quippe duabus navibus vecta, ab urbe *Pallantio Euander,* [a]) Dionysio teste, in Italiam venit. Quibus autem parentibus hic natus fuerit non satis iam olim constitit. Dionysius enim Mercurii et Nymphae cuiusdam Arcadicae, quam Graeci *Themin* Romani *Carmentam* dixerint, filium facit. [b]) Pausanias nympham hanc Ladonis vocat filiam. 3. Servius patrem *Euandri* vocat *Cohemum* in Danielis Editione, in Fabricii *Echinum*, in illa, quae ad Salmasianum exemplar dolata dicitur, *Socenium*: sed videtur scripsisse *Echemum*, quoniam *Timandram* Tyndarei filiam, quam [c]) Pausanias *Echemi* facit uxorem, ab eo ait ductam: *quidam aiunt Testii filios Ledam et Hypermestram fuisse, Ledae et Tyndarei filias Clytemnestram, Helenam, Timandram fuisse, quam duxit uxorem Echemus Arcas, cuius filius Euander.* Idque iam olim Reinerus Reineccius observavit, qui propterea in stemmate regum Arcadicorum *Euandrum Echemi* et *Timandrae* vel *Nicostratae* facit filium. 4. Sed temporis ratio non admittit hanc sive Servii sive Reineccii sententiam. Cum

a) l. 1. p. 24. b) l. 8. p. 525. c) l. 8. p. 461.

enim *Echemus* Aëropi filius, Cephei (5. apud [d]) Herodotum corrigendum *Κηφέος* pro *Φηγέος* ex Apollodoro et Pausania) nepos, Tegeatarum rex, singulari certamine Hyllum primae Heraclidarum in Peloponnesum irruptionis, quae [e]) viginti annis Troianum excidium antecessit, tempore interemerit, non potuit per naturam *Euander* qui quadraginta ante in Italiam cum colonis profectus fuerat, huius esse filius: multo minus *Timandrae*, quae in praemium huius victoriae ei obvenisse dicitur. 6. Alibi [f]) idem Grammaticus nepotem Pallantis regis Arcadiae, et patrem suum occidisse suadente matre Nicostrata, scribit, aeque incerto. Nullus enim Pallas in serie regum Arcadicorum apud Pausaniam conspicitur.

7. Coloniae deducendae occasionem praebuisse dicitur seditio exorta in Arcadiae urbe *Pallantio*, in qua altera factio postquam succubuisset, sponte patriam reliquit. Unde [g]) Livius: *Euander auctoritate magis, quam imperio regebat.* 8. Regnabat tum apud Aborigines Faunus, qui paucos hosce *Arcades* cum ad regionem eius adpulissent, comiter excepit, tumulumque illis inhabitandum dedit ad Tiberim, qui *Palantium* primo simul cum oppido, quod in illo condiderunt, post *Palatium* et *Palatinus*, ab oppido unde venerant, desumpto, ut videtur, vocabulo, dictus est. Certe haec etymologia reliquis praeponenda videtur, quas [h]) Varro enumerat lib. IV. de LL. Nam *Pallantium* antiquum fuit Arcadiae oppidum conditum a Pallante Lycaonis filio, [i]) Pausania et Stephano testibus. Pausanias ex pago in oppidi formam iterum restitutum ab Antonino Pio commemorat.

9. Ex quibus sequi videtur, neque adventum *Euandri* in Italiam neque adventus tempus vocari in dubium posse. Nihilominus [k]) Cluverius existimat *Euandrum* ducem fuisse istorum Pelasgorum, quos supra ex Thessalia in Italiam appulisse ostendimus, regnante in Lycoria Deucalione. Sed tota Chronologia huic sententiae reclamat. Sic enim *Euander* Herculis Graeci non fuisset aequalis. Verum et huius per Italiam transitum Cluverius fabulam pronuntiat. Vereor ne aeque

d) l. 9. c. 26. e) Schol. Thucyd. l. 1. p. 10. f) ad l. 8. v. 51. g) l. 1. c. 7. h) p. 16. et Servius ad 8. 51. i) l. 8. p. 458. k) l. 3. Ital. Ant. p. 808.

temere. 10. Sed audiamus rationes quibus ut sic contra omnes Historicos veteres sentiret inductus est. Primo, 426 inquit, quoniam *Euander* vel potius qui cum *Euandro* appulere in Italiam a quibusdam auctoribus Pelasgi appellati sunt. Deinde, et quidem praecipue, quoniam in agro Reatino vetustissimum extitit oppidum ab istis Pelasgis conditum, qui apud Cutiliam urbem et lacum ab Aboriginibus in agri partem recepti sunt, *Palantium* vel *Palatium* dictum, ut verisimile, in ducis sui *Euandri* honorem, qui *Pallantio* Arcadiae civitate oriundus erat.

11. Sed non difficilis est responsio ad prius argumentum. Nomen Pelasgorum natum primo et auditum in *Arcadia* est, sed cum gens haec militarem vitam amplexa in studii sui nominisque societatem multos pertraheret, transiit nomen hoc ad omnes peninsulae, in qua habitabant incolas, tum ad plurimos eorum colonos quaquaversum extra eam progressos. Quos inter praecipue illi celebrati sunt, qui Haemoniam tunc, Thessaliam postea, appellatam, occupavere, indeque post a Deucalione pulsi in diversa abiere. Ipsa enim peninsula Ephoro aliisque apud [l]) Strabonem testibus, priusquam Pelops cum suis Phrygibus eam invasisset, Pelasgia appellata est. Appulit autem in hanc Pelops iuxta [m]) Tatianum Acrisii ultimi Argivorum regis temporibus. Eusebius Pelopem Peloponnesiis regnasse scribit ad annum Acrisii vicesimum secundum vel tertium: inde ad Troiam captam numerat annos centum quadraginta. Constat igitur Pelopem octoginta circiter annis *Euandro* fuisse antiquiorem: ut haudquaquam mirum videri debeat, si *Arcades*, qui primitivi et genuini Pelasgi erant, *Euandri* temporibus pro Pelasgis adhuc habiti et Pelasgi a nonnullis appellati fuerint. Hinc [n]) Plinius et Solinus literas in Latium a Pelasgis scribunt importatas, quas uno ore [o]) Romani ab *Euandro* primum fatentur acceptas. Unde idem [p]) Plinius ex tabula Delphica antiqui aeris dono Principum in Bibliotheca Palatina Minervae dicata, in qua haec erat inscriptio:

*ΝΑΟΙΣΙΚΡΑΤΕΣ ΤΙΣΑΜΕΝΟ ΑΤΗΕΝΑΙΟΣ ΑΝΕΤΗΕΚΕΝ.*

l) l. 5. p. 221. m) Orat. contra Graecos p. 173. n) l. 7. c. 56. o) Livius l. 1. c. 7. Auct. Orig. Gent. R. alii. p) l. 7. c. 58.

recte colligit veteres literas Graecas pene easdem fuisse ac Latinas. Idque evidenter ostendit Iosephus Scaliger in Digressione ad Eusebium de literarum Ionicarum origine, eumque sequuti alii. 12. Literae enim Phoeniceae vel Cadmeae, postquam inversae fuerunt, Ionicae appellari coeptae sunt, quoniam Iones ita primum illis usi videntur. Certe [q]) Herodotus non obscure hoc alicubi tradit. In eo tantum non videtur litasse veritati Scaliger, quod Ionicas literas quantum ad formam ab Atticis diversas putaverit, abusus ad hoc Harpocrationis loco. Sed iam ab [r]) aliis monitum Harpocrationem non de formarum loqui diversitate, sed de octo literis super sedecim Cadmeas ab Ionibus statim, ab Atticis serius in usum receptis. Sic ut Graecorum veterrimae literae uniformes fuerint.

14. [s]) Diodorus ex Dionysio, ni fallor, Milesio, antiquissimo historico scribit Phoenicios characteres a Pelasgis dictos esse Pelasgicos, quod hi primum illos adhibuerint: *Φησὶ τοίνυν (Διονύσιος) παρ' Ἕλλησι πρῶτον εὑρετὴν γενέσθαι Λῖνον ῥυθμῶν καὶ μέλους· ἔτι δὲ Κάδμου κομίσαντος ἐκ Φοινίκης τὰ καλούμενα γράμματα, πρῶτον εἰς τὸν Ἑλληνικὴν μεταθεῖναι διάλεκτον· καὶ τὰς προσηγορίας ἑκάστῳ τάξαι, καὶ τοὺς χαρακτῆρας διατυπῶσαι. Κοινῇ μὲν οὖν τὰ γράμματα Φοινίκια κληθῆναι, διὰ τὸ παρὰ τοὺς Ἕλληνας ἐκ Φοινίκων μετενεχθῆναι. διὰ δὲ τῶν Πελασγῶν πρώτων χρησαμένων τοῖς μετατεθεῖσι χαρακτῆρσι Πελασγικὰ προσαγορευθῆναι. Hic igitur dicit Linum omnium inter Graecos primum rythmos et cantum invenisse: praeterea Cadmum ex Phoenice allatas literas primum ad Graecorum linguam transtulisse, dato singulis nomine et charactere. Hinc literas communi quidem vocabulo Phoenicias, quod e Phoenice in Graeciam translatae sint, denominatas: a Pelasgis vero Pelasgicas, quod illis primum translatarum usus innotuisset.* Ad quem locum quaeri potest, qualis fuerit literarum Pelasgicarum forma, an eadem cum primitivis Phoeniciis a Cadmo allatis, an eadem cum Ionicis, seu Phoeniciis inversis, an forma quaedam singularis? *Barbaras* quidem has et *Graecis ignorabiles* [t]) vir doctus, auctore [u]) Herodoto pronuntiat. Verum is non de lite-

q) l. 5. c. 58. r) Salmas. ad Herod. Ant. Ins. p. 31. et seq.
s) l. 3. p. 140. t) P. D. Huetius D. E. Prop. IV. c. 8. n. 20.
u) l. 1. c. 57.

ris sed Pelasgorum lingua hoc adfirmat: notum autem diversissimas linguas iisdem characteribus uti. Sed Diodorus non fuisse alias docet quam Ionicas, dum Linum ait τοῖς Πελασγικοῖς γράμμασι; *literis Pelasgicis*, res Bacchi primi conscripsisse. Neque enim verisimile aliis characteribus usum eum in primario opere de mundi generatione, cui initium fecit [x]) Diogene et Eusebio testibus.

*Ἦν ποτέ τοι χρόνος οὗτος, ἐν ᾧ ἅμα πάντ' ἐπιφύκει.*

*Tempus erat, qua cuncta simul sunt condita quondam.*

427 16. Quod Pausaniam ignorasse mireris, qui Linum aut nulla scripsisse carmina, aut si scripserit, ad posteritatem haud pervenisse [y]) existimat. 17. Ceterum ex eo quod Linus fuerit inter primos, qui scripserint apud Graecos, nonnulli crediderunt eum primum e Phoenice literas in Graeciam attulisse, ut ex [z]) Tacito et Suida patet. Immo nonnulli Linum a Cadmo interfectum communis artis invidia tradiderunt. [a]) Zenobius: *Κάδμεια νίκη ἄλλοι δέ τινες ὅτι τὰ ἐκ Φοινίκης γράμματα βουλόμενος διαδοθῆναι τοῖς Ἕλλεσι Κάδμος, ἀνεῖλε Λίνον, καὶ αὐτὸν ἴδια γράμματα ἐπιδεικνύμενον, ὃν ἀπεδίωξαν οἱ πολῖται. Sunt qui sic interpretentur: cum Cadmus e Phoenicia literas tradere Graecis vellet, Linum sustulit, ipsumque adeo literas suas exhibentem cives expulerunt.* Alii [b]) contra ab Apolline interfectum fabulati sunt. Ergo pro veritate constantissima a Graecis semper habitum literas a Cadmo e Phoenice in Graeciam importatas: cui nemo impune, aut qui non turpiter se dederit, unquam contradixit.

Nunc redeamus ad primum Cluverii argumentum. Existimat hic *Euandrum* advenisse in Italiam non eo tempore, quo in Historia hoc perscriptum legitur, sexaginta nimirum ante Troiam captam annis; sed multum ante, videlicet cum illis Pelasgis, qui a Deucalione ex Thessalia pulsi sunt, tribus integris seculis et dimidio circiter ante Troiae casum; quoniam *Euander* vel qui cum illo advenae Pelasgi alicubi dicuntur. 18. Sed erroneam esse hanc sententiam manifestissime patet, quod ex ea, ipso [c]) non diffitente, sequatur literas

x) in prooem. y) l. 9. p. 585. z) l. 11. c. 14. a) c. 4. Pr. 45. b) apud Pausan. l. 9. p. 584. c) l. 3. Ital. Ant. p. 346.

iam tum etiam ab *Euandro* in Latium illatas. Atqui Deucalionis temporibus ipsa Graecia adhuc erat ἀναλφάβητος: siquidem Cadmus cum literis suis Phoeniceis in eam demum appulit sub Amphictyone Deucalionis filio. Cadmeam enim anno Amphictyonis quarto a Cadmo conditam Marmor prodit Parium, cynosura mythici temporis. [d]) Eusebius Cadmum facit adhuc iuniorem: Thebis enim regnasse scribit ad annum Pandionis quartum, qui ab Amphictyonis quarto numeratur sexagesimus. Sed excipiet forte Cluverius non Cadmum sed Cecropem literarum apud Graecos auctorem fuisse. Verum haec sententia [e]) paucorum semper fuit, nec ullo certo fulcitur tibicine. Ex his igitur vel me tacente patet Cluverium temere a communi de *Euandri* adventus tempore recessisse sententia.

19. Alterum tamen ipsius argumentum, quod *praecipuum* et *validissimum* existimat, adhuc examinandum restat, ut si in eo plus roboris et virium quam priore insit, videamus. Arguit igitur *Euandrum* in Italiam venisse cum iis Pelasgis, qui apud Cutiliam urbem et lacum ab Aboriginibus sedes accepere, ex eo quod hic quoque vetustissimum exstitit oppidum *Palantium*. Sed haec collectio prorsus est ἀνακόλουθος. In agro Reatino oppidum fuit *Palatium* diu ante annum sexagesimum, quam Troia capta, quo *Euander* ab *Arcadiae* urbe *Pallantio* in Italiam venisse dicitur: ergo *Euander* ante illum in Italia debuit fuisse. Non sequitur: primo quoniam nusquam legitur *Palatium* illud in Sabinis aut a Pelasgis aut ab *Euandro* conditum; immo [f]) Varro clare auctores illius vocat Aborigines non Pelasgos. Varronem sequutus est [g]) Dionysius, qui viginti quinque stadiis a Reate dissitum fuisse scribit. Qui *Palatii* situs post tot seculorum decursum adhuc deprehenditur: a Reate enim duobus millibus et quingentis circiter passibus distans in colle locus adhuc hodie *Palazzo* [h]) dicitur. Si igitur haec urbs fuit Aboriginum, ipsis Romanis, qui hoc ignorare non potuerunt, testibus, quantae quaeso imprudentiae est, contra tam aperta coniecturis niti? 20. Accedit quod etiam huic argumento temporum ratio refragetur. Pe-

d) Ed. Pontac. e) Tac. l. 11. c. 14. f) l. 4. de LL. p. 16. g) l. 1. p. 11. h) teste Luca Holstenio Annot. in Cluv. p. 109.

Pasgi in Italiam venerunt ante diluvium Deucalioneum, uti ante probavimus: at *Pallantium* in Arcadia, quod Reatini agri oppido *Palatio* nomen dedisse Cluverius contendit, tum nondum erat conditum. Id enim clare apud Pausaniam perscriptum exstat lib. VIII. [i]) *Νύκτιμος μὲν γὰρ πρεσβύτατός τε ἦν καὶ εἶχε τὸ πᾶν κράτος. οἱ δὲ ἄλλοι παῖδες τοῦ Λυκάονος πόλεις ἐνταῦθα ἔκτιζον, ἔνθα ἑκάστῳ ἦν μάλιστα κατὰ γνώμην. Πάλλας μὲν καὶ Ὀρεσθεὺς καὶ Φίγαλος Παλλάντιον, Ὀρεσθεὺς δὲ Ὀρεσθάσιον, Φιγάλιον δὲ οἰκίζει Φίγαλος. Nyctimus Lycaonis filiorum vetustissimus paternum imperium accepit. Reliqui vero in diversis arbitrio quisque suo locis urbes condiderunt: Pallas, Orestheus et Phigalus Pallantium, Orestheus Orestharium, Phigalus Phigaliam.* Nam cum Pallas Oenotri frater fuerit, et ostenderimus Pelasgos ante Oenotrum in Italiam venisse, *Pallantium* in Arcadia traiectus Pelasgorum tempore nondum exstitisse consequitur. 21. Simul *Palatium* in Sabinis, quod nusquam *Palantium* vel *Pallantium*, ut supponit Cluverius, reperio scriptum, non ab urbe, quae nondum erat, fuisse denominatum, sed
428 aliam appellationis habuisse originem. Nec dubito, quin vel a *phala* nomen traxerit, vel a *balatu*. *Phala* enim sive *fala* Graecis et Latinis veteribus appellatum non modo caput, sed etiam montis iugum. Festus: *Falae dictae ab altitudine a falando, quod apud Hetruscos significat coelum.* *Palatium* autem in Sabinis in colle fuit conditum, uti ante diximus. Aut forte a *balatu* pecoris, nomen impositum est per *ἀντίφρασιν* quoniam 22. campi inter *Palatium* et Reate, qui [k]) *Roseae* et *Rosulani* olim, hodie adhuc *le Rose* dicuntur, tantae fuerunt fertilitatis, ut [l]) Varronis testimonio *perticae longitudinem altitudo superarit herborum.* Ubi 23. *pertica*, ut hoc obiter moneam, non est decempeda agrimensorum, ut putavit [m]) Cluverius eo nomine Servium taxans ut fabulosum, sed baculus sive scipio, quo ambulantes innitimur. Similiter idem Varro abutitur hoc vocabulo lib. III. de R. R. cap. 5. quando in ornithone iubet poni *perticas inclinatas et humo ad parietem, et in his transversas gradatim modicis intervallis perticas annexas ad speciem cancello-*

i) p. 468. k) Varr. l. 1. de R. R. et Festo. l) apud Servium l. 7. Aen. v. 712. m) l. 2. It. Ant. p. 680.

*rum scenicorum ac theatri*, ubi adsidere ~~aves~~ possint.

Maneat igitur firmum *Euandrum*, regnante apud Aborigines Fauno, sexaginta annis antequam Troia expugnata est, ab *Arcadiae* urbe *Pallantio* in Latium venisse cum novis colonis et in uno e septem montibus condidisse oppidum, cui patriae urbis vocabulum imposuit. Omnes enim aliae huius urbis etymologiae pro absurdis habendae sunt. Certe tot exstiterunt adhuc Dionysii aevo indubitata huius adventus in haec loca iudicia, ut hoc negare velle, sit omnibus rerum praeteritarum memoriis fidem abrogare. 25. Ut, quod [n]) *Carmentae*, quomodo a Romanis *Euandri* mater appellata, quotannis publice sub Capitolio in ara ei erecta apud portam *Carmentalem* sacrificabatur: quod ab hac *Carmenta* portae *Carmentali* sub Capitolio nomen: quod ipsi *Euandro* pariter quotannis in ara apud portam Trigeminam sacra fiebant: quod vetustissimum in monte Palatino fanum Panis, Lupercal Romanis dictum, cum ara ab ipsis *Arcadibus*, apud quos Pan propter vitam pastoritiam praecipuum numen erat, conditum, in quo Romani prisco ritu sacrificabant mense Februario: quod in montis vertice fanum Victoriae, in quo Romani alterius annis sacra faciebant iuxta vetus institutum: templum item Cereris, in quo per feminas sacerdotes sacra ritu Graeco peragebantur: denique ara Neptuno Hippio cum festo, cui Hippocratia apud *Arcades*, Consualia apud Romanos nomen. In quibus omnibus cum memoria *Euandri* conservaretur adhuc Dionysii temporibus, consequens Annales non fuisse mentitos, *Euandrum* eo, quod dixi, tempore advenisse prodiderunt: 26. praecipue cum is intulisset secum divinum illud munus, literas, conservatrices seculorum et sui adventus testes omni exceptione maiores. 27. Ex quo etiam apparet, quomodo factum, quod superiorum coloniarum historia tot fabulis corrupta, tot incertis narrationibus involuta fuerit, deficientibus videlicet in Italia adhuc literis, quarum ope praeteritorum memoria ad posteros transmitti fideliter posset. 27. Pariter ex hoc patet cur Latinorum Alphabetum destituatur ferme illis elementis, quae postea a Palamede et Simonide Graecorum Alphabeto sint addita.

n) Dionys. l. 1. p. 25.

Quae omnia, si ea, qua par est, diligentia excussissent viri aliquot literati, non adeo temere omnia, quae de *Euandro* feruntur fabulosa pronuntiassent, abrepti seculi indole et audacia, res valde antiquas pro confictis infamantis.

429 CAPUT OCTAVUM.

DE PELOPONNESIIS SUB HERCULE, CUIUS TRANSITUS ADTRUITUR, MESSAPIIS, IAPYGIBUS, SALENTINIS.

1. *Septem post Euandri adventum annis* Hercules *per Italiam transiit relictis ibi* Pheneatis, Elidensibus *et* Troianorum *nonnullis, qui* Capitolinum *montem insederunt.* 2. *Hunc transitum Cluverius temere ut fabulosum reiicit,* 3. *cum eius tot per plura secula duraverint vestigia, quae recensentur,* 4. *et Aristoteles testimonio firmantur.* 5. Hyria *in* Messapia *a* Cretensibus *condita, qui Minois ulturi necem Camicum obsederant iuxta Herodotum:* 6. *cum quo conciliatur Strabo,* Messapios *e* Boeotia *arcessens,* 7. *per Virgilium.* 8. *de alia Strabonis difficultate, sententia.* 9. *Saepius* Cretenses *Italiae angulum coloniis frequentarunt.* 10. *Inde* Brundusini *a Strabone,* 11. Iapyges *ab Athenaeo,* 12. Salentini *a Varrone.* 13. Bottiaei *a Plutarcho* (*qui tamen inde rursus in* Thraciam *profecti*) 14. Hydruntini *a Stephano,* 15. Tarentini *a Strabone* (*antequam a Partheniis expugnati*) Cretenses *dicuntur.*

1. Paucis post Euandri adventum annis aliam sub *Hercule,* ex Hispania reduce, adventasse manum, quae missione ab eo impetrata Capitolinum montem insederit [a]) Pontificales libri prodiderunt. [b]) Dionysius intervallum hoc non amplius quam septem fuisse annorum subindicat, quando Aeneam quinque et quinquaginta circiter annis post *Herculis* digressum ipsorum Romanorum testimonio Laurentum appulisse scribit. Haec autem manus praecipue ex *Pheneatis* et *Epeis Elidensibus* constitit, admistis etiam Troianorum nonnullis,

a) apud Auct. Orig. G. R. b) l. 1. p. 35.

quos *Hercules* capto Ilio secum in commilitium abduxerat. 2. Et quamquam narratio transitus *Herculis*, ut reliqua huius herois acta, multis fabulis involuta est, quoniam in illius claritatem referri solitum, quidquid ubique magnificum videretur, nihilominus transitum ipsum haudquaquam pro fabuloso habendum, ut facit [c]) Cluverius, praeter certissimum ipsorum Romanorum testimonium multa evincunt. 3. Ara [d]) Saturni ab *Hercule* erecta in colle Capitolino, in quo quotannis idibus Maiis ex *Herculis* instituto sacrificabatur: spelunca Caci et prope ara Iovi Inventori ab *Hercule* posita apud portam Trigeminam, in qua ritu Graecanico ex eiusdem *Herculis* instituto adhuc sacra fiebant Dionysii temporibus: ara *Herculis* ab Euandro erecta Carmentae matris monitu, quae mutata deinceps ex extemporali in perpetuam et a Romanis Ara Maxima appellata prope forum Boarium, in qua decimae *Herculi* offerebantur, iuramenta et pacta peragebantur adhuc Dionysii temporibus: institutio sacerdotii in duabus familiis Potitiorum et Pinariorum ab *Hercule* facta ad sacra huius Arae peragenda: portus *Herculeus* inter Pompeios et Neapolim, ubi *Herculis* classis stativa habuisse dicebatur. 4. Quorum omnium et [e]) aliorum monumentorum *Herculis* per Italiam transitum ostendentium fama tanta fuit, ut ipsi Graeci veteres illam testati sint. Hinc Aristoteles de Mirab. Auscult. *Λέγουσι δὲ πολλαχοῦ τῆς Ἰταλίας Ἡρακλέους εἶναι πολλὰ μνημόσυνα, ἐν ταῖς ὁδοῖς ἃς ἐκεῖνος ἐπορεύθη. Ferunt et passim etiamnum in Italia Herculis monumenta existare iuxta vias quas ille transivit.* Quae omnia ex imaginario nata fuisse principio haudquaquam dicet, qui primum opera, post sermones de operibus exsistere observaverit.

5. Extremae Italiae peninsula inter nobiles quondam urbes Tarentum atque Brundusium, *Messapia* quondam dicta etiam paullo ante Troiana tempora colonos simul cum hoc nomine accepit. Hos diceres Strabonem ex Boeotia deducere, quando [f]) lib. IX. ait: *Ἐν δὲ τῇ Ἀνθηδονίᾳ Μεσσάπιον ὄρος ἐστὶν ἀπὸ Μεσσάπου, ὃς εἰς τὴν Ἰαπυγίαν ἐλθὼν Μεσσαπίαν τὴν χώραν ἐκάλεσεν. In Anthedonia regione est etiam Messapius mons a Messapo dictus, qui cum in Iapygiam venisset, nomen*

c) l. 4. It. Ant. p. 1331. d) Dionys. l. 1. p. 30. e) apud Varron. l. 4. de LL. p. 14. f) p. 405.

*regioni Messapiae dedit.* Straboni reclamare [g]) Pausanias videtur barbaram gentem pronuntians non Graecam. Sed pater [h]) historiae rem expedit docens *Cretenses* fuisse, qui Minois ulturi necem cum in Sicilia per quinquennium frustra obsessa Camico fame compulsi abiissent, circa *Iapygiam* laceratis tempestate navibus in terram eiecti fuerint, et cum reditus in patriam non ostenderetur ibi consederint aedificata urbe *Hyria.* Et eadem refert [i]) Conon, omissa tamen *Hyriae* conditae mentione. Minos autem in Sicilia periit iuxta Eusebium anno Menesthei quinto, cuius tertio et vicesimo Troia capta est. Unde patet hos Cretenses annis circiter duodecim ante dictam Epocham lares in *Iapygia* fixisse. 6. Strabo autem conciliari cum Herodoto potest, si *Cretenses* hos a *Messapo* Boeoto ductos dicamus. 7. Ex quibus apparet convenienter temporis ra-
430 tioni *Messapum* Turni socium adversus Aeneam a [k]) Virgilio inductum. 8. Sed turbat iterum [l]) Strabo classis huius ducem non *Messapum* sed Iapygem faciens Daedali ex Cretica muliere filium: idque Eustathius ad [m]) Dionysium sequitur. Sed cum *Iapygia* iam ante *Cretensium* adventum nomen hoc obtinuisse videatur et post eum *Iapyges Messapii* dicti fuerint, videtur potius [n]) Nicander audiendus, qui *Iapygem*, Daunium atque Peucetium, Lycaonis filios, Oenotrorum fact ductores.

9. Sed saepius in hunc ipsum Italiae angulum colonos ex *Creta* venisse veteres produnt. [o]) Strabo *Brundusium* coloniam deductam scribit ab illis *Cretensibus*, qui cum Theseo ex urbe *Gnosso* advenerant: ac deinde etiam ab his qui cum Iapyge. [p]) Athenaeus *Iapyges* conditos ait ab illis *Cretensibus*, qui ad Glaucum inquirendum a Minoë missi fuerant. [q]) Varro Idomeneum Cretensem *Salentinorum* conditorem prodit his verbis: *Gentis Salentinae nomen tribus e locis fertur coalsisse e Creta, Illyrico, Italia. Idomeneus e Creta, oppido Lycto, pulsus per seditionem bello Magnensium, cum gresdi manu ad regem Clinicum venit in Illyricum: ab eo item accepta manu cum Locrensibus plerisque profugis*

g) l. 10. p. 627. h) Herod. l. 7. c. 170. i) apud Phot. Nar. 25. k) l. 7. Aen. v. 691. l) l. 6. p. 279. m) v. 379. n) apud Ant. Liber. c. 31. o) l. 6. p. 282. p) l. 12. p. 522. q) apud Val. Probum ad Ecl. 6. Virg.

*in mari coniunctis amicitiaque per similem caussam sociatis, Locros appulit, vacuata eo metu urbe, ibique possedit aliquot oppida et condidit: in quis Uria* (Hyria) *et Castrum Minervae nobilissimum. In tres partes divisa cópia, in populos duodecim. Salentini dicti, quod in salo amicitiam fecerint.* 13. Rursus [r]) Plutarchus vetere voto hominum primitias a *Cretensibus* Delphos missas, qui cum ibi vitam quaerere non valerent, in Italiam transgressi sedes in *Iapygia* posuerint, inde Thraciam petierint; ubi *Bottiaeos* dictos ex Aristotele refert, non expresso profectionis tempore, *Bottiaeorum* origines accurate describit adductus paullo ante Conon. 14. Similiter *Hydruntum Cretensium* coloniam facit [s]) Stephanus: 15. et *Tarentum* antequam a Parthenii occuparetur a *Cretensibus* habitatum [t]) Strabo refert. Ex quibus satis perspicitur *Messapiam* non una sed pluribus coloniis diversis temporibus Troiae casum antecedentibus e Creta frequentatam.

## CAPUT NONUM.

### DE TROIAE EXPUGNATIONE.

1. Troiae *excidium a nonnullis in dubium vocatur,* 2. *quoniam eius auctor Homerus* 300 *circiter annis eo posterior* 3. *et poëtarum virtus fingere,* 4. *perperam, quare:* 5. *tum quia multi ante eum id conscripserunt, qui recensentur.* 6. *et scopus argumenti prodit veritatem,* 7. *qui.* 8. *Tabellaria Graecarum urbium diu post Homerum* Troiae *excidium testata,* 9. *patet ex Sarpedonis epistola e* Troia *scripta, a Muciano visa, Plinio teste.* 10. *aliisque similibus monumentis.* 11. *Hinc de* Troiae *halosi historicorum consensus in mense et die,* 12. *Plutarcho teste,* 13. *quem Dionysius sequitur,* 14. *uti ex Scholiaste Euripidis colligitur.* 15. *Annus expugnationis iuxta Eratsothenem* 408 *ante primam Olympiadem, quem Dionysius sequitur.* 16. *Dio Prusiensis* Troiam *negat captam,* 17. *sed more Rhetorum, non serio.* 18. *quoniam historicum Homeri per poeticum tollit.* 19. *testimonio utitur*

r) Theseo p. 6. et 7. Q. R. p. 298. s) v. *Βλεννος.* t) l. 6. p. 279.

*unius anonymi sacerdotis.* 20. *saxeis molibus nixi,* 21. *quae nusquam.* 22. (*aliter Manethos*) 23. *Sacerdotes Aegyptios in historia mendacissimos,* 24. *probatur exemplis.* 25. *tum quia nimis aperte falsis utitur hypothesibus.* 26. *Quae Homeri aetas.* 27. *denique quia eius verba manifeste hoc clamant.* 28. *Memoria excidii* Troiani *etiam custodita per conversiones civiles id subsequutas apud Graecos,* 29. *quae recensentur.* 30. *et Troianos, quae pariter.* 31. *de his obiectio soluta.* 32. *vetus* Troia *triginta stadiis a nova remota.* 33. *cur veteris ruinae Strabonis aetate non amplius apparuerint.*

Caussa quae Aeneam profugum fecit patria, testimonio omnium Romanorum et si unum forte aut alterum exceperis, Graecorum pariter, *Troiae* fuit halosis. Unde haud incongrue videmur facturi, si antequam de Aeneae et Troianorum in Italiam adventu agamus, prius utrum *Troia* revera obsessa et capta a Graecis fuerit, an potius nobile Iliados Homericae argumentum fabulis et poëtarum metamorphosisin, in quibus nihil ferme veri cernitur accenseri mereatur, disquiramus. 2. Cum enim Homerus sit antiquissimus ex omnibus iis, qui bellum *Troianum* memoriae prodidere, quos quidem temporis iniuria reliquos fecit; hic vero trecentis circiter annis post *Troiae* casum vixerit, dubitatio nonnullis orta est, an non totum hoc argumentum Homerus, tamquam telam aranea, de ingenio suo finxerit. 3. Poëtarum enim non minus quam pictorum proprium fingere.

4. *Sed non ut placidis coëant immitia, non ut*
*Serpentes avibus geminentur, tigribus agni.*

431 Non ut exornetur argumentum, cuius nullum unquam vestigium sol adspexit, et quod aures quamvis patientissimae audire detrectant. *Totum* enim *quod referas fingere,* ut alicubi [a]) Lactantius, *id est inepta esse et mendacem potius quam poëtam.* Sed neque huius culpae affinem Homerum perquam multis ostendi argumentis potest.

5. Primo quod bellum *Troianum* ante Homerum literis mandaverit [b]) Syagrus, [c]) Dares Phrygius, [d])

a) l. 1. Inst. c. 11. b) Aelian. l. 14. V. H. c 21. Eustath. prooem. ante Iliad. c) Aelian. l. 11. V. H. c. 2. d) Aelian. ib.

Oraebantius Troezenius, [e]) Antipater Acantius, [f]) Demodocus, [g]) Helena Musaei et [h]) Daphne sive [i]) Manto Tiresiae, filiae. Praeter hos Sisyphus Cous, Teucri scriba, Corinnus Iliensis, Palamedis discipulus, immo ipse Palamedes, Dictys Cretensis Idomenei comes, aliique sive veri seu faciendae fidei nominibus istis adsumptis. Nam Phantasiam Memphitida, Nicarchi filiam, studiose praetereo, quoniam procul dubio a [k]) Ptolemaeo Chenno, fabuloso scriptore, et mendacibus Aegyptiis conficta est, ut haberent, quam opponere Homeri apud Graecos antiquitati possent.

6. Denique ipse scopus, in quem describendo hoc bello collineavit poëta, sponte argumenti veritatem prodit. 7. Nam cum illud conscripserit eum in finem praecipue, ut benevolentiam captaret Principum passim in Graeciae urbibus suo tempore imperantium, quorum maiores strenuam in bello *Troiano* operam ediderant, vel caeco paret argumenti veritatem inde consequi. Quis enim sani sincipitis palpo percutere auderet tam agresti Principem aut Regem adhuc viventem, ut parentes illius res gessisse tali loco et tempore maximas caneret, cum tamen illi fuissent nunquam, aut isto loco et tempore huiusmodi nihil gestum esse constaret.

8. Accedit, quod ipsi Graeci, etsi ante Homerum nemo bellum hoc in literas misisset, illius historiam tam brevi tempore obliterare non potuerint: tum quoniam gestum a communi Graecia, tum quoniam maximas mutationes per varias gentes introduxit. Cum enim *neque arma sine stipendiis neque stipendia sine tributis haberi queant,* ut Cerealis apud Tacitum loquitur, quis non videt collationis extraordinariae in mille ducentarum navium classem magnumque exercitum in tanta pecuniae paupertate, quanta tunc adhuc Graeci laborabant, memoriam per plura secula in Graecarum urbium tabellariis conservatam. 9. Quod cum per se tam clarum, ut nulla probatione indigeat, confirmatur tamen ex eo, quod multis post Homerum seculis adhuc similia monumenta extiterint, teste doctissimo Syriae praeside Muciano apud Plinium lib. XIII. cap. 13. *Mucianus ter Consul prodidit nuper se legisse, cum praesideret Lyciae,*

e) apud Phot. p. 474. f) apud eumd. p. 490. g) apud eumd. p. 482. h) apud eumd. p. 486. i) Pausan. l. 3. p. 208. k) apud Phot.

*Sarpedonis e Troia scriptam in quodam templo epistolae chartam.* 10. Ut de Achillis hasta, Memnonis gladio, Paridis lyra, Ephorbi scuto, et sexcentis talibus taceam.

11. Atque hinc factum ut nemo Historicorum inter Graecos de *Troiae* excidio unquam dubitaverit, immo ut in mense et die, quibus expugnatio facta, plerique consenserint, 12. notante Plutarcho [l]) in Camillo: *Ἐνήνοχε δὲ καὶ ὁ Θαργηλιὼν μὴν τοῖς βαρβάροις ἐπιδήλως ἀτυχίας. Καὶ γὰρ Ἀλέξανδρος ἐπὶ Γρανικῷ τοὺς βασιλέως στρατηγοὺς Θαργηλιῶνος ἐνίκησε. Καὶ Καρχηδόνιοι περὶ Σικελίαν ὑπὸ Τιμολέοντος ἡττῶντο τῇ ἑβδόμῃ φθίνοντος, περὶ ἣν δοκεῖ καὶ τὸ Ἴλιον ἁλῶναι Θαργηλιῶνος, ὡς Ἔφορος καὶ Καλλισθένης καὶ Δαμάστης καὶ φύλαρχος ἱστορήκασιν. Mensis quoque Thargelion fuit manifeste barbaris infaustus. Alexander regis praefectos hoc mense superavit ad Granicum. Eiusdem mensis die quarto et vicesimo Carthaginienses in Sicilia caesi sunt a Timoleonte: circa quem diem eiusdem mensis et Troia capta putatur, ut Ephorus, Callisthenes, Damastes et Phylarchus prodiderunt.* 13. A quibus [m]) Dionysius, qui antiquissimos quosque diligenter excussit, non abit, quando, *Ἴλιον μὲν γὰρ*, inquit, *ἥλω τελευτῶντος ἤδη τοῦ ἔαρος ἑπτακαίδεκα πρότερον ἡμέραις τῆς θερινῆς τροπῆς, ὀγδόῃ φθίνοντος μηνὸς Θαργηλιῶνος, ὡς Ἀθηναῖοι τοὺς χρόνους ἄγουσι. Ilium enim captum est vergente jam vere, septemdecim diebus ante solstitium aestivum tertio et vicesimo Thargelionis die.* Nam *περὶ τὴν ἑβδόμην φθίνοντος Θαργηλιῶνος* nihil aliud, quam in fine *ὀγδόης φθίνοντος μηνὸς Θαργηλιῶνος* captam esse. 14. Certe Callisthenes, qui a Plutarcho adducitur, *ὀγδόῃ φθίνοντος Θαργηλιῶνος Troiae* halosin adscripsit, teste Scholiaste vetere in Euripidis Hecuba: *Καλλισθένης ἐν δευτέρῳ τῶν Ἑλληνικῶν οὕτω γράφει· Ἕαλω δ' ἡ Τροία Θαργηλιῶνος μηνὸς, ὡς μέν τινες ἱστορικῶν ὀγδόῃ ἱσταμένου· ὡς δὲ ὁ τὴν μικρὰν Ἰλιάδα, ὀγδόῃ φθίνοντος. Διορίζει γὰρ αὐτὸς τὴν ἅλωσιν φθίνοντι συμβῆναι τότε τὴν κατάληψιν, ἡνίκα*

*Νὺξ μὲν ἦν μέσατα, λαμπρὰ δ' ἐπέτελλε σελάνα.*

432 *μεσονύκτιος δὲ μόνον τῇ ὀγδόῃ φθίνοντος ἀνατέλλει. Callisthenes libro secundo historiae Graecae sic scribit: Tro-*

l) p. 138. m) l. 1. p. 51.

*ia capta est secundum nonnullos historicos octavo mensis Thargelionis: secundum vero Parvae Iliados auctorem tertio et vicesimo. Definit enim is halosin dicendo contigisse tunc invasionem quando*

*Nox erat media, splendida vero oriebatur luna.*

*Luna enim media nocte exoritur duntaxat tertio et vicesimo.* 15. Notat praeterea idem Dionysius superfuisse illo anno, quo iuxta Eratosthenis Canones *Troia* capta fuit, post solstitium dies viginti, ita ut ab eo die, quo *Troia* capta, ad anni finem dies essent septem et triginta. Intercessere autem iuxta eumdem Eratosthenem inter *Troiam* captam et primam Olympiadem anni quadringenti septem. Unde [n]) Dionysius Petavius colligit *Troiam* captam die duodecimo Iunii, feria quinta, anno Periodi Iulianae 3530.

16. Quis igitur adeo contradicendi studio teneatur, ut contra tam aperta niti adhuc coniecturis velit? At Dio Prusiensis, licet bellum *Troianum* admittat, *Ilium* tamen expugnatum negat Oratione, *ὑπὲρ τοῦ Ἰλίου μὴ ἁλῶναι.* 17. Verum quis non videt virum eloquentissimum in hoc paradoxo virium suarum facere voluisse periculum. Sic Isocrates laudavit Busirim, Graecorum fabulis valde infamem: Phavorinus philosophus quartanam depraedicavit febrim: alii alias caussas tractarunt admirabiles. Quorum exemplum aemulatus Dio Homero falsi dicam apud Ilienses intendit. 18. Sed *quibus indicibus, quo teste probavit? Nil horum.* Nihil enim aliud tota illa oratione facit, quam ut quod in Homero historicum, per eiusdem poëticum tollat. 19. Hoc autem quo minore cum invidia et tamen aliqua veri specie faciat, sub persona alterius agere incipit. Fingit ergo Aegyptium quemdam sacerdotem sibi narrasse, belli *Troiani* caussam non fuisse Helenae raptum, quippe quae legitimo matrimonio Alexandro Priami filio iuncta fuerit, sed principum ab Atridis in Alexandrum concitatorum invidiam: nec *Troiam* expugnatam umquam a Graecis, sed hos viribus exhaustos facto certis conditionibus cum Troianis foedere reliquisse *Troiam* incolumem: id narrasse apud Aegyptios Menelaum, 20. omniaque sic saxeis molibus proscripta. Verum quam haec ipso vento sunt leviora? Primo non nominatur sacerdos, 21. deinde non exprimitur locus, in quo moles hae

n) l. 1. de D. T. c. 22. et l. 9. c. 29.

admirandae exstent. Quae omnia utique facienda erant, si tamquam in iudicio caussa haec oraretur. 22. Quanto callidior aut magis veterator Manethos, qui ut quinque annorum millia et trecentos, quot a Mene ad Psammetichum effluxisse affirmaverat, probaret, adiecit numerum hunc a se depromptum e columnis in terra Seriadica a primo Mercurio exstructis, quorum scripturam post diluvium interpretatus Agathodaemon fuerit. 23. Sed age, dixerit hoc Dioni sacerdos. Quis nescit sacerdotes Aegyptios in Historia fuisse mendacissimos. 24. Sacerdos Aegyptius fuit, qui Alexandro Magno narravit, [o]) Cypriano et [p]) Augustino testibus, in sacris literis et annalibus Aegyptiorum tempora omnium regnorum subtiliter adnotata contineri: in his autem traditum esse regnum Assyriorum quinque annorum millia excessisse: Persarum autem et Macedonum imperium plusquam octo annorum millibus definiri. Quae falsa esse constat omnium reliquarum gentium consensu. Imperium enim Assyriorum qui quam longissime produxerunt quadringentos supra mille annos non excesserunt. A Medorum autem primordio ad Alexandri finem anni circiter quingenti numerantur. 25. Hanc igitur Aegyptiorum mendacitatem cum non ignoraret Dio ut sacerdotis sui testimonia aliquem colorem obduceret, duo porro supponit; alterum quod Homerus primus fuerit, qui bellum Troianum literis consignavit, alterum, quod tam longo tempore postquam gestum esset, id fecerit, ut fama illius apud homines propemodum esset deleta. Verum ambo haec veritati contraria sunt: plures enim ante Homerum idem argumentum tractasse iam ante ostendimus. Et si nemo hoc fecisset ante Homerum, quod tamen est aliter, an propterea deleta ipsius tempore memoria belli fuisset tot duratura per multa secula et in Asia et in Europa vestigia relinquentis? Sed cur non definis, Chrysostome, Homeri aetatem, sic enim de temporis vi in delenda rerum memoria melius iudicaremus: aut an studiose praetermisisti eam, ne deprehensus non posses evadere? Fateor sententias doctorum super poëtae aetate iam olim fuisse valde diversas, uti videre est apud [r]) Tatianum et [s]) Clementem, aliis eam minus aliis magis a Troiano bello removentibus. Qui

o) l. de Idol. p) l. 12. de C. D. c. 10. q) Diod. l. 2. p. 77.
r) Orat. contra Graec. p. 166. s) l. 1. Strom. p. 326.

vero quam longissime removerunt, et quorum sententia tolerabilis, trecentesimum annum vix egressi sunt: qualis auctor Marmoris Parii, qui sub Diogeneto septimo Archonte *διὰ βίου* floruisse prodit. Coepit autem regnare Diogenetus iuxta Eratosthenis Canones anno super ducentesimum nonagesimo post Troiae casum. In qua sententia fuere etiam Apollodorus et Ephorus apud 433
Graecos, Cornelius Nepos apud Latinos. Iam an spatio trecentorum annorum perire tantae rei memoria potuit?

27. Sed ne accusemus Dionem: certo enim certius ludere eum: idque ipse non obscure indicat, dum identidem repetit se non exspectare ut Iliensibus, apud quos dicebat, thema suum persuadeat. Immo in peroratione compositae prolepsi, quod homines male eum de Graecis meritum adserto paradoxo dicturi essent, respondit: *εἰ ᾔδειν, ὅτι πείσω ταῦτα λέγων, ἴσως ἂν ἐβουλευσάμην εἰπεῖν. Si scivissem me haec orando persuasurum, forte dubitassem dicere.* Quasi diceret, non ideo hoc argumentum tractavi, ut vobis id persuaderem, quos probe novi non esse veteres *Ilienses*, etsi [t]) Hellanicus hoc in gratiam vestram finxerit, et vos ipsi pro talibus vos venditetis, sed tantum ut vires meas vobis probarem. Immo cum omnis huius caussae species ab unica Homeri insectatione pendeat, ut ostenderet eam ludicram esse non seriam, ipsum deinde Homerum excusat, tamquam qui imperatorio consilio veritatem ita absconderit, ne Graeci bellum deinceps cum Asiaticis habituri terrore corriperentur. Bona verba quaeso. Verum haec largius forte sum exsequutus quam aliquibus necessum videbitur. Idque non fecissem, nisi invenirentur viri satis docti, qui partim Dionis Prusiensis partim [u]) Metrodori Lampsaceni, totum *Troianum* bellum ad allegoriam referentis, auctoritate seducti *Troiam* numquam captam temere nimis scripsissent. Ut igitur eo redeam, unde paullo ante discessi, non potuit tanti belli memoria spatio trecentorum annorum deleri in Graecia, minimum non apud Athenienses, qui, etsi in Melantho turbas et mox morte Codri in regiminis forma aliqualem interea passi sint mutationem, ab externa tamen dominatione colonisque sedes quaerentibus intacti fuere. Unde tabulas veteres tributorum decennalis belli memoriam con-

t) apud Strab. l. 13. p. 602. u) apud Tatian. p. 160.

tinentes apud illos Homeri aetate adhuc durasse plus quam verisimile est. 28. Sed neque ex hoc solo *Troiani* excidii memoria conservari per trecentos annos facillime potuit: verum adhuc magis custodiverunt eam conversiones rerumpublicarum, migrationes populorum, exstructiones urbium aliique eventus illustres ex hoc excidio nati vel idem subsequuti. Qualia homines per manus sibi invicem tradere quam diutissime solent. Nam cum Graeci belli *Troiani* temporibus nondum abundarent pecunia, quippe in plures status civiles male hactenus pacatos divisi, et Agamemnonis, qui omnium potentissimus erat, ad commilitium trahentis ceteros, metu potius, quam sponte, contra *Troiam* profecti essent, accidit mox cum obsidio *Troiae* in decimum annum extraheretur, ut Graeci, licet victores, ingentibus cum malis conflictarentur domum reversi. 27. Primum enim Agamemnon, Graeciae eo bello imperator, postquam [x]) *Mycenas*, *Tegeam*, *Pergamum*, [y]) *Lampen* in Creta aedificasset, tandem domi

*Coniugis infandae prima inter limina dextra*
*Oppetiit.*

Frater Menelaus octo per annos pelago iactatus et alto pyraticamque exercens [z]) *Canopum* in Aegypto condidit. Portus item [a]) *Menelaus* apud Ardaniam supra Paraetonium, et [b]) urbs ultra Momemphin ab eodem nomen invenerunt. Filius Orestes, quod matrem Clytaemnestram cum adultero Aegystho interfecisset tertio post *Ilii* eversionem anno caussam patricidii in Areopago dixit, et Minervae, ut fertur, calculo absolutus est. Eodem fere tempore Teucer propter non vindicatae fratris Aiacis iniurias a patre Telamone Salamine insula prohibitus, postquam aliquantisper in Atticae loco, qui exinde Τρώων δῆμος [c]) appellatus est, postea Σαλαμίνη, vel Σελαμινέων, in Cyprum abiit, et clarissimae illi urbis a patria denominatae fundamenta posuit. In eadem insula [d]) *Paphus* eodem tempore sed in alio latere ab Arcadum rege Agapenore condita. Mopsus et Archilochus Argivi e *Troia* pariter redeuntes communibus viribus [e]) *Mallum* in Cilicia condiderunt. A Mopso solo *Mopsuestia* et *Mopsucrenae* denominatae sunt. Pyr-

x) Vell. l. 1. c. 1. y) Stephanus. z) Scyl. p. 149. Tac. l. 2. c. 60. a) Strabo l. 1. p. 40. b) Id. l. 17. p. 808. c) Strabo l. 13. d. 604. d) Pausan. l. 8. p. 461. e) Strabo l. 14. p. 675.

hus Neoptolemus Achillis filius omissa [f]) Phthia Thessalica, unde pater Myrmidonas, Achaeos scilicet et Hellenas, duxerat, ad *Ephyram* Epiri urbem consedit, regnique Epirotici fundamenta posuit. Ipsius etiam Achillis memoria in Tauricae Chersonesi peninsula *Achilleo* [g]) *Dromo* oppidoque vel pago *Achilleo* apud Sigeum conservata est. Amphilochus *Argos Amphilochium* reliquamque *Amphilochiam* patria non repetita condidisse fertur. *Pamphylios* ab illis, qui cum Amphilocho et Calchante e *Troia* disiecti sunt, originem ducere [h]) Herodotus scribit. *Magnesiam ad Maeandrum* in Caria a Magnetibus conditam, qui ad Peneum fluvium montemque Pelium habitaverunt, a *Troiae* expugnatione redeuntibus, Protavi auspiciis, apud Photium Conon narrat. 484
Nec Graecia tantum aut Asia contenti fuere hi victores, sed in Italiam etiam evagati sunt. Certe Diomedem in Italiam appulsum ibidemque rerum potitum argumento sunt loca, nomen eius multis post seculis retinentia: *insulae Diomedeae*, littori Appulo ante Gargarum promontorium obiacentes et in earum una Diomedis [i]) monumentum: *Diomedis campi* in Appulia apud Canusium: *Diomedis templum* et *nemus* apud Timavum: ut taceam civitates ab eo conditas [k]) *Salapiam*, [l]) *Adriam*, *Maleventum*, *Aequum Tuticum*, *Luceriam*, *Canusium* et *Argos* illud *Hippium*, *Argyripa* postea, *Arpi* deinceps, a patria eius denominatum; Ἄργος enim Homerus ἱπποβότειον cognominat: transeam etiam vetusta Diomedis donaria, quae in Dauniae templis Strabonis adhuc temporibus durabant, indubitata Diomedeae in ista loca dominationis testimonia. Fuerunt autem plures in Magna Graecia urbes, quae se conditas a Graecis, qui *Troiae* excidio interfuerant, ferebant: *Sybaritae* ab [m]) Aiace Oilei, [n]) *Crimisa* et [f]) *Thurii* a Philoctete, cuius templum et sepulcrum [p]) *Macallis* quindecim millibus passuum a Crotone ostendebatur: *Metapontini* ab Epeo (cuius ferramenta, quibus equum Durium exstruxerat in Minervae templo iuxta *Metapontum* reposita [q]) Aristoteles et [r]) Iustinus scribunt) vel

f) Strabo l. 9. p. 432. Pausan. l. 1. p. 19. g) Stephanus. h) l. 7. c. 91. i) Plin. l. 3. c. 26. k) Vitruv. l. 1. c. 2. l) Stephanus v. Ἀτρία. m) Solin. c. 7. n) Strabo l. 6. p. 254. Lycophron v. 912. o) Aristot. Mirab. Ausc. p) Tzetzes ad Lycophr. p. 150. q) Mirab. Ausc. r) l. 20. c. 2.

iuxta alios: Metabo: *Lagaria*, s) ab Epeo: *Sulerini* t) ab Idomeneo: et extra hanc Graeciam *Praeneste* et *Tusculum* ab Ulyssis filio Telegono.

30. Nec tantum Graeci circumtulerunt late propagaruntque diu *Troiani* excidii memoriam sed ipsae etiam *Troiae* reliquiae. In Asia statim post *Troiae* excidium ab Ascanio, *Aeneae* filio simul et Scamandrio Hectoris conditae *Arisbe* et *Scepsis*, ab Ascanio solo *Ascania*. In Graecia Helenus Priami filius beneficio Pyrrhi regnum tenuit *Chaonum*, *Buthrotiumque* et *Ilion* in Macedonia condidit. In Italia Antenor.

*urbem Patavi sedesque locavit*
*Teucrorum et genti nomen dedit armaque fixit*
*Troia.*

Nam qui *Veneti* adhuc hodie vocantur *Heneti* sunt, quibuscum simul et Paphlagonibus Antenor istis ex locis eiecit Eganios. Digamma enim Aeolicum Latini per V efferunt. Certe u) *Venetos Troiana stirpe ortos auctor est Cato:* multaque indicia Antenoris in ea loca adventus exstitere; inprimis quod locus, in quem egressus primum x) *Troia*, pagus circa *Troianus* est dictus; quod ludi y) Cestici, qui sub Caesaribus adhuc Patavii celebrabantur a Troiano Antenore originem habere crediti sunt; quod mitra Troiana adhuc durare videatur, in ducali apud Venetos diademate. A z) Capye condita *Capua*, a Polite *Politorium*. De *Aeneae adventu* nihil addo, quoniam de illo anquirimus. In Africa *Mexyes* originem a *Troianis* arcessivisse memorat Herodotus. a)

31. Nec est quod aliquis cum Dione hasce *Troianorum* colonias in *Troiae* non captae argumentum adhibeat: quoniam talis sententia falsissimae hypothesi innixa est; videlicet *Troiam* sive *Ilium* Homeri esse idem illud Ilium, ad cuius cives orationem, quam diximus, Dio habuit. 32. Strabo b) enim docet opinionem hanc ex ipso refelli Homero et vetus *Ilium* triginta stadiis supra novum situm versus ortum et montem Idam; quo loco tunc temporis adhuc exstabat *vicus Ilienseum*; idque multis argumentis probat. Quae omnia ex artis praecepto dissimulantur apte apud illos, qui arrogantius quam

s) Stephanus. t) Varro apud Probum in Ecl. 6. Virg. u) Plinius l. 3. c. 19. x) Livius l. 1. c. 1. y) Tacit. l. 16. c. 21. z) Servius ad l. Aen. v. 6. et V. v. 584. a) l. 4. c. 191. b) l. 13. p. 598.

ɛrius suam urbem priscum *Ilium* videri vellebant. Re-
oto igitur hoc errore, si interroges Dionem, quando-
nidem constet veterem *Troiam* non amplius fuisse iam
ɔ Homeri temporibus, a quibus igitur haec destructa
t, si a Graecis non fuerit, quid respondere poterit?
e γοῦ quidem, nisi fallor.

35. Neque contra haec facit, quod Strabonis tem-
ɔre nulla amplius priscae *Troiae* vestigia apparuerint:
ım quidquid lapidum *Iliacorum* esset ad vicinarum
rbium refectionem, quae bello illo vastatae erant, ab-
ımptum, ipsumque Sigeum ex his lapidibus ab Archea-
ıcte Mitylenaeo exstructum fuerit.

Haec igitur tot ac tanta argumenta cum efficaciter
robent *Troiae* excidium, non video, qui id revocari in
ıbium serio possit, nisi ab eo, qui omnem praeteriti
ımporis historiam pro fabula habendam existimet.

## CAPUT DECIMUM. 435

### E AENEAE ET TROIANORUM ADVENTU, QUI PROBATUR PARTIM ROMANORUM PARTIM GRAECORUM TESTIMONIIS.

1. Troiani *sub* Aenea *appulerunt anno xxxv* Latini *ad* Laurentem *agrum iuxta Dionysium* 2. *et Livium* 3. *et hunc adventum testatus locus in eodem agro* Troia *dictus Livii*, 4. *Dionysii*, 5. *Catonis Censorii*, 6. *Appiani*, 7. *et Festi temporibus*, 8. *ab* Aenea *et* Troianis *sic appellatus*. 9. *Obiectio contra haec* 10. *solvitur*. 11. *Antequam Historia Romae scribi coepta* Annales Maximi *compositi, a quibus, quando primum, et de quibus:* 12. *qui* Fasti *et* Pontificum commentarii, *ut videtur, apud Livium:* 13. libri Lintei: 14. Tabulae Censoriae: 15. *scripturae privatorum:* 16. *carmina.* 17. *Quomodo haec incendio Urbis non perierint.* 18. *Urbes in Italia plures habuerunt Historicos cum Roma adhuc iis careret.* 19. *His omnibus instrumentis ad scribendum usi Romanorum Historici:* 20. Q. Fabius Pictor, 21. L. Cincius Alimentus, 22. L. Iulius Caesar, 23. M. Porcius Cato, 24. A. Postumius Albinus, 25. L. Cassius Hemina,

26. Q. Fabius Maximus Servilianus, 27. L. Calpurnius Piso, 28. Sempronius Asellio, 29. M. Octavius, 30. Q. Lutatius Catulus, 31. C. Licinius Macer, 32. Valerius Antias, 33. L. Aelius Tubero, 34. *aliique plures.* 35. *A quibus Dionysius et Livius sua mutuati.* 36. *Similiter Graecorum antiquissimi* Aeneae adventum *testati:* 37. *ut* Arctinus Milesius, 38. (*cuius nomen apud Dionysium in vitio cubat.*) 39. *Callistratus, Silenus,* 40. *aliique plures, qui periere:* 41. *ex superstitibus antiquioribus Lycophron.* 42. *cuius totus locus adducitur,* 43. *vertitur,* 44. *et explicatur. cur* Aeneae *nomen in eo non expressum.* 45. *unde certo intelligatur.* 46. *Ubi* Ἀλκμάλος *et* Κισσός. 47. Aeneas *appulit primum ad* Pallenen Macedoniae *peninsulam* 48. *ubi condidit* Aeneam 49. *cur* Pallenen, Thraciae *vocet Dionysius.* 50. Aenea *non in ipsa* Pallene, *sed regione contermina, ad sinum* Thermaicum, 51. *quae Herodoto* Crossaea, 51. *in qua urbes praeter* Aeneam *sex,* 53. *supra quam* Therma, *unde nomen sinui, quae post* Thessalonica. 54. *Theon* Αἴνειαν *vocat* Αἰνειάδας, *Stephano teste,* 55. *Tzetzes perperam* Αἰνειάδα, 56. *qui* Αἴνειαν *etiam et* Αἶνον *confundit infeliciter.* 57. *qui tamen error ipsi cum multis veterum communis,* 58. *Fragmentum* Parvae Iliados *ex Tzetze adductum* 59. *et verum.* 60. *quare.* 61. *Huius auctor Eusebio primum* Lesches 62. *Lesbius vel Pyrrhaeus.* 63. *aliis* Stasinus, *contra* Ἰλίου Πέρσεως *auctor* Lesches: *quae diversa poëmata ex Aristotele notat Scaliger:* 64. *quem Salmasius eo nomine reprehendit* 65. *perperam, quia Pausanias clare distinguit inter* Ἴλιον Πέρσιν, Ἔπη τὰ Κύπρια *et* Ἰλιάδα μικράν, 66. *et ex Aristotele id recte a Scaligero collectum:* 67. *quod ostenditur.* 68. *Eusebius in hoc sine causa recessit ab antiquioribus,* 69. *et Pausania, qui* Leschi *tribuit* Ἴλιον Πέρσιν. 70. *quod verum esse probatur.* 71. Parvae Iliadis *meminit Callisthenes, auctor vitae Homeri sub nomine* Ἐλάσσονος Ἰλιάδος. 72. *quam Salmasius facit* τὰ Κύπρια, *perperam.* 73. *de primo* Cypriorum *versu dubitatio:* 74. *a Scaligero vitio memoriae interpolatus videtur,* 75. *ex duobus aliis Scaligeri erratis, ibidem commis-*

*sis.* 76. Cypriae Iliadis *auctor* Naevius, *non* Laevius, *ut Scaliger, apud Charisium et Priscianum*; 77. *Salmasio tamen* Laevius; 78. *item Andreae Scotto, perperam:* 79. *quia Edd. adversantur;* 80. *nec emendandi necessitas.* 81. *Τὰ Κύκλια in plures divisa libros.* 82. *a* Naevio *Latino carmine reddita et* Cypria Ilias *dicta, propterea nomen prius haud mutasse,* 83. *probatur Herodoti, Aristotelis, Athenaei, Aeliani aliorumque auctoritate,* 84. *item Procli, cuius locus minus recte a Scotto versus.* 85. Cypria *appellata non a* Stasini *patria* 86. *sed* Venere 87. *quomodo?* 88. *Diversa ergo poëmata* Ilias Parva, *Ἴλιον Πέρσις* 89. *et* Cypria. 90. *Dionysius Petavius superesse* Iliadem Parvam *credidit, perperam:* 91. *quomodo deceptus.* 92. *hinc laterculus regum Troianorum Petavianus reiicitur.* 93. *substituto genuino.* 94. *quid* Almopia. 95. Lynceus, Pissa, Agylla *apud Lycophronem.* 96. *Ulyssis, qui Νάνος, cum* Aenea *foedus* 97. Tarchontis *item et* Tyrseni. 98. *qui* Mysorum *regis filii, quare.* 99. *et* Heraclidae: 100. *sed invita Chronologia.* 101. *Oraculum:* 102. xxx turres *in Latio conditae,* 103. nigrae suis, *totidem porcellos enixae, auspicio:* 104. *quod Tzetzi reprehensum tamquam contra historiam* 105. *Meursio item* 106. *et Cantero.* 107. *sed in explicatione* xxx turrium *infeliciter:* 108. *per has enim poëta colonias* Priscas Latinas *intelligit,* 109. *quae numero* xxx Alba *deductae, iuxta Dionysium.* 110. *Lycophron peritus rerum Romanarum:* 111. *meminit et* scrofae *et* xxx porculorum aeneorum. 112. *qui* grundules lares. 113. *deorum ab* Aenea *adductorum* 114. *uxore, liberis et cimeliis spretis.* 115. *Romae, sed tacito nomine, quam per bellicam gloriam et situm indicat,* Circaeum *promontorium, portum* Argoum, 116. Aeetam *sive* Caietam, 117. *Lacum* Fucinum *in* Marsis, 118. *amnem* Pitonium. 119. *et antrum* Cumanum. 120. *ex praemissis concluditur.*

Adserta caussa quae *Aeneam* profugum fecit patria, ordo postulat, ut de ipsius *Aeneae* et *Troianorum*, qui simul cum illo patriae flammas evaserunt, in Italiam

*adventu* dicamus. Igitur post Herculis digressum anno quinto et quinquagesimo regnante apud Aborigines Latino, Fauni filio, et quidem anno regni eius quinto et tricesimo, teste[a]) Dionysio, post *Troiam* captam secundo, *Troianos* sub *Aenea Troia* profugos ad agrum *Laurentem*, in quo *Laurentum* Aboriginum regia iacebat, appulisse tam constans apud Romanos fama fuit, ut de ea nemo unquam dubitaverit. 2. Livius lib. 1. cap. 1. Aeneam, inquit, satis constat *ab simili clade domo profugum sed ad maiora initia rerum ducentibus fatis primo in Macedoniam venisse: inde in Siciliam quae-*
436 *rentem sedes delatum: ab Sicilia Laurentem agrum tenuisse.* 3. Ne vero constantem hanc famam aliquis vocaret in dubium, cavet addito: *Troiae et huic loco nomen est.* Gaudent enim extorres patria relictarum sedium vocabula novis habitationibus inducere; ut infinitis tam huius quam prisci Orbis exemplis patet. 4. Nec Livius solus *Troiam* locum appellatum in Latio scribit adhuc suis temporibus, in quem *Aeneas* cum suis *Troianis* primum descendit, sed Dionysius etiam Halicarnassensis[b]) lib. 1. *Τελευτῶντες δὲ ἀφικνοῦνται τῆς Ἰταλίας εἰς Λαυρεντόν. Ἔνθα τῆς πλάνης παυσάμενοι χάρακα ἔθεντο· καὶ τὸ χωρίον, ἐν ᾧ κατεστρατοπεδεύσαντο, ἐξ ἐκείνου Τροία καλεῖται· ἀπέχει δὲ θαλάττης ἀμφὶ τοὺς τέτταρας σταδίους. Tandem ad Italiae Laurentum pervenerunt. Hic invento erroruin fine, castra vallo munita posuerunt. Et locus in quo tunc castrametati sunt ab eo tempore Troia vocatur, et a mari distat circiter quatuor stadia.* Nemo, ut opinor, adeo inveniatur durus qui hos duos testes eiusdem temporis de loci nomine tum obtinente inter eos, a quibus potuissent redargui, testificantes, temere reiecturus sit. 5. Quod si tamen inveniatur tam difficilis index faciemus et huic satis, ostendendo et ante horum tempora diu et post multo, locum ita fuisse appellatum. Primum patet Catonis Censorii, alterum Appiani testimonio. Servius ad haec[c]) Virgilii:

*Moliturque locum, primasque in littore sedes*
*Castrorum in morem, pinnis atque aggere cingit.*
*Ideo primas quia imperium Lavinium translatum est.*
*Et sciendum civitatem quam primo fecit Aeneas Troi-*

a) l. 1. p. 35. b) p. 43. c) l. 7. v. 158.

*iam dictam secundum Catonem et Livium.* Improprie appellat *civitatem,* quod Livius, Dionysius, immo ipse Cato *locum castrorum* vel ipsa castra vocat. Nam ipse Servius [d]) alibi haec habet: *Cato in Originibus dicit Troianos a Latino accepisse agrum, qui est inter Laurentum et castra Troiana. Hic etiam modum agri commemorat et dicit eum habuisse iugera septingenta.* Unde patet locum hunc Catonis Censorii aevo pariter *Troiam* appellatum. 6. Post tempora autem Livii et Dionysii nomen vetus adhuc diu retinuisse apud [e]) Photium testis est Appianus: *Ἄρχεται μὲν οὖν τῆς ἱστορίας ἀπὸ Αἰνείου, τοῦ Ἀγχίσου τοῦ Κάπυος. ὃς ἐν τῷ Τρωϊκῷ ἤκμασε πολέμῳ, μετὰ δὲ τὴν ἅλωσιν τῆς Τροίας ἔφυγε καὶ μετὰ μακρὰν πλάνην, κατέπλει ἔς τινα τῆς Ἰταλίας αἰγιαλὸν Λάυρεντον ἐπικαλούμενον, ἔνθα καὶ στρατόπεδον αὐτοῦ δείκνυται καὶ τὴν ἄκτην ἀπ' ἐκείνου Τροίαν καλοῦσιν. Historiae totius initium ducit ab Aenea, filio Anchisae, nepote Capyis: qui Troiano bello interfuit, Ilioque capto et everso fugit et variis iactatus erroribus ad Italiae quoddam littus Laurens dictum appulit, ubi et castra illius ostenduntur et ab eo oram illam maritimam Troiam dicunt.* Distincte Appianus στρατόπεδον appellat, quod Dionysius χάρακα, Cato *castra Troiana: Troiam* regionem castris subiectam. Sic *castra Hannibalis* locus appellatus, in quo Hannibal quondam cum exercitu consederat, multis post bellum Hannibalicum seculis. 7. Hisce denique omnibus adiicio Festum: *Troia et regio Priami: et lusus puerorum equestris dicitur: et locus in agro Laurente, quo primum in Italia Aeneas cum suis constitit.*

8. Adstructo igitur locum fuisse in *Laurente* agro, qui *Troia* dictus, probandum restat, hunc ab *Aenea* eiusque sociis ita appellatum, sive, quod idem putem, *Aeneam* cum *Troianis* in Italiam venisse. Hoc vero Romani tam firmiter omnibus seculis crediderunt, tot prudentes inter eos identidem adfirmarunt, ut si quid in historia veri, pro tali id maxime habendum sit.

9. Nec est quod aliquis mihi obiiciat historiae testimonium in hac caussa adduci non posse quod historia belli Hannibalici temporibus a Romanis primum adhiberi coeperit. Si enim sine iusta historia rerum me-

d) l. 11. Aen. v. 816. e) p. 49.

moria conservari nequit, fabularum numero censendum quidquid et regno Albano, septem Urbis regibus et secunda populi Romani aetate perscriptum legitur, quoniam tertia demum aetate Historici prodire coeperunt. Et in hac opinione fuit nuper Philippus Cluverius. 10. Verum licet ante Fabium Pictorem nullus Romae solutâ oratione historiam scripserit, non defuerunt tamen aliae transmittendarum ad posteritatem rerum viae.

11. In his eminebant *Annales Maximi*, a Pontifice Maximo quotannis confici soliti iam ab initio fere Urbis ad P. Mucium, si Ciceroni credimus: apud quem lib. II. [f]) de Oratore haec habes: *Erat historia nihil aliud nisi annalium confectio: cuius rei memoriaeque publicae retinendae caussa ab initio rerum Romanarum usque ad P. Mucium, Pontificem Maximum res omnium singulorum annorum mandabat literis. Pontifex Maximus efferebatque in album et proponebat tabulam domi, potestas ut esset populo cognoscendi, ii qui etiam nunc Annales Maximi nominantur.* Cum autem Pontifex Maximus a Numa fuerit institutus non male Cicero *ab initio rerum Romanarum Annales* hos ait compositos; [illegible] se autem hanc consuetudinem usque ad P. Mucium [illegible] volam, qui Pontificatum Maximum statim post [illegible] Licinii Crassi Muciani necem, quae in annum [illegible] cidit, adeptus videtur. Servius, vel quicunque [illegible] eius nomine in Fuldensibus Schedis se ostentat, *Annales* hos in octoginta ait libros divisos ad lib. I. [illegible] *Ita Annales conficiebantur. Tabulam dealbatam [illegible] annis Pontifex Maximus habuit, in qua praescripsit [illegible] Consulum nominibus et aliorum magistratuum [illegible] memoratu notare consueverat, domi militiaeque [illegible] ra marique gesta per singulos dies. Cuius diligentiae [illegible] annuos commentarios in octoginta libros veteres [illegible] lerunt, eosque a Pontificibus Maximis, a quibus [illegible] Annales Maximos appellarunt.* In his autem *Annalibus* non modo perscriptae singulorum annorum [illegible] confici coepti sunt, res maxime notabiles, sed [illegible] iam temporis summatim, quod illorum simul et [illegible] initia antecesserat. Eadem enim ratio quae [illegible] quae fiebant quotidie posteritati proderentur, [illegible] dictabat cavendum, superioris temporis memoria [illegible]

f) c. 12. g) v. 377.

in illis adhuc durabat, in nepotibus ne interiret. Idque colligi ex variis rebus potest, quae ex his *Annalibus* adducta adhuc exstant; praecipue apud Originis gentis Romanae Auctorem. Apud hunc enim historia transitus per Italiam Herculis narratur ex *Pontificalibus Annalibus*. Item quomodo Penatium deorum simulacra ab Ascanio Lavinio Albam translata in pristinas sedes reversa fuerint. Tum Ascanio successisse Silvium, eiusque posteros omnes cognomento Silvios usque ad Romam conditam Albae regnasse. Aremulum propter superbiam fulmine ictum raptumque turbine atque in Albanum lacum praecipitatum: Remum per lusus speciem vinctum Albamque abstractum, mox a Romulo manu pastorum in manipulos distributorum oppresso Amulio vinculis liberatum, avumque Numitorem regno restitutum. Ut taceam occasione belli, quod Tullus Hostilius cum Albanis gessit, et excidio ipsius Albae terminatum est, verisimile in iisdem multa fuisse antiquitates et regni huius historiam spectantia.

12. *Fasti* etiam et *Pontificum commentarii* adducuntur a C. Canuleio Tribuno plebis a. 309. in concione apud [h]) Livium: sive iidem fuerint cum *Annalibus Maximis*, sive diversi.

13. Praeter hos *Annales* fuerunt et *Lintei libri* a magistratibus scribi atque in aede Monetae deponi soliti, quos Livius aliquoties citat.

14. Sed et *Censoriis Tabulis* adiecta fuisse, quae ad historiam facerent ex [i]) Dionysio Halicarnassensi patet, qui ex eo quod Tabulis Censoriis, Coss. L. Valerio Potito T. Manlio Capitolino, adiectum esset, *anno post reges exactos* CXIX. colligit Urbem fuisse conditam anno primo septimae Olympiadis.

15. Adhaec privatarum familiarum, quae in magistratibus versatae fuerant, scripturas multas exstitisse et res ipsa loquitur et [k]) Cicero testatur.

16. Denique carmina multis seculis ante suam aetatem in epulis cantitata de clarorum virorum laudibus in Originibus scripsit Cato: quae ut suo adhuc tempore exstarent Cicero [l]) frustra optavit.

17. Quae omnia ne quis putet incendio absumpta cum Urbs a Gallis cremata est [m]) Livius cavet *incensa*

h) l. 4. c. 3. i) l. 1. p. 60. 61. k) Bruto c. 16. l) Bruto c. 19. m) l. 6. c. 1.

*urbe* duntaxat talia *pleraque interiisse* dictitans. Cuius rei veritas evidentissime ex eo patet, quod ad haec [illegible] monumenta saepe ab historicis provocetur. Ut taceam post Alliense praelium, cum praeviderent Urbis suae vastationem, sine dubio publicas tabulas in Capitolinam arcem, quae a Gallis capta non est, relatas.

18. Deinde cum tot fuerint in Italia respublicae, antequam sibi Roma singulas subiiceret, et in his aliquot satis potentes, quis credat omnes Annalibus destitutas? Immo instructas fuisse multas patet ex Fragmentis a Dionysio ex Antiocho Syracusano allatis, qui Romanis circum ipsam matrem suam adhuc luctantibus, sive antequam Urbs a Gallis vastata esset, de antiquis Italiae colonis libros evulgavit: ex historiis domesticis Sabinorum, quas idem [n]) alibi citat: item ex singularum urbium historiis, quae subinde adducuntur, ut Cumana apud [o]) Festum, Patavina apud Originis gentis Romanae Auctorem, similibusque passim occurrentibus.

19. Quod si tot fuerint retinendae publicae memoriae adminicula antequam iusta historia apud Romanos scribi coepta, undeque illa hausta est, quae [illegible] dentia viros maximis honoribus in sua republica [illegible] ctos, doctos item et bonos mendacii temere postulat? Qui vero et quales isti viri quorum fide haec historia [illegible] titur?

20. *Fabius Pictor*, post praelium Cannense a. [illegible] 488 legatus Delphos a Senatu missus Appiano teste, [illegible] *bius Pictor* [p]) Livio. Hic teste [q]) Servio Amata[illegible] tini uxorem, inedia semet interemisse scripsit: [illegible] postquam Turnum consanguineum suum vidit [illegible] ctum et Aeneam rerum simul et Laviniae poti[illegible] Romuli item et Remi historiam tali fere modo [illegible] vius, in literas misit, ut testatur Auctor Origin[illegible] tis Romanae: unde Historicos hos cum aliquot [illegible] testimoniis adducere consilium est.

21. *L. Cincius Alimentus*, qui Livio *mentio*[illegible] *etor*, Praetor a. 544. Siciliam obtinuit. Hic [illegible] scripsit completis in Lavinio triginta annis [illegible] novae urbis condendae tempus advenisse [illegible] eorum, quos sus alba pepererat, circumspexit [illegible] ter finitimis regionibus speculatum montem [illegible]

n) l. 2. p. 113. o) v. Roma. p) l. 22. c. 57. [illegible] v. 603.

ab urbe, quae in eo condita est, Albanus nuncupetur, civitatem communivisse: item Tiberinum Silvium, decimum Albanorum regem, cum adversus finitimos bellum inferentes copias eduxisset inter praeliantes in Albulam fluvium depulsum periisse, mutandique nominis caussam exstitisse.

22. *L. Iulius Caesar*, qui videtur avus Sex. Iulii Caesaris, qui Consul cum L. Aurelio Oreste a. 597. hic enim in Fastis Capitol. Sex. F. L. N. dicitur: nominatur apud dictum Auctorem modo ante Sempronium, modo ante Lutatium, A. Postumium, Catonem Censorium, Cn. Gellium. Unde videtur L. Cincii aequalis. Ex hoc vero plura apud hunc Collectorem adferuntur: videlicet *Aenea* ad Italiae promontorium, quod in Baiano circa Arverni lacum est, appulso, cum Misenum tubicinem morbo absumptum ibi sepelivisset, locum ex nomine eius ita vocatum: Caietam ex cognomine nutricis *Aeneae*, non nomine appellatam. Historiola etiam triginta porcellorum ex hoc adducitur ut a Romanis narrari solet. Insuper Ascanium bellum gessisse contra Mezentium, filioque eius Lauso interfecto ad pacem petendam compulisse: ab hoc Albam conditam: simulacra Penatium deorum ex Lavinio bis translata miraculose eo reversa. Denique talia de Silviis ex hoc Historico allegantur: unde pateat horum historiam usque ad Romulum pertexuisse.

23. *M. Porcius Cato*, qui Consul cum L. Valerio Flacco a. 559, et Censor cum eodem a. 570. Huius plurima passim de *Aenea* et regno Albano exstant Fragmenta. Apud hunc vero Collectorem (quoniam hoc tantum agimus) scribit *Aeneam* cum *Troianis* classe appulsum Laurentem agrum occupavisse, foedus iunxisse cum Latino, ducta eius filia, quae Turno Herdeonio ante desponsata fuerat: porro condidisse Lavinium, bellum contra Turnum gessisse, quo Latinus interfectus, ipse successor eius factus, ad postremum Turnus, qui Amatae consobrinus, caesus fuerit. Praeterea Latinos Ascanium ob insignem virtutem non solum Iove ortum credidisse, sed declinato paullulum nomine Iobum primo postea Iulum appellasse atque ab eo Iuliam manavisse familiam.

24. *A. Postumius Albinus*, qui Consul cum Licinio Lucullo a. 603. Hic singulare volumen de *Aeneae*

*Adventu* composuit, unde multa adfert, idem Anonymus et aliqua r) Servius: sed perperam apud hunc *Postuinus* dicitur, ut recte notavit Bochartus.

25. *L. Cassius Hemina*, qui teste s) Censorino circa a. 608. floruit. Hunc t) Solinus testatur scripsisse *Aeneam* aestate ab *Ilio* capto secunda Italicis littoribus appulsum sociis non amplius sexcentis in agro Laurenti castra posuisse: u) Gellius, Homerum et Hesiodum vixisse Silviis Albae regnantibus annis post bellum *Troianum* centum et sexaginta: adducitur vero ab Auctore, quem sequimur, ad Herculis per Italiam transitum comprobandum.

26. *Q. Fabius Maximus Servilianus*, qui Consul cum L. Metello a. 611. Hunc etsi pariter propter alia adducat Anonymus, in Annalibus suis de *Aeneae adventu* egisse x) Servius locuples testis est.

27. *L. Calpurnius Piso*, qui Consul cum P. Mucio Scaevola a. 620. Censor cum C. Caecilio Balearico a. 633. Hic Prochytam scripsit ab *Aeneae* consanguinea ibi sepulta denominatam: Amatam Latini uxorem, cuius Turnus matruelis, interfecto Latino mortem sibi conscivisse: Aremulum Silvium fulmine ictum raptumque turbine et in Albanum lacum praecipitatum. Et y) Dionysius *Pisonem* hunc simul cum Fabio Pictore, Cincio et Catone tamquam omnes quatuor de Romuli et Romae nativitate scripserint, citat.

28. *Sempronius Asellio*, qui auctore z) Gellio cum P. Scipione Africano tribunus militum ad Numantiam fuit. Hic de Caietae nomine idem, quod L. Cassius memoriae prodidit. Existimo enim per *Sempronium* apud hunc Auctorem potius *Asellionem* intelligi, quem cum Bocharto Tuditanum. Quoniam istum constat ad
439 quadraginta rerum Romanarum libros exarasse: dubium, an historiam scripserit.

29. *M. Octavius*, qui forte is, quem Cicero auctoritate dicendoque valuisse ait, ut legem Sempronium frumentariam populi frequentis suffragiis [illegible] garit Tribunus plebis, a. 634. adducitur enim ante Antonium Macrum: hic sacrificandi ritum capite velato ab *Aenea* prodidit acceptum: item Amulium, Rhea[illegible]

r) l. 9. Aen. v. 710. s) de D. N. c. 17. t) c. 2. u) l. 17. c. 28. x) ad 1. Aen. v. 4. y) l. p. 44. z) l. 24 c. 13.

tria filiam, sacerdotem, amore eius captum vitiasse, atque inde geminos natos.

80. *Q. Lutatius Catulus*, qui Consul cum C. Mario IV, a. 651. Hic enim idem videtur, de quo [a]) Cicero in Bruto: *Iam Q. Catulus non antiquo illo more sed hoc nostro (nisi quid fieri potest perfectius) eruditus: multae literae, summa non vitae solum atque naturae, sed orationis etiam comitas, incorrupta quaedam sermonis Latini integritas: quae perspici cum ex orationibus eius potest tum facillime ex eo libro, quem de Consulatu et de rebus gestis suis conscriptum molli et Xenophonteo genere sermonis misit ad A. Furium, poëtam, familiarem suum.* hic, inquam, idem videtur et cuius *Communes* a Servio [b]) citantur *Historiae.* Scio [c]) virum doctum hos distinguere, ex eo quod post C. Aelium a Varrone adducatur *Q. Lutatius*, sed dubito an satis firmo argumento. Ideo enim C. Aelius huic praemittitur, quoniam in superioribus inter auctores, qui singuli diversas de lacu Curtio sententias attulerant, nominatus erat: quarum duae cum ordine recensae essent, subiicitur tertia his verbis: *C. Aelius et Q. Lutatius scribunt eum locum esse fulguratum et ex Senatusconsulto septum esse, idque factum a Curtio Consule, cui M. Genucius fuit collega, Curtium appellatum.* Unde patet non potuisse *Q. Lutatium*, cuius nulla ante mentio facta, quamvis aetate praecederet, C. Aelio Stiloni praemitti. Hic igitur non modo Antenorem sed ipsum etiam *Aeneam* patriam prodidisse scripsit: tum ex hoc iter *Aeneae* in Italiam, foedus cum Latino pactum, bellum cum Turno, et in Latini locum successio recensentur.

81. *C. Licinius Macer*, qui Quaestor a. 665. et a Cicerone Praetore accusatus repetundarum damnationem metuens voluntaria morte periit: hic idem tradidit de Amulio et Numitore, quod Octavius: item contentionis inter fratres pernitiosum fuisse exitum, ut Remus et Faustulus interfecti fuerint.

82. *Valerius Antias*, qui, teste [d]) Velleio, Sisennae aequalis, quem Pighius putat Quaestorem fuisse in Sicilia a. 676. iuxta eius calculum non Praetorem a. 666.

a) c. 25. b) ad l. 9. Aen. v. 710. c) Ger. Vossium l. 1. de H. L. c. 17. d) l. 2. c. 9.

uti tamquam ex Pighio excitantur affert [e]) vir doctus: hic scribit Procam Silvium duos filios Numitorem et Amulium aequis partibus heredes instituisse. Tum Amulium in una parte regnum tantummodo, in altera totius patrimonii summam atque omnem paternorum bonorum substantiam posuisse, fratrique Numitori, qui natu maior erat, optionem dedisse ut ex his utrum mallet eligeret. Numitorem cum privatum omne cum facultatibus regno praetulisset, Amulium regnum obtinuisse. Quod ut firmissime possideret Numitoris fratris sui filium in venando interimendum curavisse, tum Rheam Silviam eius sororem sacerdotem Vestae fieri iussisse, simulato somnio, quo admonitus ab eadem dea esset, ut id faceret. Item pueros ex eadem natos, Faustulo servo necandos dedisse: sed hunc a Numitore exoratum, ne pueri necarentur, Accae Larentiae nutriendos dedisse; quam mulierem quod corpus vulgare solita esset, lupam esse dictam. Cum pueri liberalis disciplinae capaces facti essent Gabios in studia missos Numitore avo, clam sumptus subministrante. Postquam adolevissent Romulum comperto qui sibi avus et quae mater, cum armatis pastoribus protinus Albam perrexisse interfecisque Amulio Numitori avo regnum reposuisse.

33. *L. Aelius Tubero*, qui [f]) Q. Ciceronis [illegible] Legatus: hic idem de reversis Lavinium per [illegible] Penatium deorum simulacris prodit, quod [illegible] tificum, Cincius et Caesar.

34. *Sex.* vel *Cn. Gelli*, *Venonii*, *Do[illegible]tii*, *Aufidii* testimonia praetermitto pariter [illegible] Auctorem de Origine Gentis Romanae exstantem, [illegible]niam de eorum loco temporibusve nihil habe[illegible]

35. Cum igitur [g]) Dionysius ex his [illegible] scriptoribus linguae Latinae ipse gnarus, quippe [illegible] viginti annos antequam scribere inciperet, H[illegible] moratus, historiam suam collegerit, idemque [illegible] vius: isti vero antiquitates Albanas Romanasque [illegible] ex *Pontificum Annalibus*, *libris L[illegible]* [illegible] blicis instrumentis, partim ex *privato*[illegible] gistratibus versati fuerant, commen[illegible] dationibus, partim etiam ex *Italicar*[illegible] riis hauserint, uti ante ostendimus, [illegible]

e) Ger. Vossius l. 1. de H. L. c. 10. f) Cicero lib. 1. ad Q. Fr. ep. 1. g) l. 1. p. 6.

dens rerum aestimator et arbiter Dionysii et Livii historicas relationes revocare in dubium possit.

36. Nec Romani tantum *Aeneam* cum *Troianis* in 440
Italiam venisse uno ore semper testati sunt, sed Graecorum etiam aliqui tam antiqui, ut partim ipsos Urbis natales anticipent, partim primos Urbis Historicos. 37. Ante conditam Urbem natus est *Arctinus Milesius*, quem Artemon Clazomenius in libro, quem de Homeri vita conscripsit, Suida teste, Homeri discipulum et circa nonam Olympiadem floruisse pronuntiat, quadringentis annis post bellum *Troianum*. Prius confirmat Tzetzes in [h]) Chiliadibus. Verum hoc cum nona Olympiade et quadringentis annis haud consistit: quoniam Homerus iuxta Marmor Parium sub Diogeneto Archonte *διὰ βίου* septimo floruit, qui ducentis et nonaginta circiter annis iuxta Eratosthenis Canones post *Troiae* casum regnare exorsus est. Ne autem putemus Artemonem nonam Iphiteam intellexisse et annos quadringentos Suidae interpretamento deberi, Eusebius facit, non multum in *Arctini* aetate ab Artemone abiens. Hic enim ad secundum primae Olympiadis annum notat: *Arctinus Milesius versificator florentissimus habetur.* et mox ad tertiam recurrit eiusdem mentio. Clemens ex Phania, ut videtur, Lesbio paullo facit recentiorem: concertasse enim cum Lesche atque ab eo victum prodit. Lesches enim ab Eusebio Olympiadis tricesimae anno quarto apponitur., 38. Hic igitur *Arctinus*, (qui perperam in vulgatis Dionysii Codicibus *Ἀρατῖνος* dicitur, nam in Codice calamo exarato clare legitur *Ἀκτῖνος*.) *παλαιότατος ὢν ἡμεῖς ἴσμεν, ποιητὴς*, ut [i]) Dionysius loquitur, testatus est, antequam Roma adhuc esset condita, aut forte cum a Romulo conderetur, si Eusebium aut Artemonem sequimur, 39. Callistratus item et Silenus scriptores pariter antiqui: *ἁλισκομένης δὲ τῆς κάτω πόλεως τὸν Αἰνείαν κύριον τῆς ἄκρας γενόμενον, ἄραντα ἐκ τῶν ἀδύτων τά τε ἱερὰ τῶν μεγάλων θεῶν, καὶ ὅπερ ἔτι περιῆν Παλλάδιον. Θάτερον γὰρ Ὀδυσσέα καὶ Διομήδη νυκτὸς εἰς Ἴλιον ἀφικομένους λαβεῖν. Οἴχεσθαί τε κομίσαντα τὸν Αἰνείαν ἐκ τῆς πόλεως, καὶ ἐλθεῖν ἄγοντα εἰς Ἰταλίαν. Sed quum urbis pars inferior caperetur, Aeneam, qui arcem in suam potestatem redegerat, ex adytis sacra*

h) Chiliad. 13. v. 648. i) l. 1. p. 55.

*Magnorum Deorum et Palladium, quod adhuc supererat, abstulisse. Alterum enim ab Ulysse et Diomede Ilium noctu profectis surreptum fuisse. Aeneam igitur ex urbe discessisse eaque secum tulisse et in Italiam transportasse.* Quoniam autem in superioribus dixerat, tamquam ex trium modo laudatorum auctorum mente Palladium et Magnorum Deum sacra pro dote Chrysae Dardani uxori a Minerva data, subiicit *Arctinum* in eo dissentire, idque Iovi non Minervae tribuere, simulque alterius Palladii a Graecis surrepti subtexit ex eodem historiam: *Ἀρκτῖνος δέ φησιν ὑπὸ Διὸς δοθῆναι Δαρδάνῳ Παλλάδιον ἓν, καὶ εἶναι τοῦτο ἐν Ἰλίῳ, ἕως ἡ πόλις ἡλίσκετο, κεκρυμμένον ἐν ἀβάτῳ. Εἰκόνα δὲ ἐκείνου κατεσκευασμένην μηδὲ ἓν τοῦ ἀρχιτύπου διάφορον, ἀπάτης τῶν ἐπιβουλευόντων ἕνεκα, ἐκ φανερῶ τεθῆναι, καὶ αὐτὴν Ἀχαιοὺς ἐπιβουλεύσαντας λαβεῖν. Sed Arctinus ait unum Palladium Dardano a Iove datum, atque hoc in urbe Iliaca, donec urbs caperetur, in adyto reconditum fuisse. Sed imaginem ab illo effictam fuisse, quae ne minimum quidem ab ipsius exemplari primaque forma differebat et in propatulo fuisse positam ad eos fallendos qui insidias ipsi struxissent, atque hanc a Graecis per insidias fuisse surreptam.* Deinde concludit: *Τὰ μὲν οὖν εἰς Ἰταλίαν ὑπ' Αἰνείου κομισθέντα ἱερὰ τοῖς εἰρημένοις ἀνδράσι πειθόμενος γράφω τῶν τε μεγάλων θεῶν εἰκόνας εἶναι, οὓς Σαμοθρᾶκες Ἑλλήνων μάλιστα ὀργιάζουσι· καὶ τὸ μεμυθευμένον Παλλάδιον, ὅ φασι τὰς ἱερὰς φυλάττειν παρθένους ἐν ναῷ κειμένου Ἑστίας, ἔνθα καὶ τὸ ἀθάνατον διασώζεται πῦρ. Sacra igitur, quae Aeneas in Italiam transtulit, virorum a me nominatorum auctoritatem sequutus, ait fuisse magnorum deorum simulacra, quos inter Graecos Samothraces potissimum colunt, et Palladium illud fabulis celebratum, quod in templo Vestae reconditum (ubi et ignis perpetuus adservatur) a sacratis virginibus custodiri ferunt.*

40. Nec *Arctinus* tantum, auctor tam antiquus, in suo Ilii Persi *Aeneam* in Italiam venisse adfirmavit, non *Callistratus*, *Silenus*, *Demagoras*, *Agathyllus*, *auctor Anonymus* Catalogi mulierum, quarum quae sacerdotio quondam functae, *Damastes*, *Sigeonis*, *Chalcidias* soli, omnes Dionysio visi; 41. sed qui ab eo non memoratur, et adhuc in manibus est, *Lycophron Chal-*

cidensis etiam. Vixit autem hic Ptolemaei Philadelphi temporibus, occupatis tum Romanis bello Tarentino, antequam ullus inter eos scribendae iustae historiae sive prosa sive metro animum adiecisset. Apud hunc igitur in obscuro poëmate non obscure *Aeneae* peregrinatio atque in Italiam *adventus* perscriptus legitur his Cassandrae verbis: [k])

42. Γένους δὲ πάππων τῶν ἐμῶν αὖθις κλέος 441
Μέγιστον αὐξήσουσιν ἄμναμοί ποτε,
Αἰχμαῖς τὸ πρωτόλειον ἄραντες στέφος,
Γῆς καὶ θαλάσσης σκῆπτρα καὶ μοναρχίαν
Λαβόντες. οὐδ' ἄμνηστον ἀθλία πατρὶς
Κῦδος μαρανθὲν ἐγκατακρύψεις ζόφῳ,
Τοιοὺς δ' ἐμός τις σύγγονος λείψει διπλοῦς
Σκύμνους λέοντας, ἔξοχον Ῥώμης γένος,
Ὁ Καστνίας τε τῆς τε Χοιράδος γόνος,
Βουλαῖς ἄριστος, οὐδ' ὀνοστὸς ἐν μάχαις.
a) Ὃς πρῶτα μὲν Ῥαίκηλον οἰκήσει μολὼν,
Κίσσου παρ' αἰπὺν πρῶνα καὶ Λαφυστίας
Κερασφόρους γυναῖκας. b) ἐκ δ' Ἀλμωνίας
Πάλιν πλανήτην δέξεται Τυρσηνία
c) Λυγκεύς τε θερμὸν ῥεῖθρον ἐκβράσσων ποτῶν
Καὶ Πίσσ' Ἀγύλλης θ' αἱ πολύῤῥηνοι νάπαι.
d) Σὺν δέ σφι μίξει φίλον ἐχθρὸς ὢν στρατὸν,
Ὅρκοις κρατήσας καὶ λιταῖς γουνασμάτων,
Νάνος πλάναισι πάντ' ἐρευνήσας μυχὸν
Ἁλός τε καὶ γῆς. e) σὺν δὲ δίπτυχοι τόκοι
Μυσῶν ἄνακτος, οὗ ποτ' οἰκουρὸς δόρυ
Γνάμψει θέοινος, γυῖα συνδήσας λύγοις,
Τάρχων τε καὶ Τυρσηνὸς αἰθωνες λύκοι
Τῶν Ἡρακλείων ἐκγεγῶτες αἱμάτων.
f) Ἔνθα τράπεζαν εἰδάτων, πλήρη κιχὼν
Τὴν ὕστερον βρωθεῖσαν ἐξ ὀπαόνων
Μνήμην παλαίων λήψεται θεσπισμάτων.
g) Κτίσει δὲ χώραν ἐν τόποις Βορειγόνων
Ὑπὲρ Λατίνους Δαυνίους τ' ᾠκισμένην,
Πύργους τριάκοντ' ἐξαριθμήσας γονὰς
Συὸς κελαινῆς, ἣν ἀπ' Ἰδαίων λόφων
Καὶ Δαρδανείων ἐκ τόπων ναυσθλώσεται,
Ἰσηρίθμων θρέπτειραν ἐν τόποις κάπρων.
h) Ἧς δὲ πόλει δείκηλον ἀνθήσει μιᾷ

k) v. 1226.

Χαλκῷ τυπώσας, καὶ τέκνων γλυκυτρόφων.
i) Δείμας δὲ σηκὸν Μυνδίᾳ Παλληνίδι,
Πατρῷ' ἀγάλματ' ἐγκατοικιεῖ θεῶν,
k) Ἃ δὴ πωρώσας καὶ δάμαρτα καὶ τέκνα,
Καὶ κτῆσιν ἄλλην ὁμπνίαν κειμελίων,
Σὺν τῷ γεραιῷ πατρὶ πρεσβιώσεται,
Πέπλοις περισχὼν, ἧμος αἰχμηταὶ κύνες
Τὰ πάντα πάτρας συλλαφύξαντες πάλῳ,
Τούτῳ μόνῳ πόρωσιν αἵρεσιν, δόμων
Λαβεῖν ὁ χρήζει, κ' ἀπενέγκεσθαι δάνος,
Τῷ καὶ παρ' ἐχθροῖς εὐσεβέστατος κριθεὶς,
l) Τὴν πλεῖστον ὑμνηθεῖσαν ἐν χάρμαις πάτραν
Ἐν ὀψιτέκνοις ὀλβίαν δομήσεται
Τύρσιν μακεδνὰς ἀμφὶ Κιρκαίου νάπας,
Ἀργοῦς τε κλεινὸν ὅρμον m) Αἰήτην μέγαν,
n) Λίμνης τε Φόρκης Μαρσιωνίδος ποτὰ,
o) Τιτώνιόν τε χεῦμα τοῦ κατὰ χθονὸς
Δύνοντος εἰς ἄφαντα κευθμῶνος βάθη,
p) Ζωστηρίου τε κλιτὸν, ἔνθα παρθένου
Στύγνον σιβύλλης ἐστὶν οἰκητήριον
Γρώνῳ βερέθρῳ συγκατηρεφὲς στέγης.

442 43. *Generis maiorum meorum gloriam*
*Maximam iterum nepotes augebunt olim*
*Armis primas lauros reportantes,*
*Terrae et maris sceptra et imperium.*
*Nacti: neque obscuram, infelix patria,*
*Gloriam flaccescentem occultabis in tenebris*
*Tales meus quidam consanguineus relinquet*
*Catulos leones, excellentem Romae stirpem*
(Veneris) *Castniae et Phoeradis filius,*
*Consilio optimus et bello haud spernendus*
a) *Qui primum quidem habitatum Rhaecel*
*Apud altum Cissi montem et Laphistius*
*Cornigeras mulieres.* b) *Ex Almonia vero*
*Rursus erronem excipiet Tyrrhenia,*
c) *Lynceusque calidas eiiciens aquas*
*Et Pissa saltusque Agyllae pecoresi*
d) *Cum illis vero amicum hostis*
*Nanus, errando omnem perscrutatus*
*Et maris et terrae:* e) *simul quoque*
*Mysorum regis, cuius hastam aliqua*
*Curvabit Deus vini, crura constring*
*Tarchon et Tyrsenus, fervidi lupi,*

*Herculeo sanguine proseminati:*
*f) Ubi mensam ciborum plenam conspicatus*
*Devoratam tandem a sociis*
*Memoriam veterum Oraculorum recordabitur.*
*g) Condet autem in regione ab Aboriginibus*
*Ultra Latinos Dauniosque habitata*
*Arces triginta, partus recensens*
*Scrofae nigrae, quam ab Idaeis collibus*
*Et Dardaniis sedibus navi vehet,*
*Totidem porcellorum in partu nutricem.*
*h) Cuius etiam in urbe una imaginem dedicabit*
*Aere fusam et porculorum lactentium.*
*i) In aede autem exstructa Myndiae Pallenidi*
*Imagines patriorum ponet deorum.*
*k) Quas certe negligens et uxorem et liberos*
*Et possessionem aliam opimam cimeliorum*
*Cum sene patre venerabitur*
*Vestibus involutas, quando pugnaces canes*
*Omnia patriae sorte inter se avide partientes,*
*Huic soli dabunt optionem ex aedibus*
*Sumendi quod velit et pro munere auferendi.*
*Quare et ab hostibus piissimus iudicatus*
*l) Multum celebratam in bellis patriam*
*Per posteros faciet felicem,*
*Urbem, excelsos iuxta Circaei saltus*
*Argoumque portum inclytum, m) Aeaten magnum,*
*n) Et paludis Phorcee Marsionidis aquas,*
*o) Titoniumque fluentum, quod sub terram*
*Mergitur in obscuras specus profunditates,*
*Et* (Apollinis) *p) Zosterii rupem, ubi virginis*
*Sibyllae immane est domicilium*
*Cavo antri barathro contectum.*

44. Etsi enim *Aeneas* in hoc loco exserte non nominetur, ita tamen describitur, ut non minus, ac si nominatim appellatus esset, intelligatur. Hoc autem conveniebat magis vaticinanti Cassandrae. Vaticinia enim plerumque obscura sunt et quamdiu nondum impleta, aenigmata videntur. 45. Dicitur autem *Cassandrae consanguineus, Veneris filius, venire profugus Troia:* qui characteres nemini praeterquam *Aeneae* convenire possunt. Consideremus igitur paullo attentius singula, quae in hoc vaticinio de *Aenea* dicuntur. 443

46. *a) Qui primum quidem habitatum Rhaecelum*

*veniet Apud altum Cissi montem*) Stephano haec urbs dicitur Ῥάκηλος et *in Macedonia* ponitur. Κισσοῦς vero Hesychio ὄρος ἐν Μακεδονίᾳ καὶ πόλις Θράκης. [l]) Strabo *Thessalonicam* a Cassandro conditam atque in eam vicina aliquot oppida translata docet: οἷον Χαλάστραν, Ἄνειαν, Κισσὸν καὶ τινα καὶ ἄλλα. Non dubito quin inter haec alia etiam Ῥάκηλος fuerit, aut si hoc non sit, quin Ἄνεια Ῥάκηλος dicta sit. 47. Quidquid sit, post Troiam captam *Aeneam* ait traiecisse Aegeum mare, appulisse ad *Pallenen Macedoniae* peninsulam atque ibi aliquantisper habitasse: locum ipsum non nominat, ne contra Oraculorum, quam mentitur, naturam peccet. Sed multi historici faciunt. 48. Dionysius lib. I. [m]) Πρῶτον μὲν εἰς Θράκην ἀφικόμενοι κατὰ τὸν χερρόνησον, ἣ καλεῖται Παλλήνη, ὡρμίσαντο. Εἶχον δὲ αὐτὴν, ὥσπερ ἔφην, βάρβαροι, Κρουσαῖοι καλούμενοι καὶ παρέσχον αὐτοῖς τὰς καταγωγὰς ἀσφαλεῖς. Μείναντες δὲ τὴν χειμερινὴν ὥραν αὐτόθι, νεὼν Ἀφροδίτης ἱδρύσαντο ἐπὶ τῶν ἀκρωτηρίων ἑνὸς καὶ πόλιν Αἴνειαν ἔκτισαν, ἐν ᾗ τούς τε ἀπὸ κάμματος ἀδυνάτους πλεῖν, καὶ ὅσοις αὐτοῦ μένειν βουλομένοις ἦν, ὡς ἐν οἰκείᾳ γῇ τὸ λοιπὸν ἐσομένους, ἀπελίποντο. Αὕτη διέμενεν ἕως τῆς Μακεδόνων δυναστείας τῆς κατὰ τοὺς διαδόχους τοῦ Ἀλεξάνδρου γενομένης· ἐπὶ δὲ τῆς Κασσάνδρου βασιλείας καθῃρέθη, ὅτε Θεσσαλονίκη πόλις ἐκτίσθη· καὶ οἱ Αἰνείαται σὺν ἄλλοις πολλοῖς εἰς τὴν νεόκτισταν μετῴκησαν. *Primum quidem in Thraciam venerunt, et ad peninsulam, quae Pallene vocatur, appulerunt. Ipsam autem incolebant, ut dixi, barbari quidam, nomine Crusaei, ipsisque tutum hospitium praebuerunt. Quum autem ibi totam hiemem mansissent, Veneris templum exstruxerunt in uno e promontoriis, et oppidum Aeneam condiderunt, in quo eos, qui propter barbarorum molestias ac fastidium, navigationis incommoda diutius pati non poterant, et quotquot ibi manere voluerant, tamquam in patrio solo posthaec habitaturos reliquerunt. Hoc oppidum duravit usque ad imperium Macedonum, quod Alexandri successoribus habuerunt. Sed Cassandro regnante eversa est, quo tempore urbs Thessalonice condebatur: et Aeneatae cum multis aliis in hanc urbem recens conditam migrarunt.* 49. *Pallenen Thraciae* Chersoneson dicit Dionysius

l) Epit. lib. 7. p. 330. m) p. 39.

cum proprie sit *Macedoniae*, quoniam *Thraces* aliquando eam tenuerunt. 50. Non tamen in ipsa *Pallene* sita fuit *Αἴνεια* sed in regione contermina ad sinum *Thermaicum*, 51. quam [n]) Herodotus *Κροσσαίην* appellat, quae procul dubio illa, unde progressi *Κρουσαῖοι* apud Dionysium. 52. In hac regione enumerantur ab Herodoto urbes septem: *Αἴπαξος*, *Κώμβρεια*, *Λισαὶ*, *Γίγωνος*, *Κάμψα*, *Σμίλα*, *Αἴνεια*. 53. Deinde paullo supra *Αἴνειαν* recensetur *Θέρμα*, quae sinui nomen dedit, et ea ipsa est, Strabone teste, quae a Cassandro condita atque in uxoris gratiam *Thessalonica* appellata est. 54. Theon, antiquus Lycophronis Scholiastes, unde sua bona Tzetzes depromsit, *Αἴνειαν*, [o]) Stephano teste, vocavit *Αἰνειάδας*· *Αἰνειὰς δὲ μετὰ τὴν Ἰλίου πόρθησιν εἰς Θρᾴκην παρεγένετο καὶ ἔκτισε πόλιν Αἰνειάδας, ὅπου τὸν πατέρα ἔθαψε.* Quae olim ad hunc locum a Theone notata fuisse facile deprehendet, qui Tzetzis commentarium inspexerit. 55. Verum [p]) hic Theonis *Αἰνειάδας* in urbem *τὴν Αἰνειάδα* detorsit; dein parum sibi constat. 56. Paullo enim ante *τὸ Ῥαίκηλον* ab *Aenea Αἶνον* dicit appellatum, diversissimas urbes confundens *Αἴνειαν* et *Αἶνον*. *Aenos* enim urbs est *Thraciae* ad *Melanem* sinum sita, a Chersonesi Tauricae tergo, ad quam non venit *Aeneas*. 57. Verum hic error Tzetzi cum [q]) Conone, [r]) Q. Lutatio, [s]) Mela, [t]) Ammiano, [u]) Servio aliisque veteribus communis est.

58. Sed fragmentum nobile ex *Parva Iliade* hoc loco apud Tzetzem occurrens, non videtur indignum quod oculis subiiciatur. Est autem sequens: *Δέσχης δὲ ὁ τὴν μικρὰν Ἰλιάδα πεποιηκώς, Ἀνδρομάχην καὶ Αἰνείαν αἰχμαλώτους φησὶ δοθῆναι τῷ Ἀχιλλέως υἱῷ Νεοπτολέμῳ, καὶ ἀπαχθῆναι σὺν αὐτῷ εἰς Φαρσαλίαν τὴν Ἀχιλλέως πατρίδα. Φασὶ δὲ οὕτωσί·*

*Αὐτὰρ Ἀχιλλέως μεγαθύμου φαίδιμος υἱὸς,* 444
*Ἕκτορέην ἄλοχον κατάγαγε κοίλας ἐπὶ νῆας.*
*Παῖδα δ' ἕλκων ἐκ κόλπου ἐϋπλοκάμοιο τιθήνης,*
*Ῥίψας πόδος τεταγὼν ἀπὸ πύργου. Τὸν δὲ πέσοντα*
*Τ' ἔλαβε πορφύρεος θάνατος, καὶ μοῖρα κραταιή.*
*Ἐκ δ' ἕλετ' Ἀνδρομάχην ἠΰζωνον παράκοιτιν,*
*Ἕκτορος, ἥν τε οἱ αὐτῷ ἀριστῆες παναχαιῶν,*

n) l. 7. c. 123. o) v. *Αἴνεια*. p) p. 161. q) apud Phot. p. 453. r) apud Auctor. Originis G. R. s) l. 2. c. 1. t) l. 22. c. 1. u) ad l. 3. Aen. v. 18.

*Δῶκαν. ἕκτορος ἐκίηρον ἀμειβόμενοι γέρας ἀνδρὸς.*
*Αὐτόν τ' Ἀγχίσαο κλυτὸν γόνον ἱπποδάμοιο,*
*Αἰνείαν ἐν νηῦσιν ἐβήσατο ποντοπόροισιν*
*Ἐκ πάντων Δαναῶν ἀγέμεν γέρας ἔξοχον ἄλλων.*

59. *Lesches, Parvae Iliados auctor, Andromachen et Aeneam captivos datos ait Neoptolemo Achillis filio, abductosque ab eo in Pharsaliam Achillis patriam. Dicit autem hóc modo:*

*Sed Achillis magnanimi clarus filius*
*Hectoream uxorem deduxit ad cavas naves.*
*Filium vero eius rapiens de gremio pulchricomae nutricis*
*Deiecit pede prehensum ab arce. Praecipitem vero datum*
*Occupavit purpurea mors fatumque inexorabile.*
*Elegit autem Andromachen, pulchre cinctam uxorem*
*Hectoris, quam ipsi Graecorum fortissimi*
*Permiserunt habere, gratum viro retribuentes praemium.*
*Ipsum etiam Anchisae bellicosi inclytum filium*
*Aeneam imposuit navibus marinis*
*Inter omnes Danaos praestantissima praeda ornatus.*

60. Subieci oculis Fragmentum hoc ex *Parva Iliade* nonnullis in locis in metro corruptum partim ob poëmatis antiquitatem partim ob auctorem, cui a Tatiano adscribitur, *Leschen*. Nam neque Homero [illegible] recentius est, ut deinceps dicam: 61. *Leschi* autem adscribitur cum ab aliis, tum, nisi fallor, primum ab Eusebio, qui ad quartum Olympiadis tricesimae [illegible] notat: *Alcmaeon clarus habetur*, et *Leschi Lesbium, qui fecit Parvam Iliada.* 62. Ad quem locum Josephus Scaliger *Leschen Lesbium* docet eundem esse, qui *Λέσχεως Πυῤῥαῖος* [x]) Pausaniae dicitur, quem *Pyrrha Lesbi* urbs, [y]) Plinio teste, mari quondam [illegible]sta. 63. Deinde notat *Ἰλιάδα μικρὰν*, quae ab [illegible] et aliis *Leschi* tribuitur. *Stasino* ab aliis adscribi, *Ἴλιον Πέρσιν* vero *Leschi* a Pausania imputari. Ne vero quis putet *Ἰλιάδα μικρὰν* et *Ἴλιον Πέρσιν* unum idemque poëma esse Aristotelem obstare subnectit, qui in Poëtica

x) l. 10. p. 658. y) l. 5. c. 31.

Ἰλίου Πέρσιν ex Iliade Parva propagatam dicit. Itaque concludit se non videre, quomodo Eusebium, Pindari Scholiasten et reliquos *Parvae Iliadis* auctorem facientes *Leschen* cum Aristotele conciliare possit.

64. [z]) Claudius Salmasius μικρὰν Ἰλιάδα, quam ἀμαθυμαδὸν ab omnibus *Leschi* ait attribui, non dubitat idem pronuntiare opus, quod a Pausania Ἰλίου Πέρσις dicitur, mirarique se addit, tantum virum tantopere in his hallucinatum fuisse et Aristotelis verba tam negligenter legisse: primo, quoniam Ἰλιὰς μικρὰ, cum decantaret *Ilii* excidium, potuit revera etiam hoc titulo inscribi: deinde, quoniam Aristoteles, quando ex *Parva Iliade* propagatam docet Ἰλίου Πέρσιν, per μικρὰν Ἰλιάδα non intellexit *Stasini Iliadem*, sed *Leschis*; per Ἰλίου Πέρσιν vero non accepit *Leschis* carmen, quod Ἰλίου Πέρσις Pausaniae dicitur et idem est cum eius *Parva Iliade*, sed poëtae alicuius tragicum dramatis, cui ius argumentum ex *Parva Iliade* sumptum fuit.

65. Verum ex hac reprehensione apparet non semper dicere verius, qui dicit posterior. Certe Pausanias tam clare distinguit inter haec tria poëmata, *Leschii* Ἰλίου Πέρσιν, Ἔπη τὰ Κύπρια et Ἰλιάδα μικρὰν, ut haec Salmasii sententia admitti nullo modo possit. In descriptione enim tabulae Polygnoti Delphis dedicatae, in qua Troiae halosis repraesentabatur, inquit [a]): Πλησίον δὲ τοῦ Ἑλένου Μέγης ἐστί. τέτρωται δὲ τὸν βραχίονα ὁ Μέγης, καθὰ δὴ καὶ Λέσχεως ὁ Αἰσχυλήνου Πυῤῥαῖος ἐν Ἰλίου Πέρσει ἐποίησε. τρωθῆναι δὲ ὑπὸ τὴν μάχην τοῦτον, ἣν ἐν τῇ νυκτὶ ἐμαχέσαντο οἱ Τρῶες, ὑπὸ Ἀδμήτου φησὶ τοῦ Ἀργείου. Γέγραπται δὲ καὶ Λυκομήδης παρὰ τὸν Μέγητα ὁ Κρέοντος, ἔχων τραῦμα ἐπὶ τῷ καρπῷ. Λέσχεως δι' οὕτω φησὶν αὐτὸν ὑπὸ Ἀγήνορος τρωθῆναι. Δῆλα οὖν ὡς ἄλλως γε οὐκ ἂν ὁ Πολύγνωτος ἔγραψεν οὕτω τὰ ἕλκη σφίσιν, εἰ μὴ ἐπελέξατο τὴν ποίησιν τοῦ Λέσχεω. *Prope Helenum Meges est, brachio saucio: quod iis versibus mandavit Lescheus Pyrrhaeus, Aeschyleni filius, quos de Ilii populatione fecit: et vulneratum quidem ab Admeto Argivo in ea pugna, quam Troiani nocte commiserunt. Pictus est proxime ad Megetem Lycomedes Creontis filius et ipse saucius in eo articulo, quo cum lacerto manus iungitur: ea enim in* 445

z) Plin. Exerc. p. 854. a) Ibid.

*parte vulneratum scribit Lescheus ab Agenore, quod ut pingeret non fuisse Polygnoto in mentem venturum facile credi potest, in Leschei poesin legisset.* Deinde paullo post in eiusdem tabulae recensione: *Αἰσχίνης δὲ καὶ ὁ ποιήσας ἔπη τὰ Κύπρια διδόασιν Εὐρυδίκην γυναῖκα Αἰνείᾳ. Γεγραμμέναι δὲ ἐπὶ Κλίνης ὑπὲρ τούτων Δηϊνόμη τε καὶ Μητιόχη, καὶ Πεῖσίς ἐστι καὶ Κλεοδίκη γυναῖκες· ἐν Ἰλιάδι καλουμένῃ μικρᾷ μόνης ἔστι τὸ ὄνομα τῆς Δηϊνόμης. Lescheus vero et auctor Cypriorum carminum Aeneae uxorem dant Eurydicen. Supra has in lectulo pictae sunt Deinome, Metioche, Pisis et Cleodice. Harum unius Deinomae nomen exstat in poemate, quod Ilias Parva inscribitur.* Quis non clare videt ex his locis *Leschis* poëma de *Ilii Expugnatione* longe fuisse aliud ab illo quod *Ἰλιὰς μικρὰ* inscribebatur? Immo huius auctorem tamquam incertum alibi[b]) idem Pausanias adducit.

66. In quo igitur erravit iuxta Salmasium Scaliger? Quod Aristotelem, qui *Ἴλιον Πέρσιν* facit propaginem *Ἰλιάδος μικρᾶς*, cum Eusebio et reliquis, qui *Leschi* adscribunt *Parvam Iliadem* conciliare non potuerit; quoniam Aristoteles, quando de *Parva Iliade* loquitur, intelligit *Leschis* poëma hoc titulo, quando de *Troiae expugnatione*, respicit tragicum quoddam alicuius tragici drama. Sed ego sustineo falsas utrasque has hypotheses. Quod uti appareat ipse Aristotelis locus producendus est e libro de Poëtica:[c]) *Οἱ δὲ πολλοὶ περὶ ἕνα ποιοῦσι, καὶ περὶ ἕνα χρόνον, καὶ μίαν πρᾶξιν πολυμερῆ· οἷον, ὁ τὰ Κυπριακὰ ποιήσας, καὶ τὴν μικρὰν Ἰλιάδα. Τοιγαροῦν ἐκ μὲν Ἰλιάδος καὶ Ὀδυσσείας μία τραγῳδία ποιεῖται ἑκατέρα (ἑκατέρως) ἢ δύο μόναι, ἐκ δὲ Κυπρίων πολλαί· καὶ ἐκ τῆς μικρᾶς Ἰλιάδος πλείω, οἷον, ὅπλων Κρίσις, Φιλοκτήτης, Νεοπτόλεμος, Εὐρύπυλος, Πτωχεία, Λάκαινα, Ἴλιον Πέρσις καὶ Ἀνάχωρησις καὶ Σίνων καὶ Τρωάδες. Alii vero poëma [illegible] uno quod circa unum tempus unamque actionem [illegible] tis membris constantem occupatur: uti fecerunt [illegible] rum carminum auctor et qui Parvam conscribendam. Igitur ex Iliade et Odyssea fieri potest [illegible] goedia, vel duae solae ex unaquaque: [illegible] multae: et ex Parva Iliade minimum [illegible]*

b) l. 2. p. 215. c) c. 23.

*morum Iudicium, Philoctetes, Neoptolemus, Eurypylus, Mendicatio, Lacaena, Neoptolemus, Ilii expugnatio, Reditus classis et Sinon et Troades.* 67. Agit philosophus isto loco de Ἐποποιΐας seu narrationis heroico carmine complexae virtutibus: et primo dicit fabulas in hoc genere tales esse debere, quales in tragoediis, videlicet quae principium habeant, medium et finem, nec similes sint historiis consuetis, in quibus expositiones fiunt vel plurium actionum propter diversos fines contingentium (exempli caussa praelium Graecorum ad Salaminem contra Persas, et Siculorum in Sicilia contra Carthaginienses, quae duo coniunxit Herodotus) vel plurium actionum succedentibus temporibus propter diversos fines obtingentium, vel plurium actionum eodem vel succedentibus temporibus propter eumdem finem evenientium. In duobus prioribus docet errasse omnes poëtas, qui ante Homerum huic poësios generi operam dedere; in posteriore *Cypriorum* carminum et *Iliados Parvae* auctores; Homerum vero nulli ex his tribus vitiis obnoxium atque in eo ingenii eius sublimitatem conspici: non enim sumpsisse sibi tractandum totum bellum, quamvis principium habens, medium et finem, quoniam nimis magnum; sed unam duntaxat illius partem, in Iliade videlicet iram Achillis in Agamemnonem, in Odyssea Ulyssis reditum a Calypso in Ithacam: hanc autem episodiis multis digressionibusque, e principio et fine desumptis, apte variegasse. Posterius igitur vitium in verbis modo propositis Aristoteles tangit, dicitque alios circa unam actionem occupari quidem, quod laudabile, sed multarum partium et propterea nimis longam, quod vitiosum; qualis *Cypriorum carminum* auctor et qui *Iliadem Parvam* dedit. Ut autem explicet quid sit fabula vel actio nimis magna, vel multarum partium, subiicit talem esse, unde desumi multa argumenta tragica possint; et contra debitae magnitudinis, talem, unde duo maxime desumi argumenta tragica possint, et pro exemplis proponit *Iliada* et *Odysseam.* Ex *Iliade* desumptae sunt *Rhesus* et *Redemptio Hectoris,* Euripideae fabulae, quarum prior adhuc exstat. Ex *Cypriis* autem *carminibus* desumi posse ait multa tragica argu- 446
menta: ex *Parva Iliade* vero mininum octo: inter quae Ἴλιον Πέρσις. Hic est sensus verborum Aristotelis. In qua re iam peccavit Scaliger, qui Ἴλιον Πέρσιν videns

membrum Ἰλιάδος μικρᾶς pronuntiavit ab ea Aivenam, tamquam partem a toto? Nam non refert quod hoc membrum in argumentum tragici aut epici carminis adsumptum fuit: eo enim ipso non mutilata *Ilias Parva*, sed tantum pars illius aliter expressa est, manente ratione materiae natura eius priore. Diversa igitur utique poemata fuerunt et quod Ἰλιάδος μικρᾶς, et quod Ἴλου Πέρσεως nomen tulit.

68. Sed dicet aliquis pro Salmasio, tunc Eusebius eumque sequuti alii contradicunt aperte Aristotelii. Atque hoc ipsum est, quod Scaliger monuerat. Verum quid refert quod contradicant: faciunt enim perpetuum. Nam quia nemo ante Eusebium, quantum quidem ego reperi, *Lescheli Parvam Iliadem* tribuerit, ante eum vero omnes illius auctorem fecerint incertum, plusquam probabile, posteriores scriptores per errorem *Lescheli* tribuisse, quod ipsi tribuendum minime erat. 69. Certe Pausaniae, qui utrumque poëma legit, et Ἴλιον Πέρσιν Leschii Ἰλιάδα μικρὰν incerto attribuit, hic fidem derogare temerarium est. 70. Immo satis apparet *Leschen* ex aemulatione adversus Arctinum, qui eiusdem argumenti poëma sub Ἰλίου Ἁλώσεως, ut Dionysius, vel Πέρσεως, ut Eusebius, titulo vulgaverat, Ἴλιον Πέρσιν dedisse. Quae fama procul dubio caussam dedit quorundam opinioni, quasi *Lesches* cum Arctino quondam certaverit eumque vicerit, cuius iam ante ex [d]) Clemente meminimus. Primo enim hoc apparet ex argumentorum eodem, in quo ambo desudaverant, deinde ex modo diverso, quo illud ab utroque tractatum est: ab Arctino veritati magis convenienter, a *Lesche* vero arti. Idque Arctinus in suo poëmate meminerat *Aeneae* urbis illius a *Troia* in Italiam fugae, uti ante ex Dionysio ostendimus: *Lesches Aeneae* meminisse vix videtur. Certe in Polygnoti pictura, quae ad *Leschii* pertinebat carmen expressa erat, *Aeneas* non comparet. Ergo *Lesches* inter eos scriptores referendus videtur, qui ex invidia *Aeneae* in Italiam *adventum* dissimulavere, ut quibus alicubi [e]) Dionysius queritur.

71. *Parvae Iliadis* autem primus, quod sciamus, meminit Callisthenes apud Scholiasten veterem Euripidis Hecubam, quem locum ante protulimus.

d) l. 1. Strom. p. 333. e) l. 1. p. 36.

auctor vitae Homeri, quamquam sub titulo non μικρὰς, sed, quod idem, ἐλάσσονος Ἰλιάδος. Dicitur autem ibi ab ipso Homero composita apud ludimagistrum Thestoridem commorante, ab hoc vero deinceps pro suo poeta simul cum Phocaide publicata: Διατρίβων δὲ παρὰ τῷ Θεστορίδῃ ποιεῖ Ἰλιάδα τὴν ἐλάσσω, ἧς ἡ ἀρχή·

Ἴλιον ἀείδω καὶ Δαρδανίην ἐὔπωλον,
Ἧς πέρι πολλὰ πάθον Δαναοὶ, θεράποντες Ἄρηος.

*Commoratus apud Thestoridem Iliadem fecit minorem, cuius principium;*

*Ilium cano et Dardaniam bonos equos producentem;*
*A qua multum passi sunt Danai bellicosi.*

75. Salmasius [f]) existimat auctorem hunc, quem facit Herodotum, τῆς ἐλάττονος Ἰλιάδος nomine intellexisse τὰ Κύπρια, quorum principium hoc fuisse Grammatici notent:

Ἴλιον ἀείδω καὶ Δαρδανίην ἐρατεινήν.

Sed quam multa peccata in his paucis verbis non committit? Primo auctorem vitae Homeri facit Herodotum: quod si verum, ergo ex Herodoti sententia Ἰλιὰς ἐλάσσων, quae hic Homero tribuitur, non potest esse idem poëma cum τοῖς Κυπρίοις, quoniam Herodotus τὰ Κύπρια ἔπη Homero [g]) alibi abiudicat, invicto plane argumento; videlicet quod Paris tridui itinere vento secundo usus et tranquillo mari ex Sparta *Ilium* venit iuxta carmina *Cypria*, qui secundum Homerum in eodem itinere multum diuque erravit et tempestatibus in Aegyptum usque proiectus fuit. Sed Herodotus non est auctor illius vitae, uti iam ab aliis ostensum est. Verum neque hoc iuvare virum doctum potest: primo quoniam nusquam apud Graecos τὰ Κύπρια appellantur Ἰλιάς: deinde, quoniam τὰ Κύπρια adscribuntur quidem *Dicaeogeni*, *Hegesiae*, *Stasino*, aut *Halicarnassensi* cuidam, nunquam vero *Thestoridi Phocaeensi*. 73. Praeterea apud quem Grammaticum legitur hoc *Cypriarum* exordium:

Ἴλιον ἀείδω καὶ Δαρδανίην ἐρατεινήν.

Nusquam certe illud hactenus, reperi, praeterquam in Scaligeri ad Catullum [h]) notis, tum apud alios, qui inde sumpserant. 74. Sed valde vereor Scaligerum me-

f) Exerc. Plin. p. 852. g) l. 2. c. 117. h) p. 112.

447 moriae suae, uti solebat, nimis confisum ex Homeri vita versum hunc adduxisse, sed in ultimo vocabulo a se interpolatum. 75. Ut ita credam facit primum ipsius Scaligeri titubantia, non satis discernentis, utrum μικρὰ Ἰλιὰς et τὰ Κύκρια unum idemque poëma, an duo diversa fuerint. Secundo illud colligo ex alio eius errore vitio memoriae ibidem pariter commisso, videlicet quod *Parva Ilias* a *Laevio* vetustissimo poëta Latinis versibus reddita fuerit, unde *Cypriae Iliados* nomine a Charisio citatur. Ita legitur in duabus Catulli Editionibus, quae vivente Scaligero prodiere: et ne quis tamen librariorum errorem suspicetur, reperitur non modo idem in [i]) Animadversis, quae sub Yvonis Villomari nomine contra Robertum Titium publicavit, sed velut χρηστομαθία imputatur. 76. Nihilominus *Naevius* appellatur hic poëta Latinus non modo a Charisio verum et Prisciano, qui ambo versum ex hoc poëmate adducunt. Iste lib. I. his verbis: *Torques, hic et haec torques, ut hic et haec canes, a Lucilio libro primo dictas legimus. Ita dixisse veteres Caper his exemplis docet: Naevius Cypriae Iliados libro primo:*

*Collum marmoreum torquis gemmata coronat.*

Priscianus lib. x. *Naevius in Iliados secundo:*

*Foecundo penetrat penitus thalamoque potitur.*

77. Tamen hunc Scaligeri lapsum Salmasius aequa facile quam priorem sequitur, ibi maxime, ubi eum ex dargnere conatur. Nec Salmasius tantum, sed plures alii, primi erranti auctoritate seducti. 78. Nequa[illegible] ut Andreas Scottus [k]) facit, pro *Naevius* apud Charisium et Priscianum legendum est *Laevius*, quem hic ante voluisset Scaliger. 79. Omnes enim Editiones, quas ego quidem vidi, Charisii apud Frobenium a. [illegible] Prisciani Aldina a. 1527. et Florentina a. 1554. [illegible] illud exemplar quod ab Isaaco Casaubono cum [illegible] collatum in publica huius Academiae bibliotheca [illegible]vatur) item utriusque Editio opera Heliae Putsch[illegible]nata, huic emendationi reclamant.

80. Unde parum verisimile Scaligerum hoc [illegible]sse. *Cn. Naevii* enim clarissimi et notissimi [illegible]rima passim fragmenta apud Grammaticos [illegible]*vii* obscurioris (aetas enim ignoratur) pauciora [illegible]

i) p. 125. Ed. Par. k) Not. in Procli Chrestom. [illegible]

*Livium, Laevium, Naevium, Novium,* poëtas diversos a librariis (uti ostendit [l]) Gerardus Vossius) confundi. Sed quo argumento id in adductis ante locis factum, consentiente nunc scriptura, probabitur? An quod praeter hoc nullum forte aliud opus heroo carmine a *Naevio* scriptum probari possit? Sed ex hoc dato, quod certe non potest, nondum istud sequitur. Deinde unde de *Laevio* constat epico carmine usum? certe ex fragmentis eius non patet. Praeterea quid vetat credere *Naevium* aeque hexametro carmine scripsisse quam antecessorem Livium Andronicum, ut, quem modo dixi, [m]) vir doctus docet; aut de quo non dubitatur, aequalem eius Ennium?

81. Divisa autem fuisse *τὰ Κύπρια* in plures libros ex Athenaeo patet, qui insigne Fragmentum ex libro eorum undecimo [n]) alicubi adfert. 82. Non sequitur autem ex eo, quod *Naevius*, poëta Latinus, *τὰ Κύπρια* a se Latinis versibus reddita vocaverit *Cypriam Iliadem*, inde et a Graecis ita appellata fuisse. Nusquam enim Graeci sic appellaverunt. 83. [o]) Herodotus *τὰ Κύπρια ἔπεα* dicit: Aristoteles *τὰ Κύπρια* et [p]) Dicaeogeni tribuit: Athenaeus *τὰ Κύπρια ἔπη*, his verbis [q]): *Ἀνθῶν δὲ στεφανωτικῶν μέμνηται καὶ ὁ τὰ Κύπρια ἔπη πεποιηκώς, Ἡγησίας ἢ Στασῖνος. Δημοδάμας γὰρ ὁ Ἁλικαρνασσεὺς ἢ Μιλήσιος, ἐν τῷ περὶ Ἁλικαρνασσοῦ, Κύπρια Ἁλικαρνασσέως δ' αὐτὰ εἶναί φησι ποιήματα. Coronariorum florum meminit auctor Cypriorum carminum Hegesias aut Stasinus. Demodamas enim Halicarnassensis aut Milesius libro de Halicarnasso ipsa Cypria carmina Halicarnassensis cuiusdam tradit.* Similiter apud [r]) Aelianum *ἔπη τὰ Κύπρια* Pindari auctoritate pro dote filiae ab Homero data dicuntur: quod confirmat Tzetzes in [s]) Chiliadibus, expressis etiam nominibus:

*Σερίφων καὶ Θεόλαος υἱοὶ δὲ τοῦ Ὁμήρου*
*Θυγάτηρ Ἀρσιφόνη δὲ, ἣν ἔγημε Στασῖνος.*
*Στασῖνος ὁ τὰ Κύπρια συγγράμματα ποιήσας,*
*Ἅπερ οἱ πλείους λέγουσιν Ὁμήρου πεφυκέναι,*
*Εἰς προῖκα δὲ σὺν χρήμασι δοθῆναι τῷ Στασίνῳ.*
*Seriphon autem et Theolaus, filii Homeri,*
*Filia vero Arsiphone, quam duxit Stasinus.*
*Stasinus, qui Cypria volumina conscripsit,*

l) Castigat. in Fragm. Tragic. m) Ibid. p. 7. n) l. 15. p. 682. o) l. 2. c. 118. p) de Poet. c. 16. q) d. l. r) l. 9. V. H. c. 15. s) Chil. 13. v. 687.

*Quae quidem plerique Homeri dicunt fuisse,*
*In dotem vero cum pecuniis Stasino data.*

448 Eadem habet Suidas t).

84. Verum ab his abire Proclum in Chrestomathia apud u) Photium Andreas Scottus existimat, dicens Homerum non socerum *Stasini* a Proclo ferri, sed generum. Sed mihi ex Procli verbis hoc non apparet, quae propterea subiicio. *Λέγει δὲ καὶ περί τινων Κυπρίων ποιημάτων· καὶ ὡς οἱ μὲν ταῦτα εἰς Στασῖνον ἀναφέρουσι Κύπριον· οἱ δὲ Ἡγήσιαν τὸν Σαλαμίνιον αὐτοῖς ἐπιγράφουσιν· οἱ δὲ Ὅμηρον, δοῦναι δὲ ὑπὲρ τῆς θυγατρὸς Στασίνῳ καὶ διὰ τὴν αὐτοῦ πατρίδα Κυπρία τῆς πόνον ἐπιλεχθῆναι.* Quod ita vertit vir doctus: *Quin etiam de Cypriis poëmatis narrat: et hos quidem ad Stasinum haec referre: illos vero ad Hegesiam Salaminium: quosdam etiam Homero tribuere, data vero pro filia Stasino, a cuius patria, Cypria hoc opus appellatum.* Sed ego ὑπὲρ τῆς θυγατρὸς existimo vertendum *filiae causa*, scilicet in dotem. Non igitur Proclus ab Aeliano aliisque scriptoribus dissentit, sed idem, quod illi, prodit. 85. Verum denominationis caussa horum carminum, cuius mentio in hoc Procli loco, paullo videtur frigidior, ideoque merito ab ipso Proclo reiecta est, teste Photio in sequentibus: *ἀλλ' οὐ τίθεται ὁ συγγραφεὺς τῇ αἰτίᾳ ταύτῃ.* *Sed huic rationi auctor non subscribit.* Et si ratio huius improbationis videatur nulla: *μηδὲ γὰρ Κύπρια προπαροξυτόνως ἐπιγράφεσθαι τὰ ποιήματα.* *Neque enim Κύπρια accentu in antepenultima inscribi haec poëmata.* In omnibus enim libris quos hodie habemus, accentus in hoc vocabulo προπαροξυτόνως constatus videtur. Sed frigidior, ut dixi, tituli caussa ab eo. 86. Verisimilius sic appellata a *Venere*, quaequaniam in *Cypro* nata esset *Κύπρια* et *Κυπρὶς* et *Κυπριγενὴς* dicta fuit. 87. Non autem ideo sic appellatum existimo poëma hoc, quod in eo bellum *Troianum* a gemino ovo et Ledae partu descriptum esset, quod *Cypride*, id est, *Venere* praecipue faciente et Leda compressa a Iove et Helena nata ac eadem a Paride rapta, quae bello *Troiano* et *Troiae* excidio caussa fuisse existimat x). Salmasius hanc enim frivola longe potiora sunt; sed quod in hoc poëmate actio describatur.

t) v. Ὅμηρος. u) p. 941. x) Plin. Exerc. p. 844.

quae ad *Venerem* praecipue attinebat, iudicium videlicet Paridis de tribus deabus in monte Ida habitum. Probant hoc loca quae ex hoc poëmate hinc inde exstant de *Venere* et Paride praecipue agentia.

Ubique igitur, quantum memini, apud Graecos τὰ *Κύπρια* et *Κύπρια ἔπη* et τὰ *Κυπριακὰ* apud Aristotelem et [y]) Clementem, numero plurium appellantur haec carmina, nusquam *Κυπρία Ἰλιὰς*, quem illis titulum imposuit primum *Naevius*, sed civitate et metro Romano donatis.

88. Maneant ergo diversa poëmata, primo *Ἰλιὰς μικρὰ* incerti auctoris iuxta antiquissimos (immo iuxta omnes ad Eusebium usque, [z]) Clementi enim citatur adhuc ὁ *τὴν μικρὰν Ἰλιάδα πεποιηκὼς*, non expresso eius nomine) maneant, inquam, diversa poëmata, *Ἰλιὰς μικρὰ* incerti et *Ἰλίου Πέρσις Leschis*: 89. secundo ne confundantur inter se τὰ *Κύπρια* et *Ἰλιὰς μικρὰ* vel *ἐλάσσων*.

90. De hac autem ultima, antequam manum, ut dicitur, de tabula, admonere adhuc habeo Dionysium Petavium putasse eam superesse. Scribit enim in [a]) Rationario, quadragesimo anno priusquam Graeci *Troiam* funditus everterent, ab Hercule *Troiam* captam, Laomedontem interfectum, filiumque eius Priamum regem constitutum *Parvae Iliados* prodere scriptorem; et [b]) alibi auctorem *Troicorum*, qui cum *Iliade Parva* aliisque carminibus Graece editus est a Michaële Neandro ait *Troiano* regno annos trecentos tribuere, reges annumerare sex, quorum anni singillatim, prout ponuntur, in unum collecti minus quatuor trecentos faciant.

91. Sed omnia ista poëmata a Neandro vulgata Lipsiae a. 1588. Argonautica, Thebaica, *Troica*, *Ilias Parva* auctoris Anonymi, Troicis Manassae exceptis, superioris aevi sunt et Laurentio Rhodomanno debentur. Certe ipse Rhodomannus *Troica* deinceps mutato duntaxat principio et hinc inde correctis quibusdam vel adiectis, simul cum *Parva Iliade* vel Periochis Homericis, ut tunc inscripsit, cum Quinto Calabro Hanoviae a. 1604. publicavit. 92. Sic ut nullius plane auctoritatis sint anni, qui in laterculo regum *Troianorum* apud eumdem ex his *Troicis* singulis adscribuntur. Rhodo-

y) Admon. ad Gent. p. 13. z) l. 1. Strom. p. 321. a) p. 1. l. 1. c. 10. b) p. 2. l. 2. c. 9.

mannus enim quadraginta duntaxat annos Priamo tribuisse videtur, ut sic tolleret difficultatem, super aetate Helenae alias existentem, quae soror dicitur Castoris et Pollucis, qui inter Argonautas recensentur, quorum expeditionis tempore *Troia* ab Hercule capta et Laomedonti Priamus successisse dicitur. Reliquorum deinde annos pro arbitrio constituisse videtur, adhibita modo hac cautione, ne excederet summam annorum totius dynastiae a Dardani initio usque ad Priami finem apud
449 Eusebium expressam. 93. Ne igitur posthac fraudi cuiquam sit suppositititius iste laterculus, in locum illius hunc genuinum ex Eusebio supponimus.

*Laterculus Regum Troianorum ex Eusebio.*

| Troiani Reges | Anni singulorum. | Anni Per. Iul. |
|---|---|---|
| 1. *Dardanus* | 62 | 3235 |
| 2. *Erichthonius* | 46 | 3297 |
| 3. *Tros* | 61 | 3343 |
| 4. *Ilus* } 5. *Laomedon* } | 69 | 3404 |
| 6. *Priamus* | 57 | 3473 |
| Desiit anno | | 3530 |
| Summa totius regni | 295 | |

Verum evagatus sum paullo forte longius quam [illegible] occasione Fragmenti ex *Parva Iliade* sub nomine [illegible] *schis* apud Lycophronis Scholiasten occurrentis, [illegible] redeo ad Lycophronis locum.

94. [b] *Ex Almonia vero Rurus erroneus* [illegible] *Tyrrhenia*] Stephanus hic olim legit: *Ἐκ δ' Ἀλμω-πολιμλανήκην δ. T. Almopiam* vero regionem [illegible] *cedoniae* ab *Almope* gigante denominatam. [illegible] git, ut editur et *Ἀλμώνιον Macedoniae* fecit [illegible] procul dubio una ex illis urbibus, e quibus [illegible]

cam a Cassandro frequentatam ante audivimus. Igitur iuxta Lycophronem *Aeneas* ex Macedonia iterum profectus venit in Italiam, quam antiquiores Graeci *Tyrseniam* vel *Tyrrheniam* appellare consueverant.

95. [c] *Lynceusque calidas eiiciens aquas potionum. Et Pissa saltusque Agyllae pecorosi*] Ostendit accuratius locum Italiae, ad quem *Aeneas* appulit, ubi *Lynceus*, fons calidus, ubi *Pisae* et *Agylla* urbes. Non nominat agrum *Laurentem* aut *Laurentum* ipsum, Aboriginum regiam, quoniam hoc magis vaticinanti convenire credidit, sed loca exprimit agro *Laurenti* proxima celebriora, *Lyncea* fontem, *Pissam* et *Agyllen* urbes. De *Lynceo* ita commentatur Tzetzes: *Λυγκεὺς δὲ ποταμὸς Ἰταλίας θέρμα ὕδατα ἔχων· ἐκλήθη δὲ οὕτως, ἐπειδὴ τὸ ὕδωρ αὐτοῦ πολλοὺς ὠμμάτωσεν, ἢ ὅτι ὁ παλαιὸς ἐκεῖνος Λυγκεὺς ἐν τῷ ῥείθρῳ αὐτοῦ ἐπνίγη. Lynceus Italiae est fluvius calidas aquas habens, sic dictus, quod multorum oculis medicinam fecerit: vel quod antiquus iste Lynceus in eo submersus sit.* Philippus Cluverius *Lynceum* putat esse amnem *Corniam* in *Etruria*, qui sub sinistro latere promontorii *Populonii* in mare exit, quoniam ad eius fontem aquae sunt *Volaterranae*, ad ostium vero *Vetuloniae*, ambae calidae, sic appellatae ab antiquissimis urbibus quondam ad has sitis. Quidquid sit de *Lynceo*, *Πίσσα* et *Ἀγγύλλη* notissimae sunt ab antiquissimis temporibus *Etruriae* urbes, quarum altera *Pisae* Romanis, altera *Caere* est appellata, quae [d]) Livio teste, *Aenèae* temporibus Mezentii atque *Etruscorum* regia erat: de quibus videri [e]) Dionysius potest.

96. [d] *Cum illis vero amicum hostis miscebit exercitum Nanus, errando omnem perscrutatus angulum Et maris et terrae*] Pergit Cassandra vaticinari, *Aeneam* postquam in Italiam circa dicta loca adpulisset, foedus facturum cum *Ulysse*. Hunc autem appellat *Νάνον*, sive quod vocabulo hoc *erro* denotaretur apud *Tyrrhenos*, sive quod hoc fuerit primum *Ulyssis* nomen. Utrumque in Tzetzis commentario legitur. De foedere vero hoc inter *Aeneam* et *Ulyssem* percusso, nihil, quod sciam, in Romanorum libris exstat. Nihilominus sive verum sive falsum tale foedus unquam factum, potuit saltem tale quid fieri. *Ulyssem* enim, ut ante

c) l. 2. It. Ant. p. 472. d) l. 1. c. 2. e) l. 1. p. 16. et alibi.

meandravisse, *Crotonae* in *Tyrrheno* exulasse ibi-
450 demque defunctum Theopompus scripsit: Hesiodus f) *Ulyssem* ex Circe Agrium atque Latinum, qui Tyrrhenis imperitaverint, suscepisse cecinit: Mamilius Tusculanus genus suum ad *Ulyssem*, Livio g) teste, referre solitus est: ut h) alia vestigia *Ulyssis* in Italiam adventum testantia taceam.

97. * *Simul quoque gemini filii Mysorum regis, cuius hastam aliquando domesticus Curvabit Deus vini, crura constringens viminibus Tarchon, et Tyrsenus, fervidi lupi Herculeo sanguine prosenitati.* Praeterea dicit *Aeneam* foedus iuncturum cum filiis regis Mysorum *Tarchonte* et *Tyrrheno*. Hoc Virgilius i) sequitur:

*Tarchon*
*Iungit opes foedusque ferit.*

*Tarchontem* Strabo k) ducem *Tyrrheni* facit non fratrem, eiusque opera duodecim Tusciae civitates a *Tyrrheno* ait conditas, in his *Tarquinios* desumpto ab eo vocabulo. Simul quod fabulati fuerint canum eum natum, quoniam sapivisset a puero. 98. Quando autem *Tarchon* et *Tyrrhenus* dicuntur τόκοι Μυσῶν ἔθνους, videtur *Atys* intelligi: quem *Mysorum* facit regem pro *Lydorum*, quoniam Lydiae nomen eius temporis adhuc erat incognitum. Conterminae autem regiones *Mysia* et *Lydia* et saepe propterea confundunt eas, alias propria appellatione Lydia appellanda *Maeonia* erat, quoniam ita prius dicta. 99. Dicuntur praeterea τοῦ Ἡρακλέους ἐκγεγῶτες αἱμάτων. Sed incerta admodum est haec cognatio: alii enim *Tyrrhenum Herculis* faciunt filium ex Omphale; alii nepotem ex Telepho, teste Dionysio l), Strabo Atyn *Herculis* ex Omphale, Lydum vero et Tyrrhenum Atyos facit filios. 100. Sed non video quomodo haec cognatio subsistere sine temporis offensione possit. Cum enim *Tyrrhenos* ante *Troiae* excidium in Italia fuisse, nec fuisse dantaxat, sed rerum [illegible] tos urbes plures condidisse, minimum triginta [illegible] hanc reipublicae eorum constitutionem [illegible] niunt: deinde minimum alii triginta aetatis [illegible] concedendi cum expeditionem in Italiam [illegible]

f) Theog. v. 1011. g) l. 1. c. 49. h) apud Str[illegible] 282. Theophr. l. 5. p. de Pl. c. 9. Plin. l. 15. c. [illegible] 10. v. 154. k) l. 5. p. 219. l) l. 1. p. 22. [illegible]

sic ut *Tyrrhenus* minimum sexaginta annis ante *Troiae* excidium natus esse debuerit. De *Heroulis* Alcmenae filii aetate non una apud veteres sententia est, aliis mortem eius magis, aliis minus ante *Troiae* captae Epocham contigisse opinantibus. Antiquus apud Clementem [m]) Chronologus Thrasyllus, *Herculem* Olympia certamina instituisse ait annis quatuor et viginti antequam Helena ab Alexandro rapta est. Eusebius Olympia ab *Hercule* instituta notat ad annum ccccxxx ante primam Olympiadem. De quibus si subducas annos ccccvii, quot ex Eratosthenis calculo a *Troia* capta ad eamdem primam Olympiadem effluxere, deprehenditur *Hercules* iuxta Eusebium Olympia instituisse anno ante *Troiae* expugnationem quarto et vicesimo. Unde diiudicatu facile est, *Tyrrhenum*, si per naturam *Herculis* filius esse potuerit, nepotem esse non potuisse. Nec Herodotus [n]) qui Lycophrone antiquior est, ullam *Herculeae* huius consanguinitatis facit mentionem: immo contra *Tyrrhenum* et Lydum filius facit Atyos, Atyn Manis. Unde dicendum videtur a poëta ideo ad *Herculem* horum genus relatum, quoniam in huius claritatem referri solitum, quidquid ubique magnificum videretur, ut alicubi Tacitus loquitur.

101. [f] *Ubi mensam ciborum plenam conspicatus Devoratam tandem a sociis Memoriam veterum Oraculorum recordabitur*] Hoc Oraculum de dapibus et mensis comestis Varro apud [o]) Servium *Troianis* dicit datum a Dodonaeo Jove apud Epirum. Late autem exsequitur [p]) Dionysius, Caesar, Lutatius, alii apud Originis gentis Romanae Auctorem.

102. [g] *Condet autem in regione ab Aboriginibus ultra Latinos Dauniosque habitata Arces triginta, partus recensens Scrofae nigrae*] Non male ad hunc locum Tzetzes: πάντα τολμητὰ βατὰ καὶ γραπτὰ τῷ Λυκόφρονι. scilicet obscuritatem adfectanti, ut imitetur Oracula. Primum enim Βορειγόνους appellat, qui appellandi erant Ἀβοριγῖνες· deinde dicit hos habitasse *ultra Latinos*, quasi *Latini* diversi ab *Aboriginibus* fuerint, aut *Aborigines* aut eorum pars *Aeneae* tempestate *Latini* dicti fuerint. Nisi forte lectio corrupta: quam suspicionem generare [q]) Stephanus potest, apud quem in Aldi-

m) l. 1. Strom. p. 336. n) l. 1. c. 94. o) ad l. 3. Aen. v. 257. p) l. 1. p. 44. et seq. q) v. Δαύνιον.

na Editione locus hic ita citatur: Ἔτι δὲ Λατίου Δαυνίου τ' ὠκισμένην. quasi videlicet *Latium* et *Daunium* Italiae urbes essent, ultra quas *Aborigines* habitarent. Xylander locum ad hodierna Lycophronis exemplaria emendavit: sed nunc exemplum urbis recensioni haud convenit. Similiter autem Aristoteles Λάτιον, teste [r]) Dionysio, fecit locum in Opica regione. Nemo tamen non videt in historia Romana vel leviter exercitatus loqui eum de *Lavinio* in *Aboriginum* regione circa Numicii amnis fontes ab *Aenea* (unde apud Plinium, *Ilienses Lavinii*) aliisque urbibus ab eius posteris in *Latio* conditis. Abiit autem in Oraculi huius explicatione non parum a Romanis Lycophron. Hic enim triginta porcellos, quos scrofa pepererat, de triginta arcibus sive urbibus ab *Aenea* et successoribus eius conditis interpretatur: cum Romani ad totidem annos, post quas nova iterum post *Lavinium* urbs a *Troianis* aedificanda, illud traxerint. 103. Deinde *Scrofam* hanc dicit *nigram*, quam plerique Romanorum *albam* fuisse contendunt.

451

104. Unde Tzetzes duplicis mendacii dicam Lycophroni impingit. 105. Sed Ioannes Meursius a priori absolvere conatur, simul valde reprehendit Tzetzem, quod πύργους de *urbibus* explicaverit: ipse contra existimat Lycophronem dicere *Aeneam Albae* in illis triginta turres aedificaturum ad numerum totidem porcellorum. Verum si haec mens Lycophronis fuit, non video quomodo dicere in sequentibus possit:

106. [h] *Cuius etiam in urbe una imaginem dedicat Aere fusam et porculorum lacténtium*] Scilicet *istis triginta*. Gulielmus Canterus, qui ante Meursium Lycophronem edidit, Tzetzem plane sequutus est, tamen ut existimet, quoniam illud de *triginta* [illegible] ab *Aenea* conditis defendi vix ulla ex historia [illegible] poëtam veniam omnino mereri, quod Chalcidensis [illegible] in historia Romana, quae ipsius aetate pauciis [illegible] erat, minus versatus fuerit. 107. Sed nemo ex [illegible] bus istis interpretibus rem acu, ut dicitur, [illegible] videtur. Non Tzetzes, quod Lycophronem [illegible] explicaret, mendacii temere postulaverit: non [illegible] sius, quod πύργους de turribus murorum et [illegible]

r) l. 1. p. 58.

bis *Albae*, cum vel ex sua sententia *Lavinii* dicere debuisset, explicaverit: non Canterus, quod Lycophronem male contra Tzetzis accusationem deprecando defenderit. 108. Ego enim plane existimo Lycophronem per *triginta arces* sive *urbes* ab *Aenea* vel eius posteris conditas (isti enim *Aeneae* in hoc vaticinio inesse intelligendi sunt, ipso monstrante poëta in sequentibus, *ἐν ὀψιτέκνοις δομήσεται*) intelligere colonias *Priscas Latinas*, quae a regibus Albanis praecipue vero Latino Sylvio conditae sunt, quarum frequens mentio in veterum monumentis. *Priscae* autem haec appellabantur, ut distinguerentur a coloniis, quae deinceps a Romanis deductae fuerunt. 109. Explicationis huius fundus Dionysius Halicarnassensis, qui *Albam* triginta coloniarum Latinarum matrem et ab ultima earum eversam exserte notat. Verba merentur huc transcribi e. lib. III. [s]) *Ἡ μὲν δὴ τῶν Ἀλβανῶν πόλις, ἣν ἔκτισεν Ἀσκάνιος ὁ ἐξ Αἰνείου τοῦ Ἀγχίσου καὶ Κρεούσης τῆς Πριάμου θυγατρὸς, ἔτη διαμείνασα μετὰ τὸν οἰκισμὸν πεντακόσια τριῶν ἐπὶ τοῖς δέκα δέοντα, ἐν οἷς πολλὴν ἔσχεν ἐπίδοσιν εἰς εὐανδρίαν τε καὶ πλοῦτον καὶ τὴν ἄλλην ἅπασαν εὐδαιμονίαν, ἡ τὰ τριάκοντα Λατίνων ἀποικίσασα πόλεις, καὶ πάντα τὸν χρόνον ἡγησαμένη ταῦ ἔθνους, ὑπὸ τῆς ἐσχάτης ἀποικίσεως καθαιρεθεῖσα, ἔρημος εἰς τόνδε χρόνον διαμένει. Albanorum igitur urbs, quam condiderat Ascanius ex Aenea Anchisae filio et Creusa Priami filia progenitus, quae steterat per quingentos annos, tredecim minus, ex quo fuerat condita: quo tempore multum hominum frequentia et opibus et reliqua felicitate creverat: et quae triginta Latinas colonias condiderat, et semper eius gentis imperium habuerat, a novissima sua colonia eversa ad hoc usque tempus deserta permanet.* Infra quoniam regno Albano peculiarem destinavimus locum, in singulas hasce colonias inquiremus. 110. Apparet autem ex hoc Lycophronis loco non adeo ignarum eum fuisse historiae et rerum Latinarum, 111. quippe qui sciverit apud Lavinienses aut Romanos scrofam cum triginta porcellis ex aere fusam in publico positam. Varro lib. II. de R. R. [t]) *Parere* (scrofam) *tot oportet porcos quot mammas habeat. Si minus pariat, fructuariam idoneam non esse: si plures pariat*

s) p. 172. t) c. 4.

*esse portentum. In quo illud antiquissimum fuisse scribitur, quod sus Aeneae Lavinii triginta porcos peperit albos. Itaque quot portenderit, factum triginta annis, ut Laviniensea condiderint oppidum Albam. Huius suis ac porcorum etiam nunc vestigia apparent Lavinii: quod et simulacra eorum ahenea etiam nunc publico posita et corpus matris ab sacerdotibus, quod in salsura fuerit, demonstratur.* 112. Romae ubi pariter haec simulacra conspiciebantur, *grunduleis lares*, Nonio teste, appellabantur.

113. [i] *In aede autem exstructa Myndiae Pallenidi Imagines patriorum ponet deorum*] Intelligit *Penates*, simulacra *Magnorum Deorum* tum *Palladium*, quae Arctinus, teste [u]) Dionysio, ab *Aenea* in Italiam translata cecinit. Haec primo quidem *Lavinii* in *Minervae*, ut hic dicitur, templo posita, inde *Albam*, Alba *Romam* translata creduntur. Ex his *Palladium* [x]) in *Vestae* templo a Virginibus ibi custodiebatur: *Penates* vel in eodem, prout Tacitus [y]) opinatus est et innuere Festus [z]) videtur et Cicero [a]), vel in *Penatium* deorum aede, quae in Velia apud forum Romanum fuit. In
452 hac enim Dionysius [b]) servatas ait imagines *Troianorum Deorum*, duos hastatos iuvenes habitu sedentium operis antiqui cum inscriptione, *ΔΕΝΑΣ*. qui a Graecis diversis nominibus hos appellatos docet; ab aliis enim *Πατρώους* dictos, ab aliis *Γενεθλίους*, ab aliis *Κρείους*, ab aliis *Μυχίους*, rursus ab aliis *Ἑρκίους*, a Romanis *Πενάτας*.

114. [k] *Quas certe negligens et uxorem et liberos Et possessionem aliam opimam cimeliorum Cum suis patre venerabitur*, etc.] Talia Graecos de *Aenea* [illegible] ex Xenophonte [c]) patet, qui Lycophrone antiquiores [illegible] e quibus hausit deinceps Aelianus. [d]).

115. [l] *Multum celebratam in bellis patriam Per posteros faciet felicem, Urbem, excelsos iuxta Circaei saltus Argoumque portum inclytum*] Per obscuras [illegible] bages *Romam* aedificatum iri ab *Aenea* [illegible] nuit. Hanc autem a praecipuo attributo, bellis [illegible] cet virtute conspiciendam dat, deinde et [illegible] obscuritati studens ostendit laxius, *Circaeo* [illegible]

u) l. 1. p. 56. x) Dionys. ib. y) lib. 15. c. 41. z) v. Festus. a) l. 2. de N. D. c. 27. b) l. 1. p. 56. c) Cyrop. p. 974. d) l. 8. V. H. c. 22.

promontorio, quod antiqui Latii quondam terminus; portu *Argoo* ab Argo navi sic dicto, in insula *Aethalia*, quam Latini *Ilvam* vocant; *Caieta*, *Fucino lacu*, *Titonio amne*, *et antro Cumano*. Sed videamus singula.

116. [m] *Aeeten magnum*] Intelligit portum *Caietae* et ab illo *Romam* etiam cognoscendam exhibet, quem nonnulli *Αἰήτην* putarunt primo dictum, ab *Aeeta*, Circes sive fratre sive patre, teste [e]) Diodoro Siculo, Argonautarum temporibus.

117. [n] *Et paludis Phorces Marsionidis aquas*] [f]) Cluverius partim ex nomine *Marsorum* partim ex intervallo quingentorum stadiorum, quot lacum hunc ab Urbe Roma dissitum scribit Tzetzes, vidit *lacum Fucinum* intelligi, qui a Claudio, Tacito [g]) teste, emissus est.

118. [o] *Titoniumque fluentum, quod sub terram Mergitur in obscuras specus profunditates*] [h]) Cluverius pro *Τιτώνιον* hic legit *Πιτώνιον:* [i]) Plinio enim fons *Piconia*, Vibio Sequestro amnis *Pitornius* influere in lacum *Fucinum* dicuntur: e quibus primam vocis syllabam apud nostrum putat reformandam, apud hos vero e nostro secundam. Nam *Τίτων ποταμὸς Ἰταλίας ἐγγὺς Κιρκαίου, ὁ οὐκ εἰς θάλασσαν ῥέει, ἀλλ' ὑπὸ τῆς γῆς καταπίνεται, ὡς φησὶ καὶ Φιλοστέφανος.* uti hoc loco habet Tzetzes, circa *Circaeum* promontorium occurrit nusquam, atque ex hoc loco confictus videtur.

119. [p] *Et Zosterii rupem, ubi virginis Sibyllae immane est domicilium Cavo antri barathro contectum*] *Antrum Cumanum* intelligit, quod appellat *Apollinis rupem*, quoniam in hac Sibylla ex Apollinis templo responsa dabat: templum autem ipsum antrum erat. De hoc Virgilius in sexto:

*At pius Aeneas arceis, quibus altus Apollo*
*Praesidet, horrendaque procul secreta Sibyllae*
*Antrum immane petit.*

et paullo post:

*Teucros vocat alta in templa sacerdos*
*Excisum Euboieae latus ingens rupis in antrum.*

et Claudianus in quarto de Honorii Consulatu:

*Chaldaei stupuere senes, Cumanaque rursus*
*Intonuit rupes, rabidae delubra Sibyllae.*

e) lib. 4. p. 181. f) l. 1. It. Ant. p. 763. g) l. 12. c. 56. et 57. h) Ibid. i) l. 31. c. 31.

120. Libet igitur post haec interrogare, si *Aeneas* cum *Troianis* in Italiam non venerit, quid induxerit Graecos, ut hoc adfirmarent, et quidem illis temporibus, antequam aut Roma nondum esset a Romulo condita; aut Romani nulla adhuc extra Italiam arma protulissent, et per consequens antequam ullum mendacio pretium?

453 CAPUT UNDECIMUM.

DE REGNO ALBANO, COLONIIS PRISCIS LATINIS, URBE ROMA ET ROMULO.

1. Troianorum *in Italiam* adventum *probat clarissime exortus paullo post* regni Albani, *cuius regia* Alba Longa, 2. *ab* Alba *fluvio et forma sic dicta:* 3. *series regum* Albanorum *cum annis regiminis.* 4. *Livius in numero regum cum Dionysio convenit, non nominibus,* 5. *Eusebius et Syncellus nec in nominibus nec in annis.* 6. *Tempus a* Troia *capta ad primam Olympiadem a.* 407. *ut Eratosthenes non* 433. *ut Marmor Parium:* 7. *quia Dionysius Eratosthenem sequitur.* 8. *quod ostenditur,* 9. *ex duobus eius locis:* 10. *Diodorus item et Apollodorus.* 11. *contra incerta Marmoris Parii fides.* 12. *Respondetur ad viri docti primum contra Eratosthenis calculum argumentum,* 13. *item ad alterum.* 14. Aeneae *et Ascanii apud Dionysium anni contra Glareanum adstructi.* 15. *Nomina regum* Aeneae *et* Capyos Troianam *produnt originem.* 16. *Dissensus super quarto rege.* 17. *Duodecimum terrae motu in lacum* Albanum *cum regia praecipitatum confirmatur loci αὐτοψίᾳ.* 18. *regnum* Albanum *exstitisse probant res eius gestae, in quibus* xxx. *coloniae.* 19. *magnam partem a Latino Silvio deductae,* 20. Priscae Latinae *Romanis,* 21. *Ennio* Cascae dictae. 22. *ex quibus* xxv. *erutae.* 23. *non omnes de novo aedificatae,* 24. *uti nec* Roma *a* Romulo, 25. *qui non videtur Rheae Silviae filius ob plures rationes.* 26. *quo spectare videntur et Livii verba in Praefatione.* 27. adventum Troianorum *testatum etiam S. P.*

*Q. R. omni tempore*, 28. *probatur pluribus testimoniis*. 29. *in quibus Graeca epistola, cuius Suetonius meminit, ad* Seleucum *Philopatorem scripta*, 30. *Bocharto ignoratum*. 31. *Item immunitate* Iliensibus *data*. 32. *Eumdem probant Romanorum sacra*, 33. Aeneae *iter*, 34. *clarae aliquot apud Romanos familiae*. 35. *concluditur*.

Sed luce meridiana clarius *Troianorum* in Italiam *adventum* ostendit novi regni exortus eumdem statim in iisdem locis subsecutus, cuius sedes *Alba Longa*, ab Euryleone sive Ascanio, *Aeneae* filio, triginta [a]) circiter annis post Lavinium ad lacum in montis *Albani* dorso aedificata, 2. appellataque *Alba*, si [b]) Diodoro potius credimus, quam suis albae fabulatoribus, ab *Alba* fluvio, quo nomine tunc vocatus, qui postea Tiberis dictus est: a quo non multum abeunt illi ipsi, qui fabulam albae suis sequuti sunt, dum nomen fluvii prius *Albulae* fuisse dicunt. *Longae* vero cognomentum a situs forma traxit, ut distingueretur ab alia cognomine. 3. Seriem regum *Albanorum* ab *Aenea* descendentium simul cum annis regiminis in sequenti laterculo subiicimus.

a) Dionys. l. 1. p. 53. Livius l. 1. c. 3. b) apud Sync. 194. et 181.

*Laterculus Regum Albanorum.*

| Albani Reges iuxta Dionysium. | Anni singulorum. | Anni Per. Iulianae. | Albani Reges iuxta Eusebium. | Anni singulorum. | Albani Reges iuxta Syncellum. | Anni singulorum. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 1. *Aeneas* | 6. | 3532. | 1. *Aeneas* | 3. | 1. *Aeneas* | 3. |
| 2. *Ascanius* | 37. | 3537. | 2. *Ascanius* | 38. | 2. *Ascanius* | 37. |
| 3. *Silvius* | 29. | 3574. | 3. *Sylvius* | 29. | 3. *Silvius* | 29. |
| 4. *Aeneas S.* | 31. | 3603. | 4. *Aeneas S.* | 31. | 4. *Iulius S.* | 31. |
| 5. *Latinus S.* | 51. | 3634. | 5. *Latinus S.* | 50. | 5. *Aeneas S.* | 50. |
| 6. *Alba S.* | 39. | 3685. | 6. *Alba S.* | 39. | 6. *Silvius* | 30. |
| 7. *Capetus S.* | 26. | 3724. | 7. *Aegipus sive Atys S.* | 24. | 7. *Anchises* | 10. |
| 8. *Capys S.* | 28. | 3750. | 8. *Capys S.* | 28. | 8. *Aegyptius S.* | 20. |
| 9. *Calpetus S.* | 13. | 3778. | 9. *Carpentus S.* | 13. | 9. *Caepus S.* | 31. |
| 10. *Tiberinus S.* | 8. | 3791. | 10. *Tiberinus S.* | 8. | 10. *Tiberius S.* | 51. |
| 11. *Agrippa S.* | 41. | 3799. | 11. *Agrippa S.* | 40. | 11. *Aremulus S.* | 19. |
| 12. *Allades S.* | 19. | 3840. | 12. *Aremulus S.* | 19. | 12. *Carmentus* | 16. |
| 13. *Aventinus S.* | 37. | 3859. | 13. *Aventinus S.* | 37. | 13. *Silvius* | 18. |
| 14. *Procas S.* | 23. | 3896. | 14. *Procas S.* | 23. | 14. *Procas* | 32. |
| 15. *Amulius S.* | 42. | 3919. | 15. *Amulius S.* | 44. | 15. *Amulius S.* | 23. |
| 16. *Numitor S.* | 2. | 3961. | | | 16. *Numitor S.* | 2. |
| Roma condita | 432 | 3962. | | 426. | | 402. |

4. Livio in numero regum cum Dionysio convenit, 454
sed *Capetus* ipsi *Atys*; *Calpetus*, *Capetus*; *Allades*, *Romulus*; annos vero non adiicit. Reliqui neque annos numerant, neque omnes memorant reges, ut Virgilius, Ovidius et Auctor Originis gentis Romanae: qui tamen in eo omnes superat, quod auctores, unde sua deprompserit, quos supra enumeravimus, nominet. 5. Eusebius et Syncellus adhuc magis in nominibus et annis a Dionysio abeunt. Sed sicuti horum serior aetas in Chronologicis peritia minor, sic inferior auctoritas.

6. Et fuit tempus, quod a *Troia* capta ad primam Olympiadem elapsum est, in magna apud [c]) Graecos sententiarum varietate positum. Maxime tamen communis Eratosthenis fuit sententia, CCCCVII annos huic intervallo imputantis. 7. Quam quoniam Dionysius sequutus est tamquam veriorem, nos quoque amplexi sumus contra Marmoris Parii auctoritatem, CCCCXXXIII adsignantis. 8. Cum enim ex Catonis sententia Urbem a Romulo conditam ponat anno secundo et tricesimo super quadringentesimum post *Troiae* casum, eumque iuxta Eratosthenis Canones primum numeret Olympiadis septimae, efficitur quadringentis septem annis intervallum hoc eumdem definivisse. 9. Facit autem hoc in [d]) duobus locis, ne quis de errore suspicetur, et in altero etiam expressis Catonis et Eratosthenis nominibus: ubi etiam singulari libro a se ostensum addit incorruptas esse regulas, quibus Eratosthenes usus est. Et hanc fuisse Eratosthenis sententiam exserte [e]) Censorinus tradit: sive quod idem est, Choroebum stadium vicisse octavo super quadringentesimum post *Troiam* captam anno, a quo Olympias prima vulgo numerari coepta est. 10. Et hanc sententiam Diodorum pariter sequutum patet ex eo, quod iuxta Apollodorum a capta *Troia* ad reditum Heraclidarum octoginta, inde ad primam Olympiadem trecentos et viginti octo annos numeret, ex temporibus Lacedaemoniorum regum collectos. 11. Nemo igitur miretur, quod tantos viros contra Marmoris Parii auctoritatem sequuti simus: cum ipse [f]) vir doctus, qui huius auctoritatem Eratosthenis Canonibus nuper anteposuit, nescire se fateatur, qua ratione eius numerus consurgat. 12. Nec

c) Censor. de D. N. c. 21. d) l. 1. p. 57. et p. 60. e) de D. N. c. 21. f) Ioannes Marshamus Chron. Disq. p. 315.

Eratosthenei calculi fidem elevat, ut idem putat, quod Eurysthenes, Aristodemi filius, apud Eusebium ponatur regnum occepisse anno post *Troiam* captam primo et octogesimo, qui secundus ab Heraclidarum in Peloponnesum reditu, cum [g]) Herodotus ex Lacedaemoniorum fide Dorienses non ab Aristodemi filiis, sed ab ipso rege deductos scribat: nec diu post Aristodemi uxorem geminos peperisse: quibus commodum natis ipsum morbo decessisse atque in eius locum iuxta legem e pueris eum, qui erat primogenitus, suffectum. Quae cuncta facta fuisse anno uno ut non impossibile, sic minus tamen verisimile, et propterea regnum Lacedaemoniorum apud Eusebium *κατ' ἐλάττωσιν* peccare videtur. Sed Eusebius intervallum a *Troia* capta ad primam Olympiadem facit annorum cccc v, Eratosthenes fecit cccc vii. Unde ab introitu Aristodemi, qui octogesimo post *Troiam* captam anno secundum [h]) Thucydidem eiusque Scholiasten contigit, ad Eurysthenis exordium non annus, ut Eusebius ponit, sed tres anni elapsi fuerunt, si ab Eurysthene, ut idem numerat, ad primam Olympiadem Spartae regnatum annis trecentis quinque et viginti. Et haec videtur fuisse Eratosthenis sententia, certe Apollodori fuit, trecentos octo et viginti post Heraclidarum reditum numerantis, cum Herodoto optime conveniens. 13. Nec Eratosthenem, ut idem vir doctus putat, collegisse annos huius intervalli ex *γενεαῖς* regum Lacedaemoniorum, supputando tres *γενεὰς* pro centum annis, ut [i]) Herodotus facit in fabulosis Aegyptiorum successionibus, sed ex ipsis annis, quibus singuli ab Eurysthene ad Alcamenem regnaverunt, patet ex eo, quod anni priorum novem regum diligenter nobis ab Eusebio conservati sint: a quo Syncellus non abit nisi in unius Agesilai, cui quadraginta unum tribuit, Eusebius tres amplius. Ut taceam Eratosthenem et Dionysium ad Chronologiam istorum temporum describendam etiam annis Principum Atheniensium Corinthiorumque usos, qui etiam ad nos utcumque propagati, aliisque praesidiis, quibus hodie caremus, instructos. Quod certe colligi multis indiciis potest. Unde nihil temere de Eratosthenis Chronologia, quam Dionysius, tantus vir, ostendit incorruptam, hodie pronuntiandum est.

g) l. 6. c. 52. h) l. 1. p. 10. i) l. 2. c. 142.

14. Adsignavi autem in serie regum *Albanorum* iuxta Dionysium *Aeneae* sex annos non septem, Ascanio septem et triginta non octo, quoniam putavi hoc potius ipsius sententiae convenire, quam cum Henrico Glareano contra expressa eiusdem verba Latino et Agrippae ex Eusebio annum cuique detrahere. *Aeneam* enim [k]) septimo fere post *Ilium* captum anno, Ascanium [l]) octavo et tricesimo regni ex hominibus exemptos scri- 455
bit. Atque ita exacte constat ratio et ex singulorum regum annis Romam secundo et tricesimo super quadringentesimum post *Troiam* captam anno conditam patet.

15. Praeterea ipsa regum nomina, *recidiva vocabula Troiae*, ut Naso canit, *Aeneae* et *Capyos*, haud obscure *Troianam* produnt originem. In Syncelli latérculo etiam *Anchises* comparet, sed huic fidi tuto non potest, quoniam et in reliquis a Dionysio et Livio abit. 16. Tantum ex Eusebio discimus, fuisse iam olim super quarto Latinorum rege inter auctores dissensum, quem ipse tamen cum Dionysio facit *Aeneam Silvium*; Syncellus vero *Iulium Silvium* quartum, *Aeneam Silvium* quintum. Sed tamen neque istos dissentientes Georgius sequutus est, uti patet ex Eusebii verbis: *In alia historia reperimus quartum Latinum Sylvium regnasse, Laviniae et Melampodis filium, uterinum fratrem Posthumi, et quintum qui nunc hic quartus ponitur, Sylvium Aeneam, Posthumi filium.* 17. Duodecimus *Ἀλλάδης* dicitur in vulgatis Dionysii exemplaribus, in MS. *Ἀλλώδιος*, in versione Latina *Alladius*, Eusebio *Aremulus*, quomodo etiam vocatur Aufidio in Epitomis, et Domitio lib. 1. apud Auctorem Originis gentis Romanae, qui hunc *non fulmine ictum, sed terrae motu prolapsum, simul cum eo regiam in Albanum lacum* tradunt: quod etiamnum ipsa loci inspectione confirmatur, uti primus notavit [m]) Lucas Holstenius. Nam cum verisimile, regum Albanorum arcem fuisse in tumulo eminentiore, ubi hodie Gandulfi Castellum positum est, in eo ipso loco lacus margo admodum praeceps inspicientibus praebet ruinae huiusmodi suspicionem.

k) l. 1. p. 52. l) l. 1. p. 56. m) Annot. in Cluv. It. Ant. p 908..

18. Iam si huius regni res gestas, quarum memoria adhuc conservata est, intueamur, an dubitari potest id exstitisse? In his vero agmen ducunt triginta coloniae quaquaversum in Latio et extra illud, teste [n]) Dionysio, conditae, a quarum ultima metropolis tandem ipsa eversa est. De quibus quoniam supra promisi me hic acturum, idque meretur Lycophronis locus non satis hactenus intellectus, tentemus an has eruere valeamus.

19. Et primum quidem auctor Originis gentis Romanae decem enumerat, *regnante Latino Silvio coloniae deductae sunt, Praeneste, Tibur, Gabii, Tusculum, Cora, Pometia, Locri, Crustumium*, (*Crustumerium* aliis) *Cameria, Bovillae.* 20. Livius [o]) etsi nullos nominet colonos tamen ab eo deductos, qui *Prisci Latini* appellati, memorat, quorum frequens deinceps apud eum mentio est. Plures autem ab hoc quam ullo reliquorum regum colonias conditas verisimile facit diuturnum eius imperium. Ceterum Dionysio non tantum qui a Latino conditi *Priscorum Latinorum* nomine coloni veniunt, sed qui sub reliquis etiam *Albae* regibus deducti. Quem sequitur Festus: *Priscae Latinae coloniae appellatae sunt, ut distinguerent a novis, quae postea a populo dabantur.* 21. Ennius Oscos *Cascos* vocavit [p]) Cicerone et [q]) Varrone testibus. 22. Pleraeque autem ex his decem apud alios scriptores pro talibus commemorantur. Immo ipsos *Locros* Epizephyrios tanto intervallo extra *Latium* positos Conon [r]) a *Locro*, Phaeacis filio, temporibus Latini, Italorum regis, conditos scribit, qui cum parte incolarum insulae Corcyrae, tunc adhuc Scheriae dictae, in Italiam venerit et Laurinam Latini filiam uxorem duxerit. Praeter has a [s]) Virgilio Latino adhuc tribuuntur quinque aliae, *Nomentum, Fidenae, Collatia, Castrum Inui* et *Bola.* Quibus [t]) Livius non expressis regum nominibus addit *Politorium, Tellenas, Ficanam,* [u]) *Cornicolum, Ficulneam* vel *Ficuneam Veterem* et *Ameriolam*, urbes sex. Solinus praeter *Albam* et Fidenas, quae commemoratae, etiam *Antium* ab Ascanio constitutum prodit. Dionysius plures ex hactenus enume-

n) l. 3. p. 172. o) l. 1. c. 3. p) l. 1. T. Q. c. 12. q) l. 6. d. L. L. p. 70. r) apud Phot. Narrat. 3. s) l. 6. v. 772. et seqq. t) l. 1. c. 33. u) l. 1. c. 33.

ratis *Albanis* tribuit et praeter istas [x]) *Medullam* et [y]) *Labicos*. Sic ut quinque quaerendae adhuc restent: ipsa enim *Roma* tricesima est.

23. Sicuti autem plures ex triginta hisce coloniis non de novo ab *Albanis* aedificatas, sed urbes fuisse iam exstantes horum duntaxat colonis frequentatas et res ipsa dictat, et veterum multi testantur: 24. ita neque *Romam* de integro a *Romulo* primum conditam plura argumenta probant. Quae quoniam diligenter a Cluverio collecta sunt, adducere supersedeo.

25. Ipsum etiam *Romulum*, si quis neget Rheae Silviae filium, Numitoris fuisse nepotem non multum refragabor. Validam enim contra hanc originem suspicionem multa praebent. Ut quod Amulii iussu cum Remo fratre abiectus fuerit in Tiberim, cuius alveus in minima distantia *Alba Longa* aberat quatuordecim milliariis, vel ut Dionysius [z]) centum et viginti fere stadiis: cum in proximo urbis lacus esset profundissimus ad submergendos recens natos infinitis partibus aptior. Subiicit quidem aliquid [a]) Dionysius, quod 456
responderi ad hanc difficultatem possit: legem videlicet *Albae* fuisse, qua Virgo Vestalis ob violatam pudicitiam virgis caederetur ad necem, proles abiiceretur in fluvium, iuxta quam iudices in Rheam sententiam tulerint. Sed valde vereor legem hanc ex ipsa expositionis historia fabricatam: praesertim cum non desint alia haud minoris momenti originem hanc elevantia. Nomen *Romuli* et *Remi* unicum, certissimum ignobilitatis indicium: ut non levis sit [b]) Varronis lapsus, qui simplici horum nomine adductus putavit veteres Romanos unicum duntaxat nomen habuisse. Diversitas insuper in nomine matris *Romuli*, non levius indicium: haec enim ab aliis *Rhea Silvia*, ab aliis *Ilia* ab aliis *Rhea*, ab aliis *Silvia*, ab [c]) Aeliano *Servia*, apud quem tamen rescripsit *Silvia* Ioannes Schefferus, in titulo Epigrammatis veteris apud Salmasium [d]) *Servilia*, *Σερβηλία*, aliis aliter dicitur. Quod si Silvia sive Rhea sive Ilia vera *Romuli* mater, cur non aeque in huius honorem feriae indictae, quam in nutricis Ac-

x) l. 3. p. 136. y) l. 8. p. 494. z) l. 1. p. 65. a) l. 1. p. 64. b) in Fragm. de Nominibus. c) l. 7. V. H. c. 16. d) in Exerc. Plin. p. 13.

cae Larentiae memoriam [e]) Larentinalia, aut [f]) Fratres Arvales instituti? Nisi forte [g]) Parilia vel Palilia eo quis trahenda existimet. Cultus item religiosus a principio Urbis per annos centum et septuaginta, [h]) Varrone teste, absque ullis imaginibus: controversiae et simultates lethiferae inter fratres natae, et *Remuria* [i]) triginta stadiis ab Urbe dissitus collis condendae pariter urbi a *Remo* delectus non mediocriter originem hanc labefactant. Si enim *Romulus* et *Remus* Silvia geniti fuerint, cur cum in *Albano* regno, deiecto Amulio repositoque ab his avo Numitore, deessent regni heredes, non maluit *Remus* firmare sibi certissimam veteris regni possessionem quam super incerta novi cum fratre altercari? Denique nomen Urbis, *Roma*, magnum contra hanc originem praebet indicium. Magis enim verisimile *Romulum* a *Roma*, quam *Romam* a *Romulo* denominatam; partim ex terminatione diminutiva nominis *Romulus*, unde *Romulia* deduci non *Roma* potest: partim quod *Roma* vox mere Graeca, quae in sacris Latino vocabulo *Valentia* versa; quod ἀνεκφώνητον diu habitum enuntiavit tandem Valerius Soranus [k]) Tribunus plebis, sed morte garrulitatem hanc luere coactus. Ratio cur innotescere nomen illud Romani noluerint fuit, ne cognito eo hostes carminibus et praestigiis Numen hoc tutelare evocarent, uti alibi [l]) Plutarchus docet.

26. Ex quibus aliisque similibus non temere forte *Albanam* quis Romuli originem revocare in dubium posset: nec propter aliud Livius ita praefatus videtur: *Quae ante conditam condendamque Urbem poëticis magis decora fabulis, quam incorruptis rerum gestarum monumentis traduntur, ea nec affirmare nec refellere, in animo est. Datur haec venia antiquitati, ut miscendo humana divinis primordia urbium augustiora faciat.* Sed inde inferre *Romam* a *Romulo* non fuisse conditam vel colonis frequentatam, quo tempore Romani uno ore id factum testantur, tam absurdum videtur, ut nulla refutatione indigeat.

27. Accedit, quod non tantum regnum hoc, *Alba-*

e) Macrob. l. 1. Sc. c. 10. et Ovid. f) Plin. l 18. c. 2. Gell. l. 6. c. 7. g) Sol. c. 1. h) apud Augustin. l. 4. de C. D. c. 31. i) Dionys. l. 1. p. 73. k) Plinius l. 3. c. 5. l. 28. c. 3. Servius ad l. 1. Aen. v. 280. l) Quaest. Rom. p. 278.

*num*, praeter testimonia superius adducta, adventum *Troianorum* clarissime testetur, sed ipse etiam Senatus populusque Romanus ab immemoriali, ut loquuntur, tempore origines suas ad *Troianos* retulerint. Quod vel respectu *Albae* sub Tullo Hostilio in Romanam civitatem insitae, si nulla alia caussa subfuerit, fieri sine mendacio potuit. 28. Hinc Attalo regi legatos Romanorum, qui ad petendam Pessinunte Matrem Idaeam a. 549. missi sunt, venditasse hanc originem [m]) Herodianus auctor est. Et hoc fundamentum fuit omnium privilegiorum et immunitatum, quas Romani indulsere perpetuo *Iliensibus*, ex quo primum illorum imperium extra Italiam extensum est. Hinc in foedere pacis cum Antiocho Magno initae a. 565. *Iliensibus*, teste [n]) Livio, *Rhoeteum et Gergithum addiderunt, non tam ob recentia merita quam originum memoria.* 29. Postea Seleuco Philopatori, Antiochi huius filio *Senatus populusque Romanus amicitiam et societatem ita demum* pollicitus est, *si consanguineos suos Ilienses ab omni onere immunes praestitisset*: uti patet ex vetere epistola Graeca temporibus Claudii recitata, cuius meminit [o]) Suetonius. Non additur quidem Seleuco huic Philopatoris cognomentum, sed alium non posse intelligi ex historia evincitur. Romanis enim ante Antiochi Magni tempora vix ullum cum Syriae regibus commercium, certe nulla sic pro imperio agendi caussa: devicto Antiocho fortuna Romanorum perpetuo Syriae regibus incubuit. Post Seleucum vero, qui Philopator cognominatus est, nullus amplius inter Syriae reges hoc nomine fuit. Nam Seleucum Demetrii Nicatoris filium, Antiochi Grypi fratrem diadema quidem sumpsisse, sed quod iniussu matris Cleopatrae id fecisset ab ea sagitta confossum Appianus scribit. Et e quinque Antiochi Grypi filiis Seleucus primogenitus regium in Syria nomen aliquantisper praetulit, sed nunquam solus, verum quo tempore aut eius patruus Antiochus Cyzicenus, aut huius filius Antiochus Eusebes se pariter pro Syriae regibus gererent: donec ab hoc etiam regno exutus civilique apud Mopsuestiam seditione vivus exustus est. 30. Unde perperam Bochartus epistolam hanc ad Seleucum, quem tamen igno-

m) l. 1. c. 11. n) l. 38. c. 39. o) Cl. c. 25.

rare se profitetur, ante Antiochi Magni tempora scri-
457 ptam existimat. 31. Hinc Sulla [p]) confecto Mithridatico bello primo exutoque Fimbria ordinans Asiam *Ilienses* liberos pronuntiavit atque inter populi Romani socios adscripsit. Caesar Dictator [q]), qui ab Iulo *Aeneae* filio originem arcessebat, praeter libertatem immunitatemque agrum etiam attribuit. Sub Claudio cum controversia super his privilegiis iis relata esset, [r]) Nero sedecim tunc annos natus defendit Graeca oratione et ut [s]) publico munere solverentur, impetravit. Unde neque haec eorum immunitas [t]) Iurisconsultorum veterum diligentiam praeteriit.

32. Praeterea testantur hunc *adventum*, Dionysio teste, Romanorum sacra, festi dies, libri Sibyllini, cum Pythicis Oraculis. Certe Palladium et Magnorum Deorum simulacra magnum pro hoc *adventu* argumentum praebere nemo facile negaverit. Etsi enim plures iactaverint se *Iliacum* Palladium possidere, tamen nullos maiore veritatis specie quam Romanos hoc fecisse ex iis, quae ante dicta sunt, constat.

33. Iam ipsum *Aeneae* iter diligentissime a [u]) Dionysio descriptum, quam multa servavit vestigia transitum eius adhuc Dionysii temporibus testantia?

34. Denique testantur hunc *adventum* plures claras apud Romanos gentes *Iulia*, *Aemilia*, *Atia*, *Caecilia*, *Cloelia*, *Cluentia*, *Gegania*, *Iunia*, *Memmia*, *Nautia*, *Sergia*, aliaeque plures, de quibus Hyginum quondam commentatum Servius [x]) scribit, quas omnes mendaces fuisse parum verisimile est.

35. Ex quibus omnibus tam clare constare existimo *Aeneam* cum *Troianis* in Italiam venisse, quam ullum eventum, quantumvis debito modo in historia perscriptum, verum esse cordati credant.

p) Strabo l. 13. p. 594. Appian. Mithr. p. 211. q) Strab. p. seq. r) Suet. N. c. 7. s) Tac. l. 12. c. 58. t) L. 17. de D. de Excus. l. 1. D. ad Munic. u) l. 1. p. 89. et seqq. x) ad l. 5. Aen. v. 889.

## CAPUT DUODECIMUM.

### PHILIPPI CLUVERII, PRAECIPUE SAMUELIS BOCHARTI ARGUMENTA CONTRA AENEAE ADVENTUM ADDUCUNTUR ET REFUTANTUR.

1. Philippi Cluverii *argumenta tria contra* Aeneae adventum, *regnum* Albanum, Romulum *et* Remum: 2. *quibus inductus ut sibi historiam fingeret.* 3. *Refutatur primum eius argumentum*, 4. *secundum*, 5. *tertium.* 6. *ostenditur absurditas historiae eius fictitiae.* 7. Samuel Bochartus *a* Cluverio *seductus qua occasione publice hunc errorem propugnaverit.* 8. *Primum eius argumentum proponitur, petitum ex Homeri loco,* 9. *item Hymno in Venerem,* 10. *nixum etiam Strabonis auctoritate.* 11. *ad quod respondetur, Strabonem quidem fuisse in hac sententia, Homerum non favere Romanis;* 12. *sed errasse,* 13. *uti clare ex historia evincitur,* 14. *item ex Dionysii interpretatione,* 15. *quam* Bochartus *infringere conatus* 16. *frustra.* 17. *alia eiusdem instantia pro Strabonis explicatione Homerica solvitur.* 18. (*Eustathii error*) 19. *et instantiae fundamentum* 20. *subruitur.* 21. *Secundum eiusdem argumentum ab* Aeneae *sepulcro in Berecintia* 22. *iam olim solvit Dionysius.* 23. *Tertium a locis ab* Ascanio *denominatis,* 24. *refellitur per ipsum* Bochartum: 25. *item aliter.* 26. Ascanii *duo.* 27. *Novum ultro argumentum suppeditatum.*, 28. *et solutum.* 29. *Quartum argumentum a religionis diversitate, per partes proponitur et refellitur: ut primo quod* Veneris *cultus Romae antiquae incognitus,* 30. *ostenditur nil probare;* 31. *quoniam* Venus *non fuit* Aeneae *mater,* 32. (*obiectio soluta*) 33. *et Homerus primus huius fabulae auctor,* 34. *non invita saltem temporis ratione,* 35. *quia* Ἀφροδίτη *ante* Aeneae *tempora iam in deos relata.* 36. *secundo quod* Apollinis *et* Cibelae *cultus Romanis antiquis incognitus, ostenditur pariter nil probare.* 37. *ridicula in hoc collectio notata.* 38. Vestae, 39. *item* Minervae *cultus a* Troianis *acceptus contra eumdem ostenditur:* 40. Deos Magnos *ab* Ae-

nea *adductos probat auctoritas* Callistrati, Satyri *et* Arctini *apud Dionysium*, 41. *cuius locus negligenter a* Bocharto *inspectus*. 42. *Quintum eiusdem argumentum a linguae diversitate* 43. *refellitur, quoniam haec male collecta ex tam paucis vocabulis*. 44. *et lingua* Phrygia *Graecae dialectus:* 45. *quia* Phryges *origine Thraces:* 46. *cum quibus* Dardanus *colonos ex* Arcadia *miscuit*. 47. *quod clamant nomina* Phrygum *propria:* 48. *ut filiorum Priami, quae recensentur*, 49. *quorum obscuriora illustrantur*; 50. *et Dionysius clare docet*, 51. *Teucri etiam patria* Attica *probat*. 52. *Quae cuncta non considerata* Bocharto, *nec olim Goropio*. 53. *Quare lingua* Phrygia *Graecae dialectus*, 54. *quae non quatuor duntaxat, sed innumerae*. 55. *Dialectum faciunt tria*. 56. *diversa eiusdem vocis terminatio*, 57. *vox uni genti propria*, 58. *item communis propriam habens significationem*. 59. *Voces* Phrygiae *a* Bocharto *adductae tales, quales occurrunt in omnibus linguae Graecae dialectis*. 60. *Unde Virgilium haud indigere* Bocharti *excusatione* 61. *concluditur*.

1. Nihilominus *Philippus Cluverius* non modo de *Aeneae* in Italiam *adventu* historiam, sed [a]) regum insuper *Albanorum*, *Romuli* et *Remi*, denique [b]) septem regum fabulosam plane et commentitiam pronuntiat. Quod si ex eo quaeras, quid uti sic sentiret induxerit, respondebit praeter fabulosas narrationes auctorum in singulis huius historiae capitibus dissensionem tum quandam rerum in his omnibus convenientiam.
4562. Quod si pergas interrogare quid igitur sentiat, si ipsis Romanis in suae gentis antiquitatibus credere reformidet, Euandrum cum Pelasgis subiiciet credere se tribus integris seculis cum dimidio circiter ante *Troiae* casum venisse in Italiam, Pelasgos esse Tyrrhenos, denique [c]) Euandrum esse *Aeneam*, [d]) Euandrum Ianum, Euandrum Saturnum, [e]) Euandrum Romulum [f]). Ab hoc duce Pelasgorum simul et Aboriginum, qui communi nomine dicti Latini, Siculos mille et quingentis annis ante natum Orbi Servatorem Ita-

a) l. 3. It. Ant. p. 832. b) Ib. p. 852. c) Ib. p. 842. ad 846. d) Ib. p. 846. et seq. e) Ib. p. 853. f) Ib. p. 851.

lia expulsos: ab hoc occupatam urbem Valentiam, quam Siculi ante condiderant, nominatamque Romam: post hunc regia dignitate, sed potestate minus absoluta cum ipsi Urbi tum universo Latio praefuisse duces, licet incertum sit, quamdiu et quibus singuli nominibus fuerint. En bellum Historicum! Sed cui nemo prudens patriae suae antiquitates tali modo enucleandas dederit.

3. Nam quod de dissensione auctorum et variis ac fabulosis narrationibus queritur, non potest efficere, ut propterea tota haec historia pro figmento reiicienda sit, sed uti caute et cum iudicio legenda. Arthurus Britonum Rex famosissimus tanto fere intervallo ante Hectorem Boëthium rerum Scoticarum scriptorem floruit, quanto *Aeneas* Fabium Pictorem aut Catonem Censorium, summos Romanorum Historicos, antevertit. Arthuri historia non minoribus quam *Aeneae* commaculata est fabulis: et tamen nemo inter Britannos hodie reperitur, qui Boëthio fidem non habeat, *Arthurum* [g]) narranti *vixisse ac oppetiisse mortem Iustiniano rem tenente Romanam fuisseque rerum egregie gestarum gloria et amplitudine non minus quam Britanniae reges, qui ante eum vixerint, insignem.* 4. Dissensus vero auctorum in pluribus huius historiae capitibus nihil pariter pro *Cluverio* facit, cum hi dissentientes Romani non sint sed externi, et propterea iudicibus non competentibus similes; aut si Romani, posteriores ab externis istis seducti, vel si priores, in levibus tantum circumstantiis, qualem discrepantiam in eiusdem populi temporisque Historicis observare licet, dissidentes. 5. Convenientiam vero rerum quod attinet, quam in historia Pelasgorum caussatur, ea talis est, ut in omnibus, quae mari fiunt populorum migrationibus conspiciatur; caussa videlicet simili producente semper effectus similes.

Sed audiamus hanc convenientiam. Primo [h]) ait Pelasgos ad Padi ostia adpulsos urbem ibi condidisse: idem *Aeneam* ad Tiberis ostia fecisse. Pelasgos infesto agmine Aboriginum petiisse regionem, ibique captivos in agris intercepisse: idem fecisse *Aeneam* in Laurenti agro apud oram maritimam. Pelasgos consedisse circa Cutiliam, nobilissimam Aboriginum urbem: *Aeneam*

g) F. 163. p. 2. Ed. Par. h) l. 3. It. Ant. p. 342. et seqq.

circa Laurentum, Aboriginum regiam. Pelasgos apud Dodonam responsum accepisse de insula in Cutiliensi lacu fluitante: *Aeneae* idem Oraculum respondisse de mensarum consumptione. Aborigines magnum contra Pelasgos exercitum eduxisse: idem eosdem adversus *Troianos* fecisse. Pelasgos conspecta insula fluitante Aboriginibus occurrisse inermes ac cum oleae ramis supplices: idem Virgilium de *Aeneae* centum oratoribus ad Latinum missis canere. *Troianis* agrorum partem a Latino datam et in commilitium contra Rutulos adsumptos: *Pelasgos* similiter contra Siculos concessis sedibus adscitos. Aborigines ope Pelasgorum eiecisse Siculos: *Troianorum*, Rutulos.

Quae omnia quis non videt res esse quamvis dissimillimas in quodam tamen tertio convenientes, sed quales in omnibus immigrationibus violentis hostilibusque et intervenerunt semper et interventurae sunt.

Levissimum item quod de *Aeneae* et Euandri convenientia addit; [i]) hunc in Sabino agro auctore Virgilio uxorem duxisse, illum Latini filiam Laviniam: hunc Palantium, illum Lavinium condidisse: [k]) ambos in commune Latinorum corpus transiisse; et plura quae referre taedet.

6. Ex quibus unicuique patere posse existimo *Cluverium* ex historia certa fecisse plane incertam confusa omni temporis locorumque ac personarum ratione. Cum enim Historia duobus praedita veluti oculis sit Chronologia et Geographia, *Cluverius* ut ingenii sui chimaeris satisfaceret, indignis modis utroque privare aggressus est. Unde quodcumque subiicit,

*Pergula pictorum, veri nihil, omnia ficta.*

Ceterum mirari subit quomodo vir de Geographia vetere optime meritus potuerit esse tam suffenus, ut somnia sua et ideas historicas sexcentis minimum supra bis mille annis post eventum natas antehaberi velit tot consularium virorum, qui temporibus istis proximi fuere traditionibus, ex publicis, quae dixi, monumentis deprom-
459 ptis. Nam viros bonos hos non putare maligni, nasso destitutos credere simplicioris ingenii est.

7. Tamen *Cluverii* auctoritas sicut nonnullos inter doctos induxit, ut in scriptis suis data occasione ad hunc

i) Ib. p. 843. k) Ib. p. 844.

lapidem impingerent, ita fecisse videtur, ut *Samuel Bochartus*, vir mea praedicatione maior, consultus a Reginaldo Segresio, postquam hic Virgilium ligata oratione in patrium idioma transtulisset, quomodo defendi is posset, quod contra Homeri sententiam *Aeneam* ex *Troia* in Italiam induxisset, respondit [l]), quod cum Romani omnes essent in hoc errore, ut *Aeneam* in Italiam venisse crederent, Virgilius imprudenter plane et ridicule facturus fuerit, si hunc illis ereptum ivisset. Quod quisque teneatur quidem pro virili popularibus sese erroribus opponere, quandoque in istis Dei vergat gloria, religionis situm sit emolumentum, aut denique tanti momenti res versetur, ut iis nisi cum propriae salutis periculo subscribere non valeamus: non vero talibus, quorum fides indifferens nec cuiquam damno, quomodocumque se ea habeat, praesertim si iis destruendis ipse pericula et supplicia subiturus sis.

8. Ne autem temere Romanos erroris huius accusasse videretur, demonstrare id pluribus argumentis aggreditur. Primum igitur [m]) urget, quod iam olim [n]) Strabonem movit, Homerum *Aeneae* in Italiam *adventui* e directo adversari, quoniam mansisse eum in *Troia*, successisse ibi in regnum idque exstincta domo Priami ad natos natorum successionis ordine propagasse innuit. Videndum igitur an Homerus, quem Agrippae Silvii temporibus floruisse ante ostendimus, hoc clare affirmaverit. Locus, qui ad hoc adfertur, legitur Iliados Y. ubi Neptunus ita a poëta vaticinans inducitur: [o])

*Ἤδη γὰρ Πριάμου γενεὴν ἤχθηρε Κρονίων,*
*Νῦν δὲ δὴ Αἰνείαο βίη Τρώεσσιν ἀνάξει,*
*Καὶ παῖδες παίδων, τοί κεν μετόπισθε γένωνται.*
*Iam enim Priami genus odio habet Iupiter,*
*Mox autem Aeneae vis Troianis imperabit,*
*Et filii filiorum, et qui post hos nascentur.*

9. Huic *Bochartus* addit alium ex eiusdem in Venerem Hymno [p]), in quo Venus inter alias rationes, quibus Anchisen in monte Ida iacentem in amorem sui sollicitat, etiam hac utitur, quod ex se suscepturus esset filium, qui simul cum posteris apud *Troianos* regnaturus esset, quem pariter subiicio:

*Σοὶ δ' ἔσται φίλος υἱὸς, ὃς ἐν Τρώεσσιν ἀνάξει*
*Καὶ παῖδες παίδεσσι διαμπερὲς ἐκγεγάονται.*

l) p. 88. m) p. 2. n) l. 13. p. 608. o) v. 306. p) v. 192.

*Τῷ δὲ καὶ Αἰνείας ὄνομ' ἔσσεται.*
*Tibi autem carus erit filius, qui Troianis imperabit*
*Et filii filiis perpetuo nascentur,*
*Huic autem et Aeneas nomen erit.*

Ex his igitur duobus locis colligit [q]) iuxta Homerum *Aeneam* eiusque posteros imperium tenuisse in multitudinem reliquam eius regionis incolarum, cuius *Troia* quondam caput. Quoniam si simpliciter dicere voluisset, *Aeneam* imperaturum coloniae alicui *Troianorum* in longinquis regionibus, dixisset id, quod ipsi commune fuit cum *Antenore*, *Aceste*, *Capye*, *Heleno* et nonnullis aliis. Nunc cum opponat promissionem istam imminenti eorum excidio, qui erant de genere Priami, qui regnabat *Troiae*, videri eum innuere, eos, qui nascentur ab *Aenea*, eo ipso in loco sedem ac imperium suum esse capturos. Inprimis vero hanc sententiam elici vult ex verbis *ἐν Τρώεσσιν ἀνάξει*, quae in Veneris Hymno occurrunt. 10. Denique sic Strabonem ait Homeri locum iam olim interpretatum.

11. Fateor Strabonem [r]) existimasse Homerum neque favere Romanis *Aeneam* in Italiam venisse eiusque posteros ibi regnasse adfirmantibus, neque Demetrio Scepsio aliisque auctoribus, Scepsin *Aeneae* regiam fuisse et in hac urbe duas familias diu simul regnasse, quarum una a Scamandrio Hectoris filio, altera ab *Ascanio Aeneae* originem duxerit, prodentibus. Sic enim inquit: *Ὅμηρος μέντοι συνηγορεῖν οὐδετέροις ἔοικεν, οὐδὲ τοῖς περὶ τῶν ἀρχηγετῶν τῆς Σκήψεως λειχθεῖσιν. Ἐμφαίνει γὰρ μεμενηκότα τὸν Αἰνείαν ἐν τῇ Τροίᾳ καὶ διαδεδεγμένον την ἀρχὴν, καὶ παραδεδωκότα παισὶ παίδων τὴν διαδοχὴν αὐτῆς, ἠφανισμένου τοῦ τῶν Πριαμιδῶν γένους.*
460 *Homerus neque his adstipulari videtur, neque iis quae de Scepsis auctoribus dicta sunt. Innuit enim Aeneum mansisse in Troia, inque regnum successisse, et id per successionem ad filiorum filios propagasse: cum stirps Priami esset abolita.*

12. Verum si locus Homeri ita est intelligendus, ut Strabo putavit, et *Bochartus* evincere conatur, cupio mihi monstrari in *Troade* regnum, in quo *Aeneas* eiusque posteri exstincta Priami domo regnaverint. 13. Cum enim Neptuni praedictio, ipso largiente *Bochar-*

q) p. 7. r) l. 13. p. 608.

*to*, fundata sit in historica notitia, quam de *Aenea* ipsiusque posteris poëta habuit, si ita locus eius capiendus, *Aeneam* cum posteris in *Troade* regnum obtinuisse necessum est. Sed nulla vola neque vestigium regni in historia occurrit usquam. Nam quod de duabus familiis Scepsi rerum diu potitis memoriae proditum est, hac trahi ut ipse fatetur Strabo haud potest, quoniam principatus iste, quantuluscumque fuit, *Ascanii* domui, cum Scamandrii, qui Priami nepos, communis fuit. 14. Unde aut mendacii dica Homero scribenda, aut cum Dionysio[a]) eius verba ad coloniam ab *Aenea* in Italiam deductam regnumque *Albanum* ibidem ab hac conditum trahenda sunt. Locum Dionysii propterea subiicio: *Εἰσὶ δ' οἳ τὸν ἐξ Ἀφροδίτης Αἰνείαν λέγουσι καταστήσαντα λόχον εἰς Ἰταλίαν, ἀνακομισθῆναι πάλιν οἴκαδε καὶ βασιλεῦσαι τῆς Τροίας· τελευτῶντα δὲ καταλιπεῖν Ἀσκανίῳ τῷ υἱῷ τὴν βασιλείαν, καὶ τὸ ἀπ' ἐκείνου γένος ἐπιπλεῖστον κατασχεῖν τὴν ἀρχήν· ὡς μὲν ἐγὼ εἰκάζω, τοῖς Ὁμήρου ἔπεσιν οὐκ ὀρθῶς λαμβανομένοις παρακρουσθέντες. Πεποίηται γὰρ αὐτῷ ἐν Ἰλιάδι Ποσειδῶν προλέγων τὴν μέλλουσαν ἔσεσθαι περὶ τὸν Αἰνείαν καὶ τοὺς ἐξ ἐκείνου γενησομένους ἐπιφάνειαν, ὧδέ πως·*

*Νῦν δὲ Αἰνείαο βίη Τρώεσσιν ἀνάξει,*
*Καὶ παῖδες παίδων τοί κεν μετόπισθε γένωνται.*

*Ὑπολαβόντες οὖν τὸν Ὅμηρον ἐν Φρυγίᾳ δυναστεύοντας εἰδέναι τοὺς ἄνδρας, ὡς δὴ οὐ δυνατὸν ἐν Ἰταλίᾳ οἰκοῦντας βασιλεύειν Τρώων, τὴν ἀνακομιδὴν τοῦ Αἰνείου ἀναπλάττουσιν.* (*MS.* ἀνέπλασαν) *Ἄρχειν δὲ δὴ τῶν Τρώων οὓς ἐπήγετο καὶ ἄλλοθι πολιτευομένων, οὐ δυνατὸν ἦν.* (*MS.* οὐκ ἀδύνατον ἦν.) *Sunt etiam qui Aeneam, Veneris filium, manu suorum in Italiam deducta et rebus ibi compositis domum rediisse et Troiae regnasse tradunt. Quum autem moreretur Ascanio filio regnum reliquisse, eiusque progeniem regnum diutissime retinuisse. Quod crediderunt, ut ego coniicio, decepti Homeri carminibus non recte intellectis. Nam in Iliade Neptunus splendorem, quem Aeneas eiusque posteri, fatis ita volentibus, erant adepturi, in hanc sententiam ab ipso praedicens inducitur:*

*Vis igitur Aeneae Troianis imperabit,*
*Et nati natorum et qui post hos nascentur.*

a) l. 1. p. 43.

*Quoniam igitur existimarunt Homerum sciviss hos viros in Phrygia regnasse, quasi Troianis imperare non potuissent, licet in Italia manerent, hunc Aeneae reditum commenti sunt. Imperare autem Troianis quos Aeneas secum duxerat, quamvis in alia regione rempublicam habentibus impossibile non erat.*

15. Sed *Bochartus*, ut hanc Dionysii interpretationem elevet, ait primo sic nihil singulare de *Aenea* dici, verum quod commune ei cum *Antenore*, *Aceste*, *Capye*, *Heleno* et nonnullis aliis, tribui. 16. Quod tamen mihi non apparet: neque enim eorum ullus ut *Aeneas* simul coloniam *Troianam* deduxit, colonis istis regnavit, et in hoc regno natos natorum successores habuit. Non *Antenor*, qui non *Troianos* deduxit, sed Henetos, nec regnum ab hoc, quod quidem constet, in Italia conditum, quod posteri eius per plura secula tenuerint. Non *Acestes* vel *Aegestus* in Sicilia natus, aut *Elymus*; qui non ante urbibus in Sicilia praeesse coeperunt iuxta Dionysium [t]), quam exercitus partem ab *Aenea*, *Aegestam* etiam et *Elyma* urbes ab eodem conditas accepissent; ut potius *Aeneae* legati videri debeant, quam novi regni conditores: ut taceam de posteris successoribus nihil uspiam legi. Non *Capys*, quem *Capuam* condidisse et *Aeneae* sobrinum fuisse Caelius apud Servium [u]) scribit, posteros tacet non is tantum sed reliqui. Non *Helenus*, quem regia quidem potestate et nomine beneficio Pyrrhi Neoptolemi apud *Chaones* functum Iustinus [x]) prodit, alii ipsum etiam *Epiroticum* regnum post Pyrrhi mortem tutorio nomine administrasse, nulli coloniam *Troia* deduxisse memorant. Nihil igitur cum his omnibus commune *Aeneae* fuit.

17. Sed instat vir doctus promissionem, quam Neptuno Homerus tribuit, cum opponatur imminenti excidio eorum, qui erant de genere Priami, videri innuere,
461 quod qui nascerentur ab *Aenea*, eo ipso in loco sedem ac imperium essent habituri. Sed falsum istud consequens inde apparet, quod *Aeneas* eiusque posteri nunquam in *Troia* regnaverint, quippe quae bello destructa *Troiano* funditus, nec e ruinis eodem loci resurrexit unquam. Ergo non loci respectu oppositio haec intelligenda sed hominum, quibus Priamus imperavit.

t) l. 1. p. 42. u) ad l. 10. v. 145. x) l. 17. c. 3.

Cum vero Scepsis intelligi non possit, propter ea quae dicta sunt, nec *Ilium* novum, quia id diu post Homeri tempora demum condi coeptum est; restat ut de nullis aliis *Troianis* Neptuni vaticinium capi possit, quam de iis, qui ab *Aenea* in Latium deducti *Albano* regno originem dedere. 18. Eustathius [y]), quem *Bochartus* minus recte Dionysianae sententiae facit ὁμόψηφον procul dubio errat, quando Homeri verba ad Romanum trahit Imperium, idque recte a *Bocharto* reprehenditur. Sed non fecit hoc circumspectissimus et prudentissimus Historicus. Cur non cum huius potius robore quam illius infirmitate experiri maluit? Tota enim eius contra Eustathium disputatio uti vera sic extra oleas est.

19. Verum superiorem instantiam quam firmissime vir doctus fundatam putat in Hymni in Venerem verbis modo allatis: ὃς ἐν Τρώεσσιν ἀνάξει, quibus plane regionem, in qua habitent *Troiani*, intelligi existimat. 20. Sed ut taceam inter eruditos [z]) non defuisse, qui dubitaverint an hymnus iste pro Homeri Melesigenis foetu habendus sit, nego Graecismi rationem talem loci respectum semper inferre, uti patet ex Homeri Odyss. T: [a])

*Ὡς τέ τευ ἢ βασιλῆος ἀμύμονος, ὅστε θεοδνὴς*
*Ἀνδράσιν ἐν πολλοῖσι καὶ ἰφθίμοισιν ἀνάσσων*
*Εὐδικίας ἀνέχῃσι.*
*Sicut alicuius regis inculpati, qui Deum colens*
*Viris multis et fortibus imperans*
*Iustitiam colit.*

Ex quibus abunde constare reor verissimam Dionysii Homericorum verborum interpretationem temere a *Bocharto* desertam.

21. Sed non sic omittit caussam vir insignis, sed plures alias rationes accumulat, ut quod supra tot tantisque rationum momentis verum esse ostendimus, falsum esse persuadeat. Secundum igitur eius argumentum a sepulcro *Aeneae* in urbe Berecyntia, cuius plures apud Festum [b]) meminerunt, petitum est. 22. Ad hoc autem Dionysius [c]) iam olim respondit, in diversis locis heroi huic coenotaphia ab hominibus posita beneficii ab eo accepti memoriam conservantibus, sed exinde haud posse colligi *Aeneam* illic sepultum. Talia autem septem is [d]) enumerat.

y) ad Hom. Iliad. Y. p. 1209. z) Fulvius Ursinus Virg. Illustr. p. 156. a) v. 110. b) v. *Roma*. c) l. 1. p. 44. d) l. 1. p. 48.

23. Tertium sumit a locis in Asia ab *Ascanio*, *Aeneae* filio, denominatis, ut sunt lacus *Ascanius*, regio item et insula et urbs *Ascania*. 24. Sed quam infirmum hocce telum sit, ipse docere potest. Quippe qui olim [e]) eos recte sentire contenderit, qui loca haec ab *Ascenaz*, filio Gomer, appellata traderent. An hanc sententiam mutavit postea? an, ut oratores solent, non tam verum hic quam verisimile sequutus est?

25. Sed demus loca haec ab *Ascanio* potius, quam *Ascanium* ab his aut horum aliquo vocitatum: an inde *Aeneae* in Italiam *adventus* fabulosus esse evincitur? Mansit in *Troade* filius ergo et pater: quae consequentia? Certe Dionysius [f]) *Aeneam*, postquam ab Achivis discedendi certis conditionibus potestatem pactus esset, *Ascanium* filiorum natu maximum cum sociorum parte, quae e Phrygibus fere tota constabat, in agrum, qui Dascyliticus vocabatur, ubi lacus *Ascanius* erat, a cuius incolis ad regni administrationem accitus erat, misisse auctor est: ipsum vero cum reliquis liberis et patre deorumque simulacris classe iam parata Hellespontum traiecisse atque ad proximam peninsulam, quae in mare procurrens ante Europam iacet et *Pallene* dicitur, appulisse: *Ascanium* autem paullo post cum Scamandrio aliisque Hectoridis, a Neoptolemo e Graecia dimissis, ad *Troiam* reversum. Quibus plane concinit Strabo [g]) Scamandrii et *Ascanii* familias diu Scepsi rerum potitas referens.

26. Sed regeret forte aliquis: si *Aeneae* in *Troade* mansio exinde non infertur, saltem *Albani* regni conditor *Ascanius* revincitur. Verum nemo ita argumentabitur, qui apud Dionysium [h]) et Romanos legerit Albani regni auctorem *Euryleonem* ante, *Ascanium* vero deinceps (forte fratre in *Troade* mortuo) appellatum.

27. Ceterum miror virum tam diligentem et qui tot conquisivit argumenta ut paradoxo suo colorem quaereret, memor dicti poëtae,

*Et quae non prosunt singula, multa iuvant;*

462 praeteriisse quod in *Troade* locus sive regio *Aenea*, quam Demetrius Scepsius apud Strabonem [i]) quinquaginta stadiis Palaescepsi ait fuisse dissitam. 28. Verum

e) l. 3. Phal. c. 9. p. 196. f) l. 3. p. 38. g) l. 13. p. 607. h) l. 1. p. 52. i) l. 13. p. 603.

et ab hac regione *Aeneas* ipse nomen traxisse potuit; aut si hoc non fuit, ab *Ascanio* filio, illic rerum potiente, locum in patris memoriam sic appellatum verisimile est.

29. Sed audiamus reliquas eius rationes, ut si iis plus ponderis quam superioribus insit videamus. Transit [k]) autem posthaec ad Romanorum religionem, atque inde varias contra hunc *adventum* coniecturas petit. Quarum palmaria: si pius *Aeneas* in Italiam venisset, ibidem plurimum *Veneris* matris suae cultum commendasset. Sed *Veneris* cultus nullum Romae sub regibus vestigium, ut Cincius et Varro apud Macrobium testantur. Ergo. 30. Recte coniecturas appellavit haec et sequentia ratiocinia, quia ad dialecticorum regulas examinari reformidant. Iusta autem haec argumentatio foret, si adsumpsisset: sed nullus *Veneris* cultus in Italia praecipue Lavinii, quod ab *Aenea* conditum, antiquitus notus. Sed ne ita colligeret Caseii Heminae fecit locus apud Solinum [l]): *Nec omissum sit Aeneam aestate ab Ilio capto secunda Italicis littoribus appulsum, ut Hemina tradit, sociis non amplius sexcentis, in agro Laurenti posuisse castra: ubi dum simulacrum, quod secum ex Sicilia advexerat, dedicat Veneri matri, quae Frutis dicitur, a Diomede Palladium suscipit, tribusque mox annis cum Latino regnat, socia potestate, quingentis iugeribus ab eo acceptis.* De quo templo etiam Strabo sentire videtur lib. v. [m]) *Ἀνὰ μέσον δὲ τούτων τῶν πόλεων, ἐστὶ τὸ Λαουΐνιον, ἔχον κοινὸν τῶν Λατίνων ἱερὸν Ἀφροδίτης· ἐπιμελοῦνται δ' αὐτῶν διὰ προγόνων Ἀρδεάται. In medio harum urbium est Lavinium, quod habet omnibus Latinis commune fanum Veneris: eius administratio a maioribus est ad Ardeatas propagata.* Potius ergo ex hac coniectura Romulum non fuisse Rheae Silviae filium, quam *Aeneam* in Italiam non venisse quis inferret.

31. Verum quo intentius hanc viri docti coniecturam considero, eo minus ipso digna aut propter quod adducitur, efficere posse videtur. Quid enim? an ullo modo verisimile *Aeneam* dum viveret, se *Venere* matre censeri voluisse, coelesti scilicet dea, quae Anchisae amore capta caput cum eo in monte Ida, ut Homero

k) p. 13. l) c. 8. m) p. 232.

placuit, conseruerit? Plures se patribus diis proseminatos superbe, dum viverent, credi voluerunt. Qui tam arroganter mentiri ausus fuerit, ut matre dea se prognatum fingeret, inventum puto neminem. Cum enim nullum mendacium convictu facilius, nemo cui sanum sinciput, sic fabulari sustinuit. Hinc cum Auctor Hymni in Venerem eamdem difficultatem in Veneris et Anchisae nuptiis reperiret, sub specie Otrei Phrygum regis filiae Venerem Anchisae lenocinantem induxit. Immo verum matris *Aeneae* nomen alicubi apud veterem scriptorem me reperisse memini: quod tamen cum legerem sine animadversione transmisi, ne iucurrerem Senecae notam, a quo alicubi [n]) Didymum, quod in hanc inquisivisset, taxatum noveram. Cum igitur *Aeneas* ipse eiusque comites et aequales multi optime nossent mortalem eam feminam fuisse, Anchisae scilicet concubinam, non iustam uxorem; quae quaeso ratio credi sinit *Aeneam* inter hos tam insolenter mentitum, ut quam omnes hominem noverant ipse solus appellationem sine corpore, speciem, phantoma, deam coelestem, *Venerem* videri voluerit. Nullum igitur divinum cultum *Veneri*, tamquam matri, in Italia aut Sicilia constituisse *Aeneam* ita evincitur.

32. Nec est quod aliquis contra haec obiiciat *Aeneae* matrem, postquam mortua est, in deorum numerum aut a filio aut ab alio forte relatam, atque ita constare fabulae fidem: quoniam caussa nulla excogitari potest, cur ipse ignobili matri tantum honoris dare voluerit, cum nihil tale patri nobilissimo tribuerit. A Priamo autem hoc factum, cum staret adhuc *Ilium*, minus adhuc verisimile; huic enim, ut nothi illustres aulae invidia laborare solent, *Aeneas* consanguineus suspectus, ipso prodente Homero Iliad. N. [o]):

*Ἀεὶ γὰρ Πριάμῳ ἐκεμήνιε δίῳ,*
*Οὕνεκ' ἄρ' ἐσθλὸν ἐόντα μετ' ἀνδράσιν οὔτι τίεσκεν.*
*Semper enim Priamo iratus erat generoso*
*Quod se quamquam strenuum exsistentem inter viros non honorabat.*

Et ab hoc fonte vicissim *Aeneae* in Priami domum et Alexandrum profluxit odium. Certe Menecrates Xanthius apud Dionysium [p]) aliique Graeci scriptores, e Ro-

n) ep. 88. o) v. 459. p) l. 1. p. 38.

manis Q. Lutatius Catulus, teste Auctore Originis gentis Romanae, *Troiam* Graecis ab *Aenea* proditam tradiderunt.

33. Unde igitur promanavit haec et *Aeneae* matre fabula? Ab unico Homeri ingenio, qui cum trecentis 463 circiter a bello *Troiano* annis historiam eius poëtice describendam sibi sumeret, et *Aeneam* nosset vulgari matre procreatum, *'Αφροδίτης*, in cuius tutelae feminae corporis sui haud avarae antiquitus fingebantur, filium induxit. 34. Nec refragatur figmento huic temporis ratio. *'Αφροδίτη* enim meretricula fuit Cinyrae Cypri regis, qui *Troiae* exitio commodum supervixisse videtur. Ab Agamemnone enim Cyprum occupatam et Cinyram regno privatum Theopompus [q]) prodidit. Plinius [r]) autem ex Anacreonte Cinyram centum et sexaginta annos vixisse auctor est: unde opes ipsius a Pindaro [s]) et Platone [t]) celebrantur. 35. Ab hoc igitur, sive aliquo antiquiore, uti a nonnullis, Tacito [u]) teste, creditum, cum *'Αφροδίτη* in deorum numerum relata fuerit, patet, quomodo Homerus haud invita temporis ratione *Aeneam* *'Αφροδίτης* filium finxerit.

36. Quae subiungit [x]) de *Apolline* et *Cybele* apud *Troianos* cultis a Romanis non nisi sero receptis pariter non tam *Aeneae adventum*, quam Romuli vulgo creditam originem labefactant.

37. Prorsus vero amoenum, quod ex eo, quod Homerus [y]) *Aeneam* ab Apolline absconditum, postquam in certamine cum Diomede vulneratus esset, portatumque in Pergamum finxerit, ubi per Latonam matrem et Dianam sororem vulnera eius curaverit, roget, qui fiat, cum hoc singulari nomine *Aeneas* Apollini devinctus fuerit, quod eius nullum exstare indicium in Italia, si in eam venit, voluerit? Quasi vero *Aeneas* somniare potuerit Homerum post trecentos annos hoc de se ficturum, aut si somniaverit, iuxta alterius figmenta sacra et civitatis suae religiones instituere debuerit.

38. Cum vero videret [z]) in hoc argumento maxime sibi adversari *Vestae*, *Minervae* et *Magnorum Deorum* cultum, quos ab *Aenea* primum Latio importatos Romani prodiderunt, et hos Lavinii, Albae, Romae item

q) apud Photium p. 389. r) l. 7. c. 48. s) Nem. Od. 8. t) l. 2. de LL. p. 660. u) l. 18. c. 3. x) l. 17. et seqq. y) Iliad. E. v. 344. et seqq. z) p. 21. et seqq.

ab antiquissimis temporibus cultos infitiari non posset, primo ait, si per hos deos intelligantur eorum imagines, hoc *Vestae* convenire non posse, quod uti poëta,

*Effigiem nullam Vesta nec ignis habet.*

Deinde cum in Graecia passim *Vestae* cultus antiquitus obtinuerit, Graeci autem colonias iam a principio in Italiam miserint, contra an *Vesta Troiae* culta fuerit ex Homero non constet; e Graecia potius quam *Troade* huius venerationem arcessitam existimat. Sed quanto tutius hic Romanis creditur, qui haec scire potuerunt, quam *Bocharto*, coniecturam hanc suae accommodanti hypothesi. Certe Livius lib. I. cap. 20. *Virgines Vestae legit* (Numa) *Alba oriundum sacerdotium et genti conditoris haud alienum. His ut assiduae templi antistites essent, stipendium de publico statuit: virginitate aliisque caeremoniis venerabiles ac sanctas fecit.* Albanos autem a Laviniensibus, hos vero a *Phrygibus Vestae* sacrificium accepisse communis apud Romanos, Dionysio [a]) teste, sententia, Unde D. Augustinus lib. III. de Civ. Dei cap. 18. *Sacra illa fatalia* (Vestae) *quae iam tres in quibus fuerant presserant civitates, cum ab illo incendio liberare non possent, Metellus Pontifex, suae quodammodo salutis oblitus, irruens ea semiustulatus abripuit.*

39. Similiter ut *Minervae* cultum *Ilio* allatum neget, [b]) quaerit utrum cum Graeci urbem *Troiam* caperent *Palladium* in ea fuerit an non fuerit. Si fuisse dicatur, ridiculum fuisse infert credere id servaturum *Romam*, quod *Troiam* servare non potuerit. Si vero non fuisse *Troiae* cum haec caperetur quis velit, qui potuerit *Aeneas* inde secum abstulisse interrogat. Romanos credidisse verum se possidere *Palladium*, quod ab *Aenea Ilio* capto in Italiam advectum, plures testantur scriptores: hoc vero existimasse eosdem quamdiu superesset incolumem praestiturum Rempublicam abunde probat Metelli Pontificis Maximi facinus, qui cum a. 513. *Vestae* templum deflagraret, cum vitae periculo amissis luminibus [c]) e mediis flammis illud sustulit. Quae duo ἀσύστατα esse cum velit *Bochartus*, Romanorum *Palladium* haudquaquam *Iliacum* esse sub-

a) l. 2. p. 125. Macrob. l. 3. Sat. c. 4. b) p. 80. c) Plin. l. 7. c. 43. Epit. Liv. 19.

indicat. Sed nullam esse hanc viri docti consequentiam ex eo patet, quod *Palladium Iliacum* diu antequam *Troia* condita est confectum fuit, quippe quod Chryse Palantis filia quum Dardano nuberet, pro dote simul cum Magnorum Deorum simulacris secum attulit, ac deinceps a nepotibus ejus *Ilium* translatum est iuxta [d]) vetustissimos auctores. Quod si secreta quaedam virtus imagini huic inesse credita est, ex tempore quo iam exstitit patet hanc non tam urbis, quae nondum erat, quam domus Dardani incolumitatem continuisse. Scio Ioannem Mallelam atque ex hoc [e]) Eustathium, [f]) Suidam et [g]) Tzetzem ab Asio quodam iussu Trois, cum *Troiam* conderet, in eius tutelam talismanice, ut dicitur, paratum scribere: Apollodorum coelitus Ilo missum commemorare: sed mihi antiquiorum 464
auctoritas fide dignior est. Quod si igitur *Palladium Troia* antiquius et Dardanidarum incolumitatem continere creditum est, quid absurdi, si *Aeneas* Dardanides, deinde *Aeneae* nepotes *Albani* reges, tandemque Romani, regni *Albani* successores in magno illud pretio habuerint?

40. *Deos Magnos* ideo putat [h]) ab *Aenea* non adductos, quoniam Dionysius fide hominum ignotorum et quos nominare omisit hoc affirmet, unde etiam indignum qui audiatur pronuntiat. Sed quanta quaeso oscitantia caussa haec a *Bocharto* tractata est! Dionysium ait non nominare auctores, ego vero aio *Bochartum*, cum ista scriberet Dionysium ne quidem inspexisse. Hic enim clare citat *Callistratum*, *Satyrum* et *Arctinum* lib. I. [i]) his verbis: *Ὁρᾶν μὲν δὴ ταῦτα ἔξεστιν, ἀκούειν δὲ καὶ γράφειν ὑπὲρ αὐτῶν, ἃ Καλλίστρατός τε ὁ περὶ Σαμοθράκης συνταξάμενος ἱστορίαν, καὶ Σάτυρος ὁ τοὺς ἀρχαίους μύθους συναγαγὼν, καὶ ἄλλοι συχνοὶ, παλαιότατος δὲ ὧν ἡμεῖς ἴσμεν, ποιητὴς Ἀρκτῖνος. Λέγουσι γοῦν ὧδε· Χρύσην τὴν Πάλαντος θυγατέρα γημαμένην Δαρδάνῳ, φερνὰς ἐπενέγκασθαι (ἀπενέγκασθαι MS.) δωρεὰς Ἀθηνᾶς, τά τε Παλλάδια καὶ τὰ ἱερὰ τῶν μεγάλων θεῶν, διδαχθεῖσαν αὐτῶν τὰς τελετάς. Ἐπειδὴ δὲ τὴν ἐπομβρίαν φεύγοντες Ἀρκάδες Πελοπόννησον μὲν ἐξέλιπον, ἐν δὲ τῇ Θρᾳκίᾳ νήσῳ τοὺς βίους ἱδρύσαντο κατασκευάσαι τὸν Δάρδανον ἐνταῦθα τῶν θεῶν τούτων ἱερὸν,*

d) apud Dionys. l. 1. p. 55. e) in Dionys. v. 627. f) v. *Παλλάδιον*. g) In Lycophron. v. 363. h) p. 38. i) p. 55.

ἀῤῥήτους τοῖς ἄλλοις ποιοῦντα τὰς ἰδίας αὐτῶν ὀνομασίας καὶ τὰς τελετὰς αὐτοῖς, τὰς καὶ εἰς τόδε χρόνου γινομένας ὑπὸ Σαμοθρᾴκων, ἐπιτελεῖν. Ὡς δὲ μετῆγε τοῦ λαοῦ τὴν πλείονα μοῖραν εἰς τὴν Ἀσίαν, τὰ μὲν ἱερὰ τῶν θεῶν καὶ τὰς τελετὰς τοῖς ὑπομείνασιν ἐν τῇ νήσῳ καταλιπεῖν· τὰ δὲ Παλλάδια καὶ τῶν θεῶν εἰκόνας κατασκευασάμενον ἀγαγέσθαι (ἄγεσθαι MS.) μετ' αὐτοῦ. Διαμανευόμενον δὲ περὶ τῆς οἰκήσεως τά τε ἄλλα μαθεῖν, καὶ περὶ τῶν ἱερῶν τῆς φυλακῆς τόνδε χρησμὸν λαβεῖν·

Εἰς πόλιν ἣν κτίσητε, θεοῖς σέβας ἄφθιτον αἰεὶ
Θεῖναι, καὶ φυλακαῖς τε σέβειν θυσίαις τε χοροῖς τε.
Εὖτ' ἂν γὰρ τάδε σεμνὰ καθ' ὑμετέραν χώραν ᾖ (χθόνα μίμνῃ MS.)
Δῶρα Διὸς κούρης ἀλόχου σέθεν, ἡ δὲ πόλις σοι
Ἔσται ἀπόρθητος τὸν ἀεὶ χρόνον ἤματα πάντα.

Δάρδανον μὲν οὖν ἐν τῇ κτισθείσῃ τε ὑφ' ἑαυτοῦ καὶ ὀνομασίας ὁμοίας τυχούσῃ πόλει τὰ ἕδη καταλιπεῖν. Ἰλίου δ' ἐν ὑστέρῳ χρόνῳ συνοικισθέντος, ἐκεῖ μετενεχθῆναι πρὸς τῶν συγγόνων αὐτοῦ τὰ ἱερά. Ποιήσασθαι δὲ τοὺς Ἰλιεῖς νεών τε καὶ ἄδυτον αὐτοῖς ἐπὶ τῆς ἄκρας, καὶ φυλάττειν δι' ἐπιμελείας ἧς ἐδύναντο πλείστης, θεόπεμπτά τε ἡγουμένους εἶναι, καὶ σωτηρίας κύρια τῇ πόλει. Ἁλισκομένης δὲ τῆς κάτω πόλεως τὸν Αἰνείαν κύριον (κάρτερον MS.) τῆς ἄκρας γενόμενον, ἄραντα ἐκ τῶν ἀδύτων τά τε ἱερὰ τῶν μεγάλων θεῶν, καὶ ὅπερ ἔτι περιῆν Παλλάδιον· θάτερον γὰρ Ὀδυσσέα καὶ Διομήδη νυκτὸς εἰς Ἴλιον (νυκτὸς φασὶν εἰς Ἴλιον MS.) ἀφικομένους λαβεῖν. (κλοπῇ λαβεῖν MS.) Οἴχεσθαί τε κομίσαντα τὸν Αἰνείαν ἐκ τῆς πόλεως καὶ ἐλθεῖν ἄγοντα εἰς Ἰταλίαν. *Haec igitur videre fas est: fas etiam est audire, et scribere de illis, quae exstant in Callistrati Historia, quam de Samothraciae rebus conscripsit et apud Satyrum priscarum fabularum collectorem: quin etiam apud alios multos, praecipue vero apud Arctinum, omnium quos novimus, antiquissimum poëtam. Sic igitur illi scribunt, Chrysen, Palantis filiam, quum Dardano nupsisset, pro dote attulisse Minervae munera, Palladia scilicet, et Magnorum Deorum sacra, quorum mysteria didicerat. Sed quum Arcades, diluvium fugientes, Peloponnesum reliquissent, et in insula Thraciae sedes collocassent, Dardanum hic diis istis templum exstruxisse, nec aliis proprium ipsorum nomen declarasse: et ritus illis instituisse, quos et ad hoc usque tempus Samothra-*

*ces diligenter observant. Sed quum maiorem populi partem in Asiam traduxisset, sacra deorum et mysteria illis reliquisse, qui in insula remanserant. Sed Palladia et deorum imagines, cum reliquis rebus quas convasaverat, secum absportasse. Quum autem de sedibus Oraculum consuleret inter multa alia, quae didicit, hoc etiam Oraculum de sacrorum custodia tunc accepisse:*

*In urbe quam condetis, diis cultum divinum incorruptum semper*
*Servetis et custodiis colatis et sacrificiis et choris.*
*Quamdiu enim haec veneranda in vestra regione maneant*
*Dona Iovis filiae, ab uxore tua pro dote ad te allata, haec urbs tibi*
*Erit inexpugnabilis semper et in perpetuum.*

*Dardanum igitur in urbe quam condidit et de suo nomine quam nominavit, haec simulacra reliquisse. Postea vero cum Ilium conditum fuisset, haec sacra ab eius nepotibus eo fuisse translata. Ilienses autem templum et adytum ipsis in arce fecisse, et quanta maxima cura potuerunt haec servasse, quod ea divinitus sibi missa ducerent, et ex illa publicam salutem pendere crederent: sed quum urbis pars inferior caperetur, Aeneam, qui arcem in suam potestatem redegerat, ex adytis sacra Magnorum Deorum et Palladium, quod adhuc supererat, abstulisse. Alterum enim ab Ulysse et Diomede Ilium noctu profectis surreptum aiunt. Aeneam igitur ex urbe discessisse eaque secum tulisse et in Italiam transportasse.* 465

41. Sed non relegisse virum doctum, cum ista scriberet, haec Dionysii verba non tantum ex eo, quod dixi, verum et inde patet, quod tamquam pugnans cum *Magnorum Deorum* translatione adducat[k]), quod sacra et mysteria *Cabirorum* in Samothracia per multa deinceps secula manserint. Ipse enim Dionysius ex iisdem plane auctoribus Dardanum sacra et mysteria penes eos, qui in insula manserant, reliquisse, Palladia duntaxat et Deorum imagines secum abstulisse scribit. Denique quod per centum et septuaginta annos dii Romae absque ulla imagine adorati, uti ex Varrone[l]) D. Augustinus et in Numae vita[m]) Plutarchus

k) p. 84. l) l. 4. de Civ. Dei c. 31. m) p. 65.

scribunt, non ut putat hanc Deorum translationem, sed Romuli vulgo creditam originem infringunt.

42. Post has coniecturas, quas ille satis validas putat, nos nullius roboris ostendimus ad revincendam de *Aeneae adventu* traditionem tot argumentis ante adsertam, tandem addit ultimum argumentum, quo idem obtineat. Videlicet quod cum lingua Latina plurima ab omnibus populis quibuscum commercium habuit, Graecis, Siculis, Tuscis, Sabinis, quin et ipsis Phoenicibus Gallisque vocabula sumpserit, non tamen possit probari accepisse quaedam a *Phrygibus* antiquis. Quod uti ostendat quinquaginta circiter vocabulorum tam propriorum quam appellativorum *Phrygibus* hic illic apud veteres tributorum instituit recensum. Cum vero ex omnibus istis duntaxat tria adoptasse linguam Latinam velit, *nenia* scilicet, *soccus* et *riscus*, et super his ipsis adhuc vitilitiget, primum dicendo etiam Graecum, secundum originis Hebraicae, tertium Graecum quoque, sed ab Phoenicia radice; concludit[n]) linguam Latinam et *Phrygiam* nihil inter se habere commune et propterea haud verisimile Latinos a *Phrygibus* ortos; sive *Aeneae adventum* nullum in rei veritate habere fundamentum: quoniam nulla unquam reperta colonia, quae si non integram linguam, partes saltem quasdam et vocabula loco, quem insedit, non reliquerit.

43. Fateor me non minus miratum quomodo a viro tam erudito argumentum hoc proficisci potuerit, quam quod ante tractavimus de Veneris cultu ab *Aenea* non introducto. Quinquaginta enim voces, in quibus tamen tres litem facientes dubiam agnoscere cogitur, linguam Latinam e *Phrygia* nihil adsumpsisse probando haud sufficiunt. Certe nemo negabit linguam Latinam non esse magnam partem origine Graecam, et tamen vel quingentae voces Graecae dari possunt, quae in lingua Latina non agnoscuntur. Quod si igitur Graeca lingua non exsisteret vel in libris vel adhuc inter homines, tamen ex quingentis huiusmodi vocibus forte exsistentibus efficaciter nemo colligeret linguam Latinam a Graeca non derivatam.

44. Sed cur non inquisivit in hanc linguam accuratius? Per hoc enim argumentum innuere videtur lin-

n) p. 51.

guam hanc cum aliis nullam habuisse similitudinem, vel uti vocant matricem fuisse. Cum tamen certo certius sit linguae Graecae fuisse propaginem sive dialectum. 45. Quod pluribus argumentis probari potest. Etsi enim *Phryges* Thracum coloni fuerint *Bryges* antequam in Asiam migrarent, teste [o]) Herodoto appellati (unde Strabo [p]) multa nomina Thracibus cum *Troibus* communia notat, ut *Ἄρισβος* Thraciae fluvius, et *Ἀρίσβη Troadis* urbs: *Σκαιοὶ* Thraces, *Σκαιὸς* fluvius, *Σκαιὸν τεῖχος*, et in *Troia Σκαιαὶ πύλαι*, *Ξάνθιοι* Thraces et in *Troia Ξάνθος* fluvius; *Ῥῆσος* rex Thracum et *Ῥῆσος* in *Troia* fluvius, apud utrosque nomen *Ἄσιος*) tamen Thracum linguam non levem cum Graeca habuisse antiquitus convenientiam inde colligi potest, quod magna Graeciae pars a Thracibus quondam habitata fuerit. 46. Sed penitus graecissare coepisse *Phryges* postquam Dardanus cum colonis Arcadibus, ut Graeci [q]) et Varro tradiderunt, linguam Graecam in *Phrygiam* intulit, 47. ex propriis *Troianorum* nominibus animadversu facile est, et Dionysius exserte testatur. 48. Ne longe abeamus, nomina duntaxat filiorum Priami intueamur, apud [r]) Apollodorum. *Ἕκτωρ*, *Ἀλέξανδρος*, *Δηϊφόβος*, *Ἕλενος*, *Πάμμων*, *Πολίτης*, *Ἀντίφονος*, *Ἱππόνος*, *Πολύδωρος*, *Τρῶϊλος*, *Μελάνιππος*; *Γοργυθίων*, *Φιλαίμων*, *Ἱππόθοος*, *Γλαῦκος*, *Ἀγάθων*, *Χερσιδάμας*, *Εὐα-* 466
*γόρας*, *Ἱπποδάμας*, *Μήστωρ*, *Ἄτας*, *Δόρυκλος*, *Λυκάων*, *Δρύωψ*, *Βίας*, *Χρόμιος*, *Ἀστύγονος*, *Τελέστας*, *Εὔανδρος*, *Κεβριόνης*, *Μήλιος*, *Ἀρχέμαχος*, *Λαοδόκος*, *Ἐχέφρων*, *Ἰδομενεύς*, *Ὑπερίων*, *Ἀσκάνιος*, *Δημοκόων*, *Ἄδρηστος*, *Δηϊόπτης*, *Κλόνιος*, *Ἐχήμων*, *Ὑπείριχος*, *Αἰγεωνεύς*, *Λυσίθοος*, *Πολυμέδων*. 49. Ex his *Ἕκτωρ* Graecis [s]) appellative *πάσσαλος ἐν ὀρυμῷ*, Lycophroni etiam *anchora* *Ἕλενος*, [t]) *κλῆμα τῶν ἀμπέλων*. *Πάμμων* Graecum prodit *πολυκάμμων*. *Γοργυθίων* factum a *γόργυθος*, ex *γοργὸς*, ut *Ἡφαιστίων*, ab *Ἥφαιστος*. *Χερσιδάμας* et *Ἱπποδάμας* ut *τοξοδάμας*. *Δρύωψ* et *Κεβριόνης* nomina sunt avium apud Aristophanem [u]). Reliqua manifeste Graeca sunt uno aut altero exceptis. Quod si igitur lingua *Phrygia* a Graeca plane diversa fuerit, qui fit ut filio-

o) l. 7. c. 73. p) l. 13. p. 590. q) apud Dionysium d. l. et Servium ad l. 3. Aen. v. 170. r) l. 3. p. 227. s) teste Hesychio. t) teste eodem. u) Avib. p. 567.

rum Priami nomina, ne de aliis nunc dicam, mere Graeca sunt?

50. Sed linguam *Phrygiam* non fuisse diversam a Graeca nisi dialecto, non uno loco ex Dionysio potest colligi. Hinc postquam *Troianos* sub *Aenea* Graecum in modum armatos exspectasse proelium cum Latino memorasset, Latinum per quietem monitum ab Daemone indigena subiicit [x]), *δέχεσθαι τοὺς Ἕλληνας τῇ χώρᾳ συνοίκους. ut Graecos in agri partem reciperet.* et similiter *Aeneam* imaginatum additPenates se hortatos, ut Latino persuaderet, *χρήσασθαι δυνάμει Ἑλληνικῇ συμμάχῳ μᾶλλον ἢ διαφόρῳ. Graecorum copiis sociis potius quam hostibus uteretur.* Rursus alibi apud [y]) eumdem Latinus de *Troianis: Ἔγωγε εὔνοιαν πρὸς ἅπαν τὸ Ἑλληνικὸν γένος ἔχω. Equidem benevolentiam habeo erga omne genus Graecorum.* Ex propria vero persona [z]): *Ὅτι καὶ τὸ τῶν Τρώων ἔθνος Ἑλληνικὸν ἐν τοῖς μάλιστα ἦν ἐκ Πελοποννήσου πότε ὡρμημένον εἴρηται μὲν καὶ ἄλλοις τισὶ πάλαι, λεχθήσεται δὲ καὶ πρὸς ἐμοῦ δι' ὀλίγων. Quod autem Troiana gens cum primis Graeca fuerit, ex Peloponneso quondam profecta, iam pridem et ab aliis quibusdam est dictum, et a me quoque paucis dicetur.* deinde *Dardani* historiam, sic fere, uti ante retulimus, subiicit. 51. Denique ipsum etiam *Teucrum* [a]), cuius filiam *Bateam*, post *Chrysae* obitum *Dardanus* duxit, ex Phanodemi Atticis antiquitatibus e pago Atticae Xypetaeensi in Asiam adventasse addit.

52. Quae omnia si ea qua par est animi attentione considerasset *Bochartus* aut ego vehementer fallor aut is ex paucis vocibus *Phrygiis* linguam Latinam a *Phrygia* nihil mutuatam probare animum haud induxisset. Nunc videtur a Goropio Becano [b]) seductus, qui antiquissimam *Phrygiam* linguam Germanicam fuisse, quae cum *Phrygum* atque Mysorum immigrationibus vitiata esset a *Dardano* restituta fuerit, superiori seculo affirmare ausus est. Sed vapulavit non leviter tam propter hanc quam alias Becceselanicas sententias. 53. Veritati itaque maxime conveniens videtur *Phrygiam* linguam esse Graecam, sed singulari dialecto ab aliis huius linguae distinctam, qua Daretis Phrygii Ilias conscripta quondam, si Aeliano [c])

x) l. 1. p. 46. y) l. 1. p. 47. z) l. 1. p. 49. a) l. 1. p. 50.
b) l. 5. Becceselan. p. 463. c) l. 11. V. H. c. 2.

credimus. 54. Non enim in quatuor tantum dialectos divisa olim lingua haec, sed multo plures. Atticae, Ionicae, Aeolicae, Doricae crebrior quam reliquarum mentio, quoniam praecipuae, et qui scribere aggressi fere harum aliqua usi sunt. Ab his autem diversae Boeotica, Thessalica, Laconica, Megarica, Eretrica, Cretica, Cypria, *Phrygia*, Pamphylia, Cilicia, Cyrenaica, Alexandrina et plures aliae; uti satis evicit nuper in linguae Hellenisticae Funere Claudius Salmasius. 55. Triplex autem proprie est differentia, quae Graecae linguae a dialectorum diversitate accidit. 56. Aut enim una eademque vox diversimode terminatur, ut cum Attici τοῦ *Αἰνείου*, Aeolés *Αἰνείαο*, Iones *Αἰνείεω*, Dores *Αἰνεία* dicunt. 57. Aut vox propria et quasi domestica his alienigena aliis constituit hanc differentiam. Exempli caussa, quod reliqui Graeci appellarunt *ἀκόντιον*, Cyprii nominaverunt *σίγυνον*· nihilominus Lycophron et Apollonius Cypria uti voce non reformidarunt. Tales autem sunt voces *Phrygiae* a *Bocharto* adductae, quibus similiter alii scriptores Graeci usi sunt. 58. Aut denique una eademque vox diversam a communi habens aliquibi significationem etiam dialectum facit. Pro exemplo sit vocabulum *εἶδος*, quo apud reliquos Graecos corporis totius forma, apud Cretenses facies duntaxat Aristotele [d]) teste denotabatur, qui Homerum, quod de Dolone Troiano dixerit Iliad. K. [e])

*Ὃς δή τοι εἶδος μὲν ἔην κακός, ἀλλὰ ποδώκης.*
*Qui vultu quidem deformis, sed pedibus velox.*

contra nonnullorum criminationes velocitatem corporis cum eiusdem prava structura male consistere arguentium, tuetur dicendo, quod Cretice ibi loquutus fuerit.

59. Perperam igitur *Bochartus* ex paucis quas ad- 467
ducit vocibus *Phrygiis* linguam Latinam nihil ex *Phrygia* mutuatam existimat, cum haec Graecae, unde tota fere Latina constat, dialectus fuerit, et quas notavit voces sint quales singulares linguae huius dialecti habeant.

60. Unde frustra pariter Virgilio, quod *Aeneam* in Italiam deduxerit, duplicem colorem obducit [f]), tum quod poëta, cui non conveniat commemorare res gestas, sed quae geri potuerint et veris sint similes (quod quousque verum supra ostensum est) tum quod ipse

d) in Poët. e) v. 316. f) p. 51.

primus fabulam hanc non excogitaverit, sed omnes qui historiam ante eius tempora composuerint, in hoc eum praeiverint: quorum deinde recensionem instituit talem fere, qualem nos alium in finem supra egimus. In qua tamen Graecorum antiquissimos *Arctinum*, *Callistratum*, *Satyrum* aliosque Dionysio citatos, et, quod mireris, *Lycophronem* in omnium manibus versantem silentio praeteriit. Sed

*Non tali auxilio nec defensoribus istis*

Virgilio opus esse ante patefecimus.

61. Ex quibus, ni fallor, quantum convincendo errori satis est, constat *Philippum Cluverium* et *Samuelem Bochartum*, eruditissimos viros, temere plane a communi de *Aeneae adventu* recessisse sententia.

---

# ORATIO
## DE
# GIGANTIBUS*).

Non temere Romanae eloquentiae et Philosophiae pa- 471
rens a) AA. ut sensuum excellentiam extolleret, affirmasse videtur, ita clara et certa esse et eorum iudicia, ut si optio naturae nostrae detur et ab ea Deus requirat, contentane sit suis integris incorruptisque sensibus, an postulet melius aliquid, caussam cur amplius quaerat habere non videatur. Fideliter enim animo repraesentant et quod oculi vident, et quod aures accipiunt, et quod palatum gustat, et quod nares odorant, et quod membra quaelibet tangunt. Neque infirmat hanc eorum fidem aut remus in aqua inflexus, aut collum columbae, modo his modo illis coloribus lucens, aliave sensuum ludibria: quae aut ab aquis intermediis, aut a luminis radiis pro diverso situ diversimode pennas illustrantibus, aliove externo impedimento proficiscuntur. In ipsis enim sensibus, si sani sunt, si valentes, maxima inest veritas. Nec facile persuaseris quantumvis Opico aut Boeoto falsum esse, quod pro vero sensus ipsi obtulerunt. Contra animus rationis ac doctrinae omnis sedes ita decipitur in plerisque hominibus, ut in summa opinionum perversitate, quam-

*) Habita Lugduni ad Rhenum x. Kal. Octobr. A. C. CIↃIↃCLXXXI.
a) Cicero l. 2. A. Q. c. 7. in persona Luculli, quod in propria deinceps destruere conatur c. 25. Sed infeliciter, uti a Samuele Parkero ostensum Disp. VI. §. 7. de Deo.

diu in hoc fragili corporis domicilio habitat, perpetuo versetur. Simul ac enim in lucem editi ac suscepti sumus, illorum imbuimur erroribus, quorum curae educatio nostra committitur, ut pene cum lacte nutricis errorem duxisse videamur. Mox traditi magistris fidelius fere illorum vitia quam virtutes referimus. Tandem accedit maximus magister populus, falsa pro veris, utilia pro honestis, imagines pro corporibus tam pertinaciter inculcans et quasi pro auctoritate iubens, ut omnia veri atque honesti semina, omnes recti atque boni notitiae a natura menti impressae, tamquam ab aestu refluente absorbeantur et in eorum locum succedat multiplex error. Hinc premitur hominum genus tanta opinionum absurditate tam circa sacra quam profana, tam in divinis quam naturalibus civilibus rebus. Nec immerito Plato felicem praedicabat, cui verum videre vel in senectute contingeret. Quam foede humana vita iacuit per quinque et amplius annorum millia, praeterquam in exiguo orbis angulo Iudaea,

*In terris oppressa gravi sub relligione?*

Et postquam Dei misericordia deceptio daemonum inhibita idolorumque cultus fugatus est, minor tamen numerus conversorum fuit. In his vero quam non sit idem sensus, atrocibus dissidiis internecivisque eorum cladibus saepe deprehensum est. Quid dicam de rebus humanis? Nulla ars, nulla disciplina post tam longam hominum experientiam sine naevis discitur aut traditur. Ipsa testis temporum, lux veritatis Historia corrupta depravataque iacet, primum a poëtis delectare potius mentiendo quam iuvare vera praedicando volentibus, deinde etiam aliis varias ob caussas ad mendacia prolapsis. Quam multa in illa perscripta leguntur vanissima et falsissima pro seriis maxime et indubitatis?

Inter quae an reponi debeat traditio vetus de *gigantibus* saepe apud animum meum antehac dubitavi et in praesens disquirere auspicandi gratia apud vos tamquam iudices proposui: partim quoniam existimo eam esse huius quaestionis praestantiam, ut non indigna videatur tali examine; partim ut qui dicendi studio operam navant exemplum subinde aliquod, rude licet et inchoatum, ad imitandum haberent.

Igitur poëtae si vocentur ad testimonium, immensae molis *gigantes* Terra et Tartaro proseminatos in can-

tibus suis imaginantur, qui bellum exstructis in excelsum aggerem montibus internecivum contra Coelestes gesserint. Ex quibus Tiphoëus commilitonibus terribilior, cum in principio vehementissime Deos conturbasset, tandem a Iove fulminatus, et cum nè sic quidem desi- 472
steret, imposito monte coërcitus fingitur. Homero, si Lucilio [b]) fides, creditus

*Polyphemus ducentos*
*Cyclops longus pedes et porro huic maius bacillum,*
*Quam malus navi in corbita maximus ulla.*

Romanus Virgilius [c]) non anthropophagum modo eumdem inducit, sed tam laxo stomacho, ut duo ex sociis Ulyssis, quos arripuerat, pro levi gustatione fuerint. Et Tityus, Terrae omnipotentis alumnus, iuxta eumdem Homerum [d]) novem terrae iugera iacens explevit.

Et ne poëtas, apud quos hoc argumentum decantatissimum est, solos ad testimonium citem, Abydenus [e]), antiquissimus Historicus, primos homines e terra natos, cum et viribus et corporis mole confiderent, potentiamque Superis ipsis maiorem affectarent, immensae altitudinis turrim, ubi sita deinceps Babylon, molitos, quae cum iam surrexisset ad coeli usque fornices, ab ipsis ventis ad Deorum opem conspirantibus in aedificantium capita effusa sit, referre non dubitavit. Eupolemus [f]) auctor est primum quidem Babylonem urbem, ac postmodum turrim illam Historicorum omnium ore iactatam, ab iis qui diluvium effugerant *gigantibus* excitatam: hos vero disiecta summa Numinis potestate turri per totum terrarum orbem distractos fuisse et dissipatos. Et qui ex Beroso adducuntur decem Chaldaeorum reges aquarum eluvie anteriores, qui non obscure decem primos Patriarchas referunt, Chronici Alexandrini Auctor [g]) totidem *gigantes* fuisse pronuntiat.

Neque obscurum est ex quibus fontibus haec derivata fuerint. A Iudaeis dubio procul eorumque magistris fama haec ad reliquas gentes evolavit: quippe qui primos parentes Adamum et Evam, Cainum et Abelum,

b) apud Nonium v. *Corbita*. c) l. 3. Aen. v. 623. d) Odyss. A. v. 576. ἔνθα πέλεθρα. Modestius paullo alii fabulati sunt Aloëi filios ad longitudinem novem orgyarum, latitudinem vero totidem cubitorum excrevisse teste Agatarchide apud Photium p. 1325. et Apollodoro l. 1. p. 29. e) apud Eusebium l. 9. de Praep. Euang. c. 14. f) Ibid. c. 17. g) p. 48.

Sethum et reliquos procerissimae staturae fuisse existimant. Certe Rabbini [h]) lectum Ogi regis ferreum, Mosi memoratum, qui in *Rabath* ostendebatur, nihil fuisse aliud quam Ogi cunas comminiscuntur. Postea enim tanta hunc cepisse aiunt incrementa ut eius pes centum et viginti cubitos expleret. Itaque ubi adventare Israëlitas cognosceret, vastissimum montem imposuisse capiti ad universum eorum exercitum unico iactu obterendum. Sed Deum, quo consilium eius disturbaret, in monte produxisse illico tantam formicarum vim, quae montis medium sic perforaverint, ut is utrique Ogi humero incumberet, ipso caput per fenestram exserente. Et cum ne sic quidem propositum desereret, eumdem Deum eius dentes extra os ad decem cubitos iussisse crescere. Sic montem propter dentium repagulum excuti non potuisse. Tunc Mosi, qui nanus aut pigmaeus videri poterat ad hunc comparatus, quippe decem tantum cubitos longo, rediisse animum arreptaque securi paris, qua ipse erat longitudinis, Ogum sub monte prostravisse. Quae tametsi metamorphosisin potius quam veris historiis adscribenda sint ostendunt nihilominus, quid ea gens de primorum hominum statura crediderit. Et ne quis putet Thalmudistas et Iudaeorum recentissimos in dulcedinem fabulae talia commentatos, ecce templo secundo adhuc stante non defuerunt, qui sub illustribus nominibus [i]) caussam staturae imminutae in senescentem et quasi effoetam matrem nostram, naturam coniicerent.

Immo si adscendamus altius et opinionis huius scrutemur natales, ipse Moses, testis omni exceptione maior, illius auctor videtur et conditor. Ubi enim primi orbis res et Noachi commemorat [k]), *Gigantes*, inquit, *erant super terram in diebus illis: et post illud, cum intrarent filii Dei ad filias hominum et generarent sibi, illi erant gigantes a seculo, homines nominati.* Et speculatores, quos idem in Cananaeam misit, reversi nuntiant [l]) vidisse se *populum excelsae staturae, monstra filiorum Enach de genere giganteo, quibus comparati locustae viderentur.*

h) apud Nic. Lyranum in Postill. ad Biblia, Alphonsum Tostatum Quaest. 27. et ex his Gerardum Vossium lib. 1. de Idol. Gent. c. 26. i) Esdrae l. 4. c. 5. v. 50. et seqq. k) Genes. c. 6. v. 4. l) Numer. c. 13. v. 33.

Unde profectum, ut multi ex primis Ecclesiae Patribus Rabbinorum sententiam non modo sequuti sint, sed qui aliter sentirent, impietatis insimularint. Certe S. Augustinus [m]) in castiganda hac incredulitate adducit primo Maronis auctoritatem, qui de lapide in agro pro limite infixo, quem Turnus pugnans rapuit currendoque intorsit,

*Vix illum*, inquit, *lecti bis sex cervice subirent,*
*Qualia nunc hominum producit corpora tellus.*

Deinde nudata vetustate vel fluminum vi aliisque casibus sepulchra, in quibus incredibilis magnitudinis ossa inveniantur, hanc corporum proceritatem contendit evincere. Et ne ex aliorum potius fide quam sua id affirmasse videatur, addit se vidisse non solum, sed cum pluribus aliis in Uticensi littore molarem hominis dentem tam ingentem, ut si in nostrorum dentium modulos mi- 473
nutatim concideretur, centum videretur facere potuisse. Ad quem locum minime obesae naris Hispanus affirmat, ostensum sibi dentem pugno maiorem, qui diceretur Divi Christophori.

Tanta autem fuit S. Augustini in Ecclesia semper auctoritas, ut eius sententiam velut Symboli articulum posteriores fere omnes receperint probaverintque. Quos inter Alfonsus Tostatus [n]), qui confirmandae huic opinioni novum adiecturus pondus Henrici Tertii Imperatoris temporibus Romae inventum Pallantis, Euandri filii, cadaver, cuius ea altitudo fuerit, ut murorum Urbis summitatem superaret, ex Helinando Chronographo refert. Et Hugo Grotius [o]) eo minus incredibilem existimat longaevitatem primi orbis hominum, quando et maiora multo olim fuisse eorum corpora nudatis sepulchris compertum plurimarum gentium historiae prodiderunt. Et Samuel Bochartus [p]) ad comprobandam eamdem sententiam adducit partim Beniamini Tudelensis, partim Thomae Fazelli auctoritatem. Quorum prior ante annos circiter quingentos scripsit vidisse se Damasci in palatio pendentem hominis costam novem spithamas longam, duas latam, qui diceretur fuisse ex antiquissimis regibus Anacaeis, nomine Abchamas, qui toto quondam Orbe regnaverit.

m) l. 15. d. C. D. c. 9. et 21. n) ad Gen. c. 5. p. 118. c. 3. o) l. 1. de Verit. R. C. p. 33. p) Phaleg. p. 364. et 616.

Nec desunt de huiusmodi ossibus inventis testimonia tam apud Graecos quam Romanos, tam apud veteres quam recentes. Phlegon Trallianus [q]) ex Apollonio Grammatico refert temporibus Tiberii Caesaris, cum terra vehementer movisset, reperta plurifariam ingentia cadavera: e quorum uno detractum dentem pedalis magnitudinis per legatos ad Imperatorem missum. Verum hunc sive quod feralia attrectanda non putaret, sive aliam ob caussam vetasse ne ipsum cadaver transmitteretur, iusso duntaxat, ut facies pingeretur dentis magnitudini respondens. Vah! quantum fuit istud os, quanta palati laxitas, tot palis obvallati? quantae mandibulae, in quas duo et triginta huiusmodi dentes fuerant inserti? quantum mentum et nasus et reliqua tota facies proportione huic denti conveniens? quantum denique caput et corpus, cuius sextam esse partem caput cernimus? Idem praeterea Phlegon [r]) in Dalmatiae spelunca, quae Dianae dicitur, reperiri ait cadavera, quorum costae sedecim ulnarum longitudinem excedant. Insuper [s]) prope Athenas inventum sepulchrum centum cubitos longum, intus vero cadaver ad ossa absumptum, cum inscriptione, quae Macrosiri eas tribueret reliquias. Ex Eumachi [t]) vero Periegesi Athenienses commemorat fodiendo incidisse in duas osseas larvas, quarum altera longa fuerit quatuor et viginti cubitos, altera uno duntaxat minus. Et ex Theopompo Sinopensi [u]) in Bosporo Cimmerio terrae motu detectam compagem viginti quatuor cubitos extensam, cuius ossa accolentes barbari in Maeotim paludem abiecerint. Pausanias [x]) se audisse ex Myso scribit Aiacis genuum vertebras disci magnitudinem aequasse, quo quinquertiones utantur. Praeterea apud Milesios, in Asterii insula, asservari cadaver Asterii, Anactis filii, decem cubitis haud multo brevius. Et in superiore Lydia apud Temeni portas disrupto tempestatibus colle, ossa tantae magnitudinis detecta, ut nisi humanorum ossium figuram retinuissent, nemo hominum dicturus fuerit. Item [y]) in Orontis alveo inventum sarcophagum fictilem, undecim cubitos longum, et in eo cadaver nihilo brevius, humana specie. Sed nemo inter Graecos licentius de *gigantibus* scripsit iunior Philostrato [z]). Apud hunc Aiax undecim tantum cubi-

q) de Mirab. c. 14. r) c. 12. s) c. 17. t) c. 18. u) c. 19. x) l. 1. p. 66. y) l. 8. p. 503. z) Heroic. p. 640. et seqq.

tos extenditur: Aryades, qui in ripa Orontis paullo ante eius aetatem detectus fuerat, triginta. Alium se vidisse ait apud Sigeum promontorium lapidoso in specu iacentem duorum et viginti. Cum quibus comparatus parvus apparet alius apud eumdem in Co insula, quadriennio prius effossus, duodecim tantum cubitos longus. Sed credibilem priorum magnitudinem reddere videtur alius in Lemno repertus, cuius calva duabus Cretensibus amphoris expleri vix potuerit. Verum huius ossa disiuncta fuisse fatetur, idque terrae motibus tribuit. Sed quis non miratur Plutarchum Chaeronensem [a]), virum non minore iudicii acrimonia quam doctrinae vastitate praeditum in hanc pariter caussam venire? Apud hunc enim legimus Sertorium expugnata urbe Tingi, apud quam Antaeus dicebatur tumulatus, cum super illius statura Afris non crederet, aperuisse Antaei sepulchrum, repertoque cadavere sexaginta cubitos longo, caesis victimis adopertoque tumulo abscessisse.

Et ne Graecos tantum, quorum fides sublesta est, allegem, ecce Plinius [b]) in Creta rupto monte inventum scribit cadaver stans sex et quadraginta cubitos altum, quod alii Orionis, alii Oti fuisse arbitrarentur. Et Solinus [c]) in eadem insula testatur humanum cadaver repertum trium et triginta, cuius inspectandi cupidine L. Flaccus Legatus et Proconsul etiam ipse Metellus im- 474
pendio capti, miraculo, quod auditu refutaverant, oculis potiti sint.

Quibus omnibus unum tantum et alterum recentis memoriae testem adiungam, non Helinandum, quem paullo ante dixi, aut Vincentium Bellovacensem, similisve aetatis aut farinae viros, sed Thomam Fazellum [d]), inter Rerum Sicularum scriptores fere principem. Hic magna contentione, quasi ita plane conveniret, Siciliam antiquitus a *gigantibus* scribit habitatam: et postquam attulisset fere qualia paullo ante adducta sunt, ad faciendam huic miraculo fidem, adiicit plura cadavera et ante et sua aetate ibi effossa, quae omnem de hac re dubitationem penitus tollant. Cum vero haec adseveratio fidem conciliare videatur veteribus Graecis Latinisque

a) Sertorio p. 572. b) l. 7. c. 16. c) c. 5. d) Dec. 1. l. 1. c. 6.

scriptoribus, Iudaeis etiam ipsis atque poëtis, induxeritque viros haud vulgares, ut quae de *gigantibus* feruntur crederent, momentum rei postulat, ut diligenter Siculum hunc Historicum audiamus. Hic enim non vetera tantum et obsoleta, non audita modo et ab aliis accepta, sed nova atque recentia, sed lustrata sibi propriisque manibus tractata exempla superiori seculo proposuit. Primum igitur duobus circiter seculis ante suam aetatem ad montis Erycis radices in antro immenso repertum ait portentosae magnitudinis virum sedentem. Cuius adspectu cum vehementissime consternati essent fossores fugam protinus versus oppidum, quod montis vertici incubat, arripuisse, civibusque quid monstri viderint retulisse stupentes. Mox Erycinos ferro facibusque armatos specum hunc introgressos reperisse, ut relatum erat, cadaver humanum ingentis staturae in sede positum, sinistra manu baculo mali nautici instar innixum, ex omni parte integrum. Tactum vero a curioso scipionis corticem confestim in cineres solutum, repertamque clavam plumbeam humo ad manum sedentis adscendentem, ligno isto absconditam. Mox simili tactu ipsum pariter cadaver fecisse ruinam, tribus duntaxat molaribus admirandae magnitudinis et anteriore cranii parte, aliquot modiorum Siciliensium capace, incorruptis. Existimat autem corpus hoc fuisse Erycis, quem loci illius olim regem ab Hercule occisum prisci rerum scriptores tradant. Recitat autem omnia haec ex Decurionum Montanorum Drepanensium, quod illis hodie nomen est, relatu. Dentes in eiusdem oppidi templo in miraculi fidem servari ait publice. Deinde sua aetate *) apud *Mazarenum* oppidum inventum prodit cadaver cubitorum circiter viginti, sed quod rudius contrectatum illico in pulverem abierit, molaribus duntaxat aliquot salvis, quorum singuli unciarum quinque pondus aequarent; quos se vidisse simul cum eiusdem imagine *Caltanixettae* in pariete delineata scribit. Praeterea inter Leontium, et Syracusas apud oppidulum, quod Hybla olim, *Melilli* hodie dicitur, frequentia exstare gigantum sepulchra, in quibus ossa reperiantur ingentia, praecipue vero dentes, e quorum numero plures fervet quatuor circiter uncias pendentes. Similia inveniri coemiteria apud Hyccaram

*) A. C. 1516.

prius, nunc *Canini* appellatam, unde detractum os humeri possideat latissimum et pene monstrosum. Rursus in Panormitano agro effossum cadaver [f]) cubitorum ferme octodecim, sed membris iam solutis dissociatisque, et quae nihilominus imprudentius tacta simul ac Erycini in pulverem migraverint, salva duntaxat cum molaribus suis mandibula: sed quae paullo post simili plane fato dum nescio quis dentes ex illa summa vi excuteret perierit: dentes autem solos superstites, unciss ad quatuor graves, subalbos, *effigiatos*, ut loquitur, et carie prorsus carentes nostrisque similes, quorum duos tum in rei fidem cum memoriam magno studio custodiat, Christianis ac Ethnicis hominibus, qui tale genus vix fuisse credant, exhibendos. Paullo post [g]) in agro Syracusano iterum cadaver detectum refert, cubitos viginti longum: verum e quo pars tantum capitis, costae item et crura attrectantium manus non fefellerint, quae pro miraculo Melitam ad Magnum sacrae militiae Magistrum missa, duobus tantum molaribus retentis. Et rursus post hoc [h]) aliud apud *Calatrasin* in aedicula testudinea duorum et viginti, cuius caput decem fere in circuitu pedes aequaret, quo stupefacti primum coloni, mox in risus iocosque soluti pro scopo usi fuerit, quem lapidibus impeterent: sic comminutum ingens istud caput dentibus tantum salvis, reliqua terrae reddita. Tandem [i]) apud *Petraliam* plura reperta conditoria lapidibus quadratis inclusa, in quibus pleraque cadavera octo cubitos vincerent, unde ipse cum duobus molaribus sextantariis possideat mandibulam. Videtis AA. quomodo Fazelli aetas non minus, quam Philostrati felix fuerit in detegendis huiusmodi cadaveribus. Et ne Fazellum solum talia memoriae prodidisse existimetis, similia plane tradit alius Siculus, Marianus Valguarnera [k]). Quod si publicum aliquod in hac caussa testimonium postulatis, publicae fidei instar facere videtur *gigas* Helvetius, cuius imago decreto Patrum *Lucernensium* in curia eorum delineata cernitur, septemdecim pedes nostros cum sex unciis alta [l]). 475

f) A. C. 1547. g) A. C. 1548. h) A. C. 1550. i) A. C. 1552. k] libro Italico idiomate scripto, *Dell' Antichita di Palermo*. l) Iuxta lineam apud Athanasium Kircherum expressam l. 8. Mundi Subterr. s. 2. c. 4. quae quadragies bis sumpta adaequet totam *gigantis* altitudinem.

Nec praetereunda hic videtur planta pedis Adami, quae saxoso in *Ceilane* insula monti, qui Adami dicitur, tamquam recenti luto impressa est, a Batavis nostris permittente Rege nuper visa mensurataque, pedes tres Rhenolandicos cum octo unciis longa, sesquipedem vero lata [m]).

Haec fere sunt argumenta AA. quibus inducti ut olim sic nuper tot viri praestantissimi [n]), ut crederent principio rerum ut aetatis sic statturae homines fuisse longissimae: quorum genus sive naturae quodam defectu sive Auctore illius sic ordinante simul cum longaevitate defecerit.

Verum cui quaeso paullo attentiori ulla harum causarum persuaderi poterit? Quid? an qui hoc universum in tempore condidit, non tantumdem facit quotidie, dum id conservat eo statu atque ordine, quo in principio disposuerat? Aut, an putamus terram in circumfuso aëre per tot seculorum decursum sua virtute sustentare se eodem situ in utrumque polum? An motum, qui vicissitudinem in natura producit perpetuam et inconstantiam constantem, existimamus sua sponte conservari perpetuarique? An solem (sive terram) credimus orbitae suae adeo memorem, nobisque tam benevolum, ut nunquam exorbitet, nunquam extra tropicos circulos versus utrumque polum exspatietur, ne natura hic laboret et omnis eius facies conturbetur. Quod si idem Deus curet qui condidit universum, perperam natura vetulae assimulatur a personato Esdra et poëtis tam Graecis quam Latinis. Philosophi hic pariter *in ratiociniis et dissertationibus suis evanuerunt*, docentes mundum hunc alternis diluvie, alternis exustione redintegrari post certam seculorum periodum: in qua tamen definienda non eiusdem fuere sententiae. Quoniam autem

m) Iuxta mensuram humaniter mecum a V. C. Paullo Hermanno, Botanices Professore, communicatam, qui per annos novem in *Ceilane* est commoratus, eamque acceperat ab aliquo ex *Cinghalis*, qui religionis caussa plantam hanc adierat et mensuraverat. Philippus Baldaeus in descriptione *Malabariae* p. 153. plantam hanc a nostris permittente Rege inspectam scribit mense Martio a. 1654. repertamque longitudinem eius implere ulnam cum dimidia, latitudinem tres quadrantes, profunditatem quadrantem unum. Sed non addit cuias ulnas intelligat. n) Quos inter etiam Philippus Cluverius l. 1. Sic. Ant. p. 13. Iustus Lipsius l. 3. Physiol. Stoic. c. 5.

proxime inundatione periisse, ut revera periit, credebant, hinc in conflagrationis vices vergere aevum eiusque appropinquationem seminum ubertatem consumere arbitrabantur. o). Saniora, saltem in speciem, attulere, qui Deo volenti imminutionem hanc adscripsere. Sed unde quaeso haec divinae voluntatis immutatio innotuit, cum videamus summa constantia, infinita bonitate conservari tam minimas quam maximas res semel ab ea conditas? Longaevitatis tam obtinentis quam cessantis sicut multae adferri possunt rationes, ita nobis in divinis Oraculis tam manifesta facta revelatio est, ut de ea dubitare sit nefas: staturae excelsitas, quantam commemoravimus, in iisdem nusquam ponitur.

Verum age distincte et tamquam boni advocati resumamus singula, quae *gigantei* generis patroni adferunt argumenta. Diligentius eorum examen, nisi plane fallor, ad rei, de qua quaerimus, veritatem nos deducet. Et licet poëtae standi in hoc iudicio personam non magis quam commorandi in Platonis civitate facultatem habere debeant, nihilominus in doctrinae et antiquitatis honorem eos admittemus. Quis autem non videt primarium eorum thema de *Gigantomachia* ex Sacra Historia reapse depromptum, sed ex artis praecepto ita exaggeratum totque figuris involutum, ut rei veritas non nisi per densam hanc eorum artis nebulam conspiciatur. Quam parum fideles veritatis custodes dicendi sunt, qui de uno eodemque Typhoëo vel Typhone tot contraria retulerunt. Homerus p) fulmine

o) Plinius l. 7. c. 16. *In trimatu suo cuique dimidiam esse mensuram staturae certum est. In plenum autem cuncto mortalium generi minorem in dies fieri propemodum observatur: raroque patribus proceriores, consumente ubertate seminum exustione, in cuius vices nunc vergat aevum.* p) Iliad. B. v. 783. *Εἰν Ἀρίμοις, ὅθι φασὶ Τυφώος ἔμμεναι εὐνάς. In Arimis ubi dicunt Typhoëi esse cubilia.* Post quem versum Eustathius omissum esse in Homeri Codd. hunc sequentem ait: *Χώρῳ ἐνὶ δρυόεντι Ἴδης ἐν πίονι δήμῳ.* cuius et Strabo meminit l. 13. p. 626. In quo versu Edmundus Dickinsonus pro voce Ἴδης (quae convenire non videtur: *Hyde* enim alio nomine *Sardis* Lydiae urbs) legit Ἰούδης (metri lex postularet Ἰύδης) vertitque: *In agro quercubus abundanti Iudae inter opimum populum.* existimans *Basanitidem Iudaeae* regionem quercetis olim nobilem intelligi. *Iudaea* enim Syriae, quae *Aram* in S. L. *Typhoëus* igitur vel secundum Homerum Ogus rex *Basanitidos.* Quod aliis argumentis probat Gerardus Vossius l. 1. de Idolol. Gent. c. 26.

ictum, cecidit in Arimis. Virgilius [q]) in insula Aenaria, quam nove Inarimen, ne ab Homero discedere videatur, appellat. Apollonius [r]) in Superos bellaturum educit ad Caucasum, hinc post multa proelia fulmine Iovis percussum fugisse in Palaestinam, et in lacu Serbonidis demersum fabulatur. Pindarus [s]), in Hieronis ut videtur gratiam, primus nivosam Aetnam ei superimposuit, postquam Cilicium natalibus eius illuminasset. Quod mire extulit Nasonis [t]) ingenium, totam Siciliam iniectam comminiscentis. Proprium igitur poëtarum est fingere, veritatemque rei tot ambagibus deorumque ministeriis et fabuloso sententiarum portento involvere, ut,
476 quemadmodum ille ait, *potius furentis animi vaticinatio appareat, quam religiosae orationis sub testibus fides.* Hinc Homerus pro cyclopibus et *gigantibus* ducenorum pedum describit Laestrigones, veterrimos Italiae Siciliaeque colonos; quod cognovisset gentem fuisse bellicosam, et statura, robore trucique adspectu ferum quiddam atque terribile prae se ferentem. Certe ita Auruncos, qui in iisdem locis, in quibus ab Homero recensentur Laestrigones, habitaverunt, describit Dionysius Halicarnassensis [u]). Staturae enim altitudo qua praediti fuerunt prae vicinis, dubio procul hyperbolae dedit occasionem. Non aliter quam si quis Burgundiones *septipedes* [x]) et bellicosum per superiora secula populum turribus exaequaret aut Homericos faceret polyphemos.

Nec Abydenus, Eupolemus aut Berosus quidquam in hac caussa habere ponderis possunt, cum luce meridiana clarius sit omnia eorum Iudaicam gentem spectantia ex Sacris Libris hausta atque deprompta: qui non Ptolemaei primum Philadelphi temporibus, quando ex Hebraeo in Graecum sermonem a LXX Senibus transfusi sunt, sed iam ante Graece lecti, teste Aristobulo [y]), Ptolemaei Philometoris magistro. Et quemadmodum Pythagoras, Plato et Peripatetici Iudaeorum lege usi sunt ad mentem informandam, sic plerique Historici eorumdem annales ad origines rerum et nascen-

q) l. 9. Aen. v. 715. *Inarime Iovis imperiis imposita Typhoeo.* r) l. 2. Argon. v. 1215. s) Pyth. Od. 1. t) l. 5. Metam. v. 346 et seqq. u) l. 6. p. 566. x) quod perpetuum eorum epithetum apud Sidonium Apollinarem. y) Apud Eusebium l. 13. de Praepar. Euang. c. 12. p. 665. et Clement. Alex. l. 1. Strom. p. 342.

tis mundi principia et incrementa cognoscenda adhibuerunt.

Ergo hoc videndum an Moses in *sexto Geneseos capite* per *gigantes*, tam portentosae staturae homines intellexerit, ut non modo nulli tales hodie reperiantur amplius, sed ne quidem reperti fuerint, ex quo Homerus vivere desiit. Illud autem adeo a veritate alienum videtur, ut quodammodo mirandum sit, quomodo illud a tot maximis viris tam leviter credi, tam imprudenter affirmari potuerit. Innumera enim absurda sententiam hanc comitantur. Si enim ponamus fuisse in primo orbe *gigantes* pariter ponendum omnes fuisse. Nam cum omnes ab iisdem primis parentibus proseminati fuerint, natura non patitur, ut ab his genus duplex, alterum staturae iustae, alterum portentosae descendisse dicamus. Scilicet, quoniam corporum magnitudo a paterni maternique seminis fermento pendet: quod licet a diversis caussis intendi imminuive possit, nunquam tamen in immensum crescit. Ipse autem Moses praeter *gigantes* agnoscit adhuc aliud hominum genus, qui *gigantes* non fuerint, Dei filios, qui cum sumpsissent sibi uxores ex filiabus hominum pariter *gigantes* sustulerint: per quod ipsos hominum filios non obscure *gigantes* pronuntiat. Vetus enim sententia, quae *gigantes* e congressu angelorum cum virginibus statuit natos, in qua Athenagoram, Tatianum, Iustinum, Tertullianum [z]), Arnobium, Firmianum, Sulpitium Severum aliosque de primis Christianis fuisse mirere, dudum explosa est. Ipsum igitur Dei filiorum cum *gigantum* filiabus connubium evidentissime ostendit staturam praecipue non attendendam. Verum an ipsa illa, quae ponitur, immensitas a ratione non refutatur? Quemadmodum enim in machinarum formis videmus aliquas inservire fini, cui ab artifice sunt destinatae, quamdiu formae sunt, propter exiguam corporis sui molem; in opus vero deductas a magnitudine sua praepediri: aut sicuti in colossis membra exserta sine fulcro non cohaerere cernimus: ita pariter tam immensa corpora mole propria ruere nec ullam vim sine totius convulsione atque periculo edere posse necesse est. Deinde quibus tectis comprehendi, quo nu-

z) Lib. de Cultu feminarum: unde patet sententiam hanc ex supposititio Enochi libro promanasse.

trimento sustineri, quibus vestibus tegi tantae vastitatis moles potuissent? Sed quid opus talia colligere? An non tota natura huic sententiae reclamat? Quae inter quadrupedes elephantum omnium maximum genuit, eumque ne tyrannidem in reliquas bestias exerceret, et tamen non esuriret, non carnibus, sed foeno, gramine fruticumque foliis nutrimento parabili et ubivis obvio uti voluit. Quae inter volucres aquila, vulture, strutiocamelo maiores non produxit, ne rapacitas velocitati iuncta sisti non posset. Quae in mari omnium animantium maximas produxit balaenas, pristes, orcas, physiteres, propter alimenti ibi copiam. Verumtamen cum ceteros maris incolas fecisset oviparas, hos, ne in ruinam reliquorum crescerent, viviparas esse voluit: motum praeterea addidit tardissimum, ne ceteris effugiendae illorum gulae praeriperetur facultas. Quemadmodum igitur provida natura in pondere, numero et mensura posuit omnia: ita pariter hominem in plerisque regionibus intra sex aut septem continet pedes: in nonnullis ad totidem cubitos pervenire patitur: sic tamen ut utrobique nonnunquam ab hac regula deflectat pro pedibus cubitos pro cubitis pedes subiiciens. Quod ultra fertur fabulosum est. Quis ergo non videt apud Iudaeorum ducem per *gigantes* non tam staturam immanem intelligendam quam haeresin quandam pravam, qua isti a Dei filiis distinguebantur? Quaenam autem
477 illa potuit fuisse alia, quam quae deinceps semper obtinuit, obtinebitque donec naturae Domino aliter visum fuerit, de principiis rerum; filiis Dei statuentibus Mentem aeternam, uti Adamus docuerat, universi causam; *gigantibus* contra mundum nunquam coepisse contendentibus Deumque negantibus. Nec aberravit multum a veritate Macrobius [a]), quando exclamat: *Gigantes quid aliud fuisse credendum est, quam hominum quandam impiam gentem, Deos negantem, et ideo diluvio matam Deos pellere de coelesti sede voluisse?* Ubi Polyphemus se Galateae iactans haud incongrue a poeta [b]) inducitur:

*Adspice sim quantus. Non est hoc corpora multa*
*Iupiter in coelo: nam vos narrare soletis*
*Nescio quem regnare Iovem.*

Et hinc *gigantes* pro impiis et qui iura negabant, qui

a) l. 1. Sat. c. 20. b) Ovidio l. 13. Metam. v. 849.

nata apud priscos Hebraeos proverbio dicebantur. Certe adulteria, incesta, libidines praeposterae, homicidia, parricidia, tyrannis, vis, rapinae aliaque atrocia crimina, quae inundationis universalis caussae fuere, ab his patrata non alium fontem habuerunt, quam quod crederent praeter illud, quod externis sensibus percipitur, aliud in natura nihil esse. Nam si omnes tam Dei quam hominum filii, quique ab his orti, *gigantes*, hoc est, immensis corporibus praediti fuerint, caussa non apparet, cur peculiari appellatione et hi hybridae et inter hominum filios saltem aliqui *gigantes* appellentur. Ut taceam agilitatem velocitatemque non convenire talibus monstris, quae tamen alibi [d]) in iisdem Sacris Oraculis *gigantibus* adscribitur. Exstitisse autem ante diluvialem irruptionem homines, qui pro diversa coeli et terrae, in qua degebant, positura, alios corporis magnitudine superarent, plusquam verisimile est. Quos si demus filios fuisse hominum, caussa dicta est: proceritas enim et robur cum impietate in *gigantibus* iungitur. Certe post diluviem rem ita se habuisse manifestum est. Quis enim adeo simplex et loquendi imperitus est, ut non animadvertat apertissimam in exploratorum responso hyperbolen, locustas se in staturae suae cum Cananaeorum comparatione appellantium. Nam ut demus, quod tamen dari non oportet, locustas Indicas quas Plinius [e]) ternos pedes longitudine aequare ex aliorum relatu scribit hic intelligi, Cananaei si ad amussim exigenda haec contentio est, minimum, quinquies ipsis speculatoribus excelsiores fuere: quod e directo pugnat cum statura Ogi, cuius tamquam inter eos longissimi divinus scriptor meminit. Huius enim lectus ferreus, qui ostendebatur [f]) *in Rabath, filiorum Ammon, novem cubitos habens longitudinis et quatuor latitudinis ad mensuram cubiti virilis manus*, hoc est, communis, satis, qua statura ipse fuerit, prodit. Si enim de horum temporum consuetudine et perpetua cubandi commoditate argumentum ducere liceat, lectum regis corporis eius modulo paullo longiorem fuisse, quo culcitae et cervicali pulvinis suis instructo locus esset, maxime probabile est. Alioquin enim facile fuisset, si forte semisomnis altius se, ut fit, sustulisset, ut caput

c) Gen. c. 6. v. 4. d) Psalmo 19. v. 5. e) l. 11. c. 29. f) Deuteron. c. 3. v. 11.

ferro e quo lectus erat, illideret et minima quavis extensione a rigidis durisque spondis vulneraretur. Nostro aevo quamvis non fere ferro, sed ligneis tabulis lecti compingantur, eam tamen magnitudinis rationem servant, apud illos saltem, qui in aliqua rei familiaris mediocritate versantur, ut communem hominis staturam duobus pedibus excedant. Ut igitur privatorum tori duobus pedibus, sic regios duobus cubitis corporis mensuram superare aequum est. Unde sequitur septem circiter cubitos, hoc est, decem cum semisse pedes regem hunc Basanitidos implevisse g). Quae statura sicuti alterum fere tantum communi adiicit, minime tamen humanae naturae adversari paullo post ostendemus: uti nec Goliathi, quem sex cubitos et spithamam, sive novem pedes cum digitis duodecim altum fuisse Samuël h) praedicat. Quis igitur in vocabulo, quo exploratores usi sunt, non agnoscit manifestissimam translationem? Uti et in hac alterius i) figura: *Ego exterminavi Amorrhaeum a facie eorum, cuius altitudo cedrorum altitudo eius, et fortis ipse quasi quercus*, et quae sequuntur. Desinant igitur delirare Rabbini et Thalmudistae, qui, dum e lecto Ogi faciunt cunas, in cunis vagire videntur.

Sed quid faciemus tot testimoniis scriptorum tam veterum quam recentium, qui cadavera humana portentosae magnitudinis saepius effossa notant? Hoc igitur ut videamus apprime opus est. Et quoniam veterum exemplorum fides recentibus documentis non modo stat, verum etiam cadere videtur, et proxime nos contingentia facilius dispicimus, intueamur primum Pallantis cadaver ab Albulense huc adductum. Helinandus Gallus, Frigidi Montis monachus, qui seculo vixit duodecimo, hoc Romae scribit inventum anno tertio Imperatoris
478 Henrici Tertii, seculo ferme integro priusquam natus esset, tam vastae magnitudinis, ut erectum ad Urbis moenia summitatem eorum vinceret. Verum quis tam sinistro genio natus, tam Rabbinicis deliramentis inescatus est, ut portentosis huiusmodi narrationibus credat? Sed ut appareat falsitas, remetiamur paucis lepidam fabellam obesae naris Chronographo et decem die-

g) Hanc *Ogi* staturam sic collegit ante nos Goropius Becanus in Orig. p. 171. h) l. 1. Sam. c. 17. v. 4. i) Amos c. 11. v. 6.

rum Milesiis dignam. Narrat anno, quem dixi, Pallantis Euandri filii corpus integrum Romae repertum in pectore vulnus habens quatuor pedes cum semisse longum, cum epitaphio, unde dignosceretur, quis genus? unde domo? et ardente ad caput lucerna, quae cum neque flatu neque liquore ullo exstingui posset, tandem per parvum subtus factum solertioris cuiusdam ingenii ope foramen deleta fuerit. Corpus vero aeternae Urbis muris applicitum (conditura quippe hactenus ab omni putredine conservaverat) altitudine sua illorum pinnas superasse; mox paucis diebus pluviae rorisque madoribus labefactatum corruisse. Quis illico non animadvertit historiam hanc ab insomni monacho confictam ad stabiliendam Patrum nonnullorum de *gigantibus* fidem? Sed nimium hercle aniliter. Quis enim de veteribus unquam prodidit Pallantem hunc fuisse *gigantem*. Virgilius[k]) tamquam puerum inducit: nam quod crematum ab Aenea, non ingero; quoniam hoc anticipasse de sui temporis moribus videri potest. Sed reliqua quam putida sunt et delira? Quis non miratur vulnus ultra quatuor pedes hians? Quanta debuit fuisse spatha, sive lancea, seu venabulum, sive verutum, quo tam vastum fugienti vitae iter apertum est? Sed qualis fuit inscriptio, cuius inditio cognitum Pallantis fuisse istas reliquias, ante enim omissa est? Bellula hercule, acuta, sublimis, scilicet,

*Filius Euandri Pallas, quem lancea Turni*
*Militis occidit,* [l]) *morte sua iacet hic.*

Quid novius, barbarius, stultius, et Frigido Monti convenientius fingi aut excogitari possit? Deinde quae conditura plusquam Aegyptia potuit corpus tam immane conservare integrum per tria ferme et viginti secula? Sed cur quaeso mensurandi caussa cadaver hoc erexerunt ad Romanae urbis moenia? An quod destituti essent cubitis, ulnis, decempedis, perticis ad illud metiendum iacens? At omnem fidem et patientiam superat lucerna bis mille et trecentos annos ardens ad *gigantis* caput posita, omnium lucernarum regina atque miraculum; quae cum reliquae sepulchrales, ut nonnul-

k) l. 11. Aen. v. 42. l) Alii Codd. *mole sua*, alii, *more suo*, aeque inepte, ut pluribus docet Octavius Ferrarius Dissert. de Lucernis Sepulchral. p. 17.

li fabulantur, ad' primum immissi aëris flabrum exspirent, aeterno illo elychnio atque oleo defectae, contumax arsit non contra irrumpentem modo aërem, ventos stridentes, sed ipsas etiam provocavit aquas. Ac nisi tenebrio inhonesto vulnere eam suffodisset fortasse ad mundi conflagrationem vividum lumen produxisset. O mortualia glossaria! O praeficarum naeniae! O puerorum secula, quibus talia literis mandare non puduit! Et tamen Tostatus Albulensis tanti nominis theologus ad veteris fabulae, quam putabat veram, confirmationem, novellam hanc adiicere non dubitavit: sic vana vibiam sequitur.

Sed non sic abibis, inquiunt *gigantem* patroni: Thomae Fazelli, testis omni exceptione maioris, utique non insimulabis fidem. Fateor Fazellum Historicum esse non contemnendum. Monachus tamen fuit valde credulus, neque doctus, neque indoctus, Graecae etiam literaturae plane rudis. Hic etsi crediderit *gigantes* olim Siciliam tenuisse et hoc aliis persuadere voluerit persuaseritque non paucis, quos inter viri aliquot magni nominis, tamen ipse nusquam refert se vidisse integram talis *gigantis* larvam. quid dico larvam? immo ne partem quidem ullam corporis organicam, unde sine errore diiudicari posset humani corporis fuisse, oculis suis usurpatam refert. Sed dentes tantum molares diversi ponderis non modo se vidisse apud alios scribit, verum et habuisse domi cum humeri osse atque mandibula, cuius molares duas uncias penderent. Sed inspiciamus singulos Fazelli *gigantes*, nisi enim plane decipior, non minus quam Helinandi Pallas indicio suo prodentur. Primus igitur est terribilis iste Eryx, quem ex relatu decurionum municipii, quod in cognominis montis vertice sedet, repertum scribit ducentis ferme annis ante suam aetatem. Sed valde vereor decuriones istos, bellos homines, potius ex Bocacii Deorum genealogiis[m]) quam oppidi sui actis lepidam fabellam retulisse: licet hic, argumento suo convenienter, mentiendo multum illos superaverit. Narrat enim cadaver hoc sinistra manu tenuisse baculum tantae altitudinis et spissitatis, ut superaret facile cuiuslibet maximae navis antennam: plumbum, quod in imo baculo fuerat absconditum, pen-

m) l. 4. p. 76.

disse *cantharos* quindecim, quorum singuli centum libras Drepanensium faciant: dentes tres aequasse totidem *rodolos* sive uncias communes centum: cranii tibiaeque partes ex ruina superstites indicio fuisse *gigantem* hunc ducenos cubitos fuisse longum. Quis illico non deprehendit historiam hanc aut ab ipso Bocacio, aut ab alio festivo istorum temporum ingenio excogi- 479
tatam esse atque confictam? Certe alius monachus, sed paullo emunctioris naris, Athanasius Kircherus antrum, in quo horrificus hic *gigas* sedisse dicitur, ingressum se, illiusque altitudinem vix triginta pedes scribit attingere: praeterea Drepanenses nulla amplius *gigantis* ossa valuisse [n]) ostendere. Unde luce meridiana clarius patet de primo apud Fazellum *gigante* purum putum esse commentum. Sed secundus illo puero apud *Mazarenum* oppidum effossus viginti cubitorum primo auditu fidem facere videtur. Verum exactus paullo diligentius atque excussus aeque ac prior fabulosus excidit. Primum enim caementarios ait ligonibus impegisse in hoc cadaver, quod caput instar dolii haberet, mox cum rudius attrectarent, illico in pulverem abiisse, molaribus duntaxat, qui singuli quincunces, salvis. Verum quis sano capite credat ossa cadaveris, quae in principio tam essent dura, ut ligonibus resisterent, mox propter rudiorem contactum cuncta unico momento in pulveres resoluta? Tertio et quartò loco Siculus Historicus allegat non corpora integra, sed ossa tantum segregata et praecipue dentes, partim apud Hyblam partim apud Hyccaram effossos; ex quibus possideat dentes quatuor circiter unciarum singulos et humeri os pene monstrosum.

Sed quam hinc apparet Fazellum ignorasse terram tum in Sicilia cum alibi non modo dentes producere, ut reliqua fossilia, verum etiam ossa naturam aemulantia. Tales dentes passim asservantur a curiosis et ostenduntur alicubi [o]) in Principum armariis. Ceterum S. Augustini auctoritas, qui talem dentem in Uticensi littore intuitus pro *giganteo* pronuntiavit, facit ut huiusmodi fossilia a planis atque agyrtis vendantur pro humanis et in pinacothecis pro talibus dedicentur. Certo

n) l. 8. Mund. Subterr. s. 2. c. 4. o) Vindobonae in Bibliotheca Caesaria teste Petro Lambecio l. 6. Bibl. Caes. p. 311.

tamen certius est a terra fuisse productos. Idque non modo in Sicilia fieri extra omnem dubitationem posuit laudatus paullo ante Athanasius, sed hic etiam in vicinia nostra contingere apud Mosae Traiectum quotidiana docet experientia [p]). Nec dentes tantum omnis generis in terra nasci, qui de Fossilibus scripserunt, tradunt, sed ossa etiam tam humanorum quam belluinorum speciem imitantia. Nec haec observatio heri aut nudius tertius primum facta est, sed iam olim Theophrastus [q]) non modo *ebur fossile candido et nigro colore inveniri sed et ossa e terra nasci invenirique lapides osseos* memoriae prodidit. Idque recenti experientia in multis locis comprobatum est. Caesalpinus [r]) iuxta *S. Ioannis* oppidum in Arni valle reperiri ait ossa lapidea ingentis staturae, quae a nonnullis pro elephantum habeantur ab Hannibale in Italiam ductorum; ex quibus viderit partem humeri superiorem aut coxae id magnitudinis, ut utraque ulna amplecti vix posset, cum fragminibus crurum intus spongiosis exterius solidis marmore porphyretico, cuius etiam sonum repraesentent, nigrioribus. Anselmus Boetius [s]) costas aut potius costarum bracchiorumque et femoris humani formas erui tradit in Palatinatu iuxta *Spiram* et *Heidelbergam*; in Saxonia apud *Ienam*, in Silesia et aliis Germaniae locis: crescere autem ad arenosorum montium radices. Georgius Agricola [t]) aluminosa in terra prope *Hildeshemium* et *Luneburgum* ossa huiusmodi extrahi prodit. Et Goropius [u]) a se possideri testatur ossa saxea ingentia balaenarum ossibus maximis aequa, quae dum aquis hauriendis puteus foderetur e terrae visceribus eruta fuerint. Ac talis naturae costam fuisse a Tudelensi Beniamino Damascena in regia visam, modo ceti non fuerit, verisimile est. Nam ne elephanti suspicemur non tam longitudo, sex cum duodecim digitis pedum, quam latitudo, integri pedis digitorumque octo, prohibet. Costa enim elphanti, quae in Anatomico Academiae Theatro ostenditur, iuxta exteriorem flexuram octo admodum pedes longa, ubi spississima est, circa ossis sterni commissuram, pedem tantum unum

p) auctore Georgio Agricola l. 7. de Nat. Fossil. p. 639. q) apud Plinium l. 36. c. 18. r) l. 2. de Metall. c. 43. s) de Lapid. l. 2. c. 234. t) dicto loco. u) Goropius Becanus in Origin. p. 242.

cum tribus unciis circuitu suo implet. Cetorum autem generi debentur ossa immania, quae *Noribergae*, *Francofurti* ad Moenum, *Moguntiae*, inque aliis mediterraneis Germaniae urbibus, nam de maritimis monere supervacaneum est, ostenduntur publice, ab *Islandia* istuc ultimoque septentrione vigente *Anseaticarum* urbium foedere vecta. Quis igitur post haec dubitet, quin ossa et dentes a Fazello tertio et quarto loco adducta talia pariter fuerint, cum ipse satis prodat nullum in illis partium observari situm, nullam ossium harmoniam; immo nullum inde producat cranium, nullam manum, aliamve corporis partem, unde sine haesitatione dignosci posset eam hominis fuisse.

Pergit tamen ulterius in problematis sui adstructione et quinto loco in Panormitani agri specu, qui supra fontem extenditur, cui *Mare Dulce* nomen, sua pariter aetate effossum ait *gigantem* cubitorum ferme octodecim; sed membris omnibus incompactum dissolutumque. Testor vestram fidem AA. quid est abuti lectoris patientia, si hoc non est? Si dissolutum fuit 480
cadaver membris omnibus, unde igitur mensura octodecim cubitorum collecta est? Sed fabulosum hunc non minus quam Erycinum ostendit cantilena solennis de subitanea illius in cineres migratione post duriorem contrectationem, inprimis mandibulae, quam studiose servare debuerant non excussis ex illa vi dentibus; et servassent, nisi me omnia fallunt, tanti *gigantum* patroni, si res vera fuisset. Certe Kircherus [x]) in eodem antro se fuisse scribit, idque reperisse tam inaequalis altitudinis, ut modo quinque et viginti, modo quindecim, modo decem tantum palmos capiat; immo in multis locis adeo impendens, ut se erectum incedere non pateretur: latitudinem pariter non eamdem ubique habere, sic ut ubi minima sit, decempedam non adimpleat. Unde diiudicatu facile est specum hunc ut pro domo tam vasti *gigantis* sic pariter pro sepulchro fuisse inéptissimum. Quod de omnibus fere speluncis, in quibus *gigantes* habitasse proditum est, affirmari sine mendacio potest. Ceterum Kircherus, quem antrum hoc intrasse dixi, scribit in sinisteriore illius latere se reperisse dentes parvos, mediocres, maximos ea serie, qua

x) l. 8. Mund. Subterr. s. 2. c. 4.

natura animalium maxillis inserere solet, tanta copia, ut centum inde plaustra onerari facile possent, tantaque naturalium dentium similitudine, ut vix hos ab illis distingueres; supra quidem candore perillustri splendidos, infra acutis radicibus instructos. Inter eos autem, quos inde detraxerit, unum fuisse, non quatuor uncias, ut Fazelli, sed quatuor libras pendentem. Ulterius vero progresso in subterraneo hocce cuniculo oblata ossium imitamenta humanorum et modo tibiarum protuberasse formas, modo vertebrarum genuumque vestigia, nullo tamen ordinis nexu: insuper tumores apparuisse argillaceos ingentes, qui excisi ab una parte os genuum ab altera concavitatem referrent calvae haud absimilem. Ex quibus luculenter apparet non modo. quid de hoc aliisque Fazelli *gigantum* cadaveribus sentiendum sit, verum et de illis fabulosi Philostrati, quibus si Fazellana quis adsimulata conformataque crediderit, non multum forte a veritate abluserit. Pergit nihilominus in credulitate sua Fazellus et in agro Syracusano aliud *gigantis* cadaver anno duntaxat uno post superius repertum ait, viginti cubitos longum: sed e quo omnia pariter pulvis facta fuerint praeter calvariae, costae, crurumque frusta, quae statim in Melitam (ne scilicet fraus detegeretur) missa fuerint, retentis tantum in Sicilia duobus molaribus. Verum septimus biennio post apud *Calatrasin* repertus in aedicula camerata duorum et viginti cubitorum tam est ridiculus, ut examinari non mereatur. Ex eo enim, si diis placet, apparet domitores istos prioris orbis *gigantes* non speluncis duntaxat fuisse contentos, sed mausolea insuper exuviis suis circumdedisse et architecturae, quod hactenus ignorabatur, fuisse studiosos. Quid autem hoc cadavere cedo factum? Caput cuius circuitus decem pedes patebat pro scopo erectum lapidibusque donec comminueretur impetitum est, reliquiae dentibus tantum exceptis humo redditae sunt. Hem nugatores mali! quid opus erat caput istud comminuere? cur in publico loco non posuistis contemplandum, si tantopere Siciliae vestrae interesse creditis a talibus monstris in principio fuisse habitatam? cur reliqua omnia cadaveris terrae iterum reddidistis, molares duntaxat vobis reservastis? Quis fabulam hic non subolfacit manifestam? Tandem addit ultimo apud *Petraliam* reperiri cadavera octo ulnas pro-

ceritate superantia, ex quibus ipse teneat mandibulam, cum duobus molaribus duarum ferme unciarum singulis. Hoc ultimum exemplum, etsi a natura, ut deinceps dicemus, non multum abhorreat, tamen eiusdem farinae cum reliquis habendum esse existimo. Cranii enim, pedum, manuumque tam hic quam ante altum silentium est.

Interim vero ossa, humanorum mensuram multum excedentia, in Sicilia non aliter atque in ipsa Asia et Africa adhuc reperiri nullus infitior. Verum haec elephantorum esse omnes periti iudicant, non hominum; qui magno olim numero et a Poenis et a Pyrrho rege in Siciliam transportati sunt. Homines autem imperiti ut olim sic hodie ossa elephantum belluarumque immanium pro *gigantum* ossibus celebrant. Videre hoc apud vicinos *Antwerpianos* [y]) licet, apud quos ossa unius elephanti simul cum dente, quatuor digitorum mensuram superante, in curia servata dederunt fabulae putidissimae occasionem de Barbone *gigante* apud Schaldis ripam olim dominante, cuius dextra a Iulio Caesare decisa atque in profluentem abiecta originem simul nomenque nobilissimae ibi urbi dederit. Nec mirum videri debet Romanos Asiae Africaeque dominos elephantos spectandos circumduxisse, cum illud etiam hodie quandoque fieri videamus. Certe Cn. Domitium, Neronis atavum, in Consulatu Allobrogibus Arvernisque superatis tamquam alterum Hannibalem elephanto per provinciam vectum notat Suetonius [z]). Et ne du- 481
bitemus detecta in diversis Belgicae locis elephantorum ossa faciunt: uti duorum superiori seculo apud *Vulvordam*, quorum Goropius [a]) meminit. Et valde vereor ne impositum sit *Lucernensibus* Patribus, quorum decreto superiori seculo *gigantis* apud eos delineatio perfecta est. Certe historia inventionis Helvetii non magis quam Siculorum *gigantum* examinari sustinet. Dicitur enim repertus sub antiqua quercu, sed minime integer ossibusque cohaerentibus: immo ipsa quae reperta traduntur ossa, ut femoris, tibiae, scapularum, vertebrarum, ossis sacri, coccygis navicularis, costarum atque calvariae non integra fuisse perhibentur, sed im-

y) teste Goropio Becano l. 2. de Origin. p. 176. z) Ner. c. 2. a) Origin. p. 179.

perfecta dimidiataque. Quae cum *Lucernam* deportata essent et a nescio quo physico pro humanis agnita tabulae, quam diximus, caussam dedere. Verum plusquam probabile est ossa haec elephanti [b]) fuisse, aut qualia Athanasius in Panormitani agri spelunca observavit, qualiaque ipse multa in museo suo habuit, quorum magnitudo iuxta proportionem tibiarum vetebrarumque *Lucernensi* picturae minime cederet.

Ex quibus omnibus illud effici optimo iure existimo, quae Trallianus, quae Pausanias, quae Philostratus, quae Plinius, quae Solinus adducunt *giganteorum* cadaverum exempla diversis temporibus multifariam reperta pariter esse fabulosa atque ab imperitis subterranei mundi hominibus temere credita, temere pervulgata.

Plutarchum autem nollem Gabinio, nam is primum Antaei sepulchrum ab Sertorio reclusum prodidit, fabuloso scriptori habuisse fidem. De Sertorio credo, sed uti de Francisco [c]) Gallorum rege; qui simili ductus curiositate Rolandi, Caroli Magni ducis (de cuius statura, uti de ipsius Caroli, non aliter quam vastissimi *gigantis* commentati sunt mediae aetatis fabulatores) monumentum Blaviae aperuit, atque ex ossibus et armatura viri adhuc integra, quam corpori suo superinduit, staturam eius non multum suam superasse deprehendit. Prudentior Strabo [d]), qui narrationem Gabinii de compage ossium sexaginta cubitorum ut fabulosam exagitat. Immo in nonnullis manifesta conspiciuntur mendacii vestigia: ut in illo Phlegontis de Macrosire, centum cubitos longo, qui quinque annorum millia vixisse dicitur in praeclaro epitaphio [e]), et in altero Cre-

b) qualia Valentiae similiter originem dedisse tabulae scheleti gigantei (xv. uti audio cubitorum) in monasterio Iacobinorum auctor est Iacobus Sponius l. 1. Itiner. pr. c) narrante Philippo Camerario Cent. 1. Op. Subsec. c. 82. d) l. 17. p. 829. e) c. 17. *Τέθαμμ' ὁ Μακρόσειρις ἐν νήσῳ μακρῷ Ἔτη βιώσας πέντακις τὰ χίλια. Sepultus ego Macrosiris in longa insula Vitae peractis annis mille quinquies.* Praeterea ex sepulchri magnitudine perperam de corporum magnitudine colligitur. Principibus enim aliquando et alicubi placuit haec struere modulo multum cadaveris magnitudinem excedente. Ita adhuc hodie exstare sepulchrum ultra quadraginta pedes longum in urbe *Urumi* provinciae *Adirbeitzan* seu Mediae maioris, in

tensi apud Plinium sex et quadraginta cubitorum, qui *stans* dicitur repertus. Similia notatu facilia in reliquis ostendunt tam aevum prius quam hoc recens nunquam nugatoribus fuisse destitutum.

Sed intactum adhuc restat *giganteum* humani pedis vestigium quod non minore superstitione in *Ceilane* colitur, quam Muhammedis sepulchrum *Meccae* frequentatur. Suspicor AA. plantam hanc mirabilem auctores habere Christianos veteres, qui fidem nostram Indis primum intulerunt Constantii Imperatoris temporibus, Frumentii inquam et Theophili[f]) discipulos. Tunc

quo Burla uxor regis Casan sita, Adamus Olearius scribit l. 4. Itiner. p. 363. et l. 6. p. 42. Edit. Wicfort. f) Certe Philostorgius l. 3. c. 4. a Constantio legationem missam ad Homeritas scribit, cuius exitus quod Homeritarum rex ad Christi fidem conversus tres ecclesias locis opportunissimis excitaverit; primam in *Tapharone* gentis metropoli, alteram in *Emporio Romano*, tertiam in *Emporio Persico*. Legationis principem fuisse Theophilum natione Indum ex insula *Διβοῦ*, qui admodum iuvenis a popularibus *Διβηνοῖς* missus fuerat Constantino obses. Hunc lustratis deinde civibus aliisque Indis tum Auxumitis ad Constantium reversum. Sed iam ante hanc legationem Indi ad Christianismum conversi a Frumentio Auxumitarum in Aethiopia Episcopo, qui ab Athanasio Alexandriae Episcopo ad hoc missus fuerat. Quoniam autem is catholicus, Theophili legatio instinctu Arrianorum suscepta videtur, ad eiiciendum ex illis regionibus Frumentium, qui non Auxumitarum sive Aethiopum duntaxat, sed Indorum pariter Episcopus. v. Socrates l. 1. H. E. c. 19. et Sozom. l. 3. c. 24. Frumentius adhuc hodie ab Abassenis pro suo Apostolo agnoscitur. Quantopere autem Romani frequentaverint Indiam iis temporibus patet etiam ex legatione a *Divis* et *Serindivis* ad Iulianum missa, de qua Ammianus Marcellinus l. 22. c. 9. Per *Divos* enim Henricus Valesius intelligit insulam, quae hodie adhuc *Diu*, ad os Indi fluminis sitam, Regi Cambaiae obnoxiam, per *Serindivos* Samuel Bochartus Taprobanenses. *Serandib* enim Arabice dicitur *Seilan*. Apud Photium C. III. Flavianus Antiochiae Episcopus Synodum indixisse dicitur contra Messalianos, cui interfuerint Episcopi tres Biza Seleuciae, et Marutha gentis *Supharenorum* et Sami. Ubi *Σουφαρηνῶν* dici videtur ex *Σούπαρα*, vel *Σούφειρα*, quod emporium celeberrimum Indiae ad ostia Goaris, et in S. L. *Ophir*, iuxta Holstenium Annot. in Ortel. p. 137. Praeterea durat adhuc hodie Christianismus aliquatenus apud Indos in illis qui Christiani D. Thomae appellantur. Accedit quod Paullus Hermannus ante a me laudatus affirmet adhuc Romanas inscriptiones reperiri in *Ceilane* et Romanorum mentionem fieri in huius insulae Annalibus.

enim prae nimio sacrarum reliquiarum studio fraudibus huiusmodi piis grassari turpe non putarunt. Credebant autem Graeci post Epiphanium communiter omnes Paradisum terrestrem in Oriente fuisse, propter verba Mosis: *Et plantaverat Deus hortum in Eden versus Orientem.* Immo nonnulli, Mose Bar Cepha teste, Syro Episcopo, Paradisum ultra Oceanum positum et primos homines cum statura essent *gigantea* inde in has terras emigrasse per vadosum mare pedibus crediderunt. Taprobanenses autem sive *Chingalae* adhuc hodie iactant apud se Paradisum fuisse et brevia inter *Ceilanem* et *Tutecorinum*, in adverso littore oppidum, *pontem Adami* nominant.

Verum dicet aliquis, tune igitur *gigantes* plane e mundo exterminas, credisque homines a principio non altiori statura, quam adhuc deprehenduntur, fuisse instructos? Ego plane existimo AA. hominum genus in
482 principio non fuisse altioribus corporibus quam adhuc est praeditum: sic tamen ut pro coeli temperamento aliae nationes plus, aliae minus longitudinis habuerint; et in singulis gentibus subinde eminerent magnitudine invisitata pauci. Quae omnia adhuc hodie servari experientia docet et obtinuisse omnibus seculis historia testis est. Si enim Iudaei veteres hodiernam hominum staturam excessissent, frustra notata fuisset Ogi, frustra Basanitarum, frustra Goliathi proceritas. Nec in Aegypto aliter sese rem habuisse, quidquid etiam haec non minus quam Graecia mendax in historia in contrarium fabuletur, patet ex marmorea Pyramidis maximae sandapila, Ioanne Gravio Anglo [g]) qui recens eam inspexit mensuravitque teste, pedes sex cum dimidio ferme longa, lata duos cum quadrante. Haec enim miraculosa Pyramis iuxta Manethonem Aegyptium debetur Suphidi, qui in Memphitarum regum dynastia numeratur nonus decimus. Sive autem ad illum pertineat tanti operis gloria, sive ad successorem eius Phiopem, qui centum annos imperasse dicitur, certum sub Iacobi in Aegyptum migrationem molem hanc fuisse conditam. Immo

g) In Pyramidographia Anglice edita a. 1646. Petrus Bellonius duodecim pedes facit longam ulnae altitudine, sex pedes latam l. 1. de Pyramid. c. 3. Sed ita describit, quasi non viderit.

nullam ex istis, quae in Memphitico agro caput efferunt, tribus Pyramidibus post Iosephi Patriarchae tempora conditam claro argumento inde colligitur, quod Memphiticorum principum dynastia in Nitocre regina Iosephi tempestate finierit. Haudquaquam enim verisimile aut Thebanos principes aut Tanitas, penes quos deinceps Aegypti regnum fuit, vectigali in solo tanta opum monumenta voluisse relinquere.

Interim non defuerunt singulis ferme seculis ordinariam hominum staturam alterum fere tantum excedentes. Qualis in sacris Ogus iste Basanitarum Regulus, decem pedes cum dimidio altus, et Goliathus novem pedes et duodecim digitos statura sua aequans. In secularibus vero literis ingens occurrit huiusmodi exemplorum messis. Pater historiae [h]) cadaveris meminit septem fere cubitos longi, quod pro Orestis habitum fuerit, apud Tegeatas effossi: quod Aulum Gellum [i]) temere nimis ut fabulosum exsibilasse nollem. Idem [k]) Artachaeen Achaemeniden quinque regios cubitos digitis quatuor minus altum non sine magno dolore a Xerxe apud Acanthum funeratum scribit. Regius autem cubitus vulgari Graeco teste eodem [l]) tribus digitis erat maior. Sub Augusto Caesare Pusionem et Secundillam singulos denos pedes et aliquot uncias proceritatis habuisse eorumque ossa miraculi caussa aliquot exinde seculis in Sallustianorum hortorum conditorio asservata esse atque monstrata Plinius [m]) et Solinus [n]) annotarunt. Ad Tiberium ab Artabano Parthorum rege post renovatum per Vitellium foedus cum obsidibus inter munera missum Eleazarum Iudaeum, quinque cubitos longum, Gigantem cognominatum Iosephus [o]) prodit. Sub Claudio Gabbara quidam ex Arabia Romam advectus novem pedes totidemque uncias Plinio et Solino testibus implevit. Naevium Pollionem tam procero corpore fuisse solus refert Plinius, ut prae concursu populi pene interemptus fuerit. Similis staturae feminam paullo ante Gothorum incursionem Romae visam testatur A. Augustinus. [p]) Sub Theodosio apparuisse

h) Herodotus l. 1. c. 65. i) l. 3. c. 10. k) l. 1. c. 117. l) l. 1. c. 178. m) l. 5. c. 16. n) c. 5. o) l. 18. Antiq. p. 625. p) l. 15. de C. D. c. 23.

eodem se habere modo, quo sub hac septemtrionali deprehenditur; nempe, ut quo longius a medietate discedas, cis Laponiam tamen et paris latitudinis regiones, in homines incidas proceriores. Scilicet quoniam nativus calor, unde corporum proceritas pendere creditur, intensior est sub frigido quam calido coelo viventibus. Hinc Germani uti olim sic hodie, quo magis septemtrionem adspiciunt, plerumque statura eminentiores sunt. Et in hac patria nostra superiori seculo cum admiratione spectatus est Nicolaus quidam Kithenius, *Spernerwoudae* natus octo pedes Rhenolandicos cum sex unciis altus [z]). Ipsi vero vidimus piscatorem *Leckerkerkanum*, licet integro ferme pede minorem, quocumque incederet, ingentes facere concursus. Et ne putetis intra Germaniam hanc corporum celsitudinem claudi, Hector Boëthius rerumque Scoticarum scriptores quemdam Ioannem, a contrario Pusillum cognominatum, in extremae Scotiae insula sepultum implevisse scribunt statura pedes quatuordecim. Et ultra Tanaim amnem colentium Scytharum neminem adeo humilem esse, ut humeri eius non possent Macedonis militis verticem aequare apud Curtium [a]) Bessus clamitat. Denique Polonia nuper Maximiliano Secundo Martinum dedit Wierwskium totos octo pedes implentem.

Similiter meridiem versus trans aequinoctialem lineam superiore seculo *Patagones*, pari ab ea latitudine qua Germani distantes, non modo superare Germanorum longitudinem cum stupore deprehensi sunt, sed ipsius etiam Ogi implere vel excedere. Et ne putetis me fabulas narrare adducam ex diariis diversarum Navigationum in hanc rem testimonia. Quae cum singula

z) Iuxta mensuram, quae in parietinis templi *Spernerwoudani*, duobus lateribus notata est, latissimam ulnarum eius extensionem exhibentem, quam ipse octo pedes Rhenolandicos cum dimidio longam esse deprehendi superiore aestate, cum Harlemi unde *Spernerwouda*, indies deficiens pagus, leuca fere horaria distat, visitandorum amicorum caussa degerem. Quod si enim quanta maxima ulnarum extensio tanta sit hominis statura, consequens Nicolaum hunc octo pedes Rhenolandicos cum sex unciis fuisse altum. Meminit Hadrianus Iunius Batav. p. 38. a) l. 7. c. 4.

affirmatione nitantur omnium navigantium non minorem quam acta publica fidem mereri videntur.

Primus in hos incidit superioris seculi anno nono decimo Ferdinandus Magallanes, a cuius nomine novi orbis regio ad meridiem simul cum freto invenit nomen. Scribit Antonius Pigafetta, Diarii Magallanici auctor, cum in portu S. Iuliani, quem sub latitudine ponit australi graduum novem et quadraginta cum dimidio, hibernarent, et nusquam homines viderent, quodam die ex improviso quasi coelo delapsum ad portum appropinquasse virum statura *gigantea* saltantem et cantantem pulveremque in pacis ut credebant signum capiti iniicientem. Mox cum idem Praefecti iussu ab Hispanis factum esset accessisse *gigantem* propius attonitum plane atque stupentem, uti ex iteratis digiti eius erectionibus aliisque signis colligebant. Hunc tam fuisse altum, ut Hispani cincturam eius non attingerent, facie immensa, flavo colore cum in circuitu tum circum oculos picta fucataque, utrique etiam malae cordis impressa imagine, capillis albescentibus, vestitum pellibus, armatum arcu. Hic cum amice atque hospitaliter ab Hispanis fuisset exceptus et dimissus plures mox ex ista gente in conspectum dedisse similis staturae homines, ex quibus tandem duos secum abduxerint, qui postquam calidius coelum attigissent, inter navigandum mortui sint. Nomen autem *Patagonum* tunc a Magallane huic populo impositum. Fuit Magallanes nobili domo in Lusitania oriundus, cumque diu Alburquercii ductu in orientali India meruisset et in patriam redux ab Emanuele Rege negligeretur, ad Carolum Quintum se recepit; eique persuasit insulas *Moluccas* iuxta Alexandri Sexti Papae divisionem pertinere ad *Castellae* provincias, impetratisque a Caesare quinque navibus, ad illas occupandas via hactenus invia profectus est. Sed in ipso conatu, tum unam [b]) ex istis expugnare cupit, interfectus est. Ceterum Herrera repetitam ab Hispanis navigationem hanc post quinque a priore annos, visosque etiam istis eosdem *gigantes* scribit. Idem deinceps Angli sub inclyto suo Francisco Draco et rursus sub Thoma Candisio; tandemque etiam nostri sub diversis Praefectis experti

b) nomine *Sebu*.

sunt. Sebaldus Weertius, qui cum quinque navibus in superioris seculi fine *Roterodamo* solvit, testatur in *Viridi Sinu*, quomodo vocat stationem in ipso *Magallanico* freto navibus opportunam ab introitu eius orientali unam et viginti leucas dissitam, se non modo vidisse septem navigia hominibus repleta decem aut undecim pedes longis, verum et ferro vitam cernere cum iisdem coactum. Cum vero nostri pugnae et armorum genere vincerent, *gigantes* fugisse in terram ibique sola bracchiorum vi extraxisse plurimas arbores, quarum densitas e longinquo spithamam capere videretur, ad se contra nostrorum ictus, qui eminus *bombardis* inferebantur, obvallandos. Oliverius Nortius, qui eodem anno sed aliquot post Sebaldum mensibus eodem *Texelia* cursum fecit, scribit se intellexisse è captivo istius tractus barbaro, quem linguam nostram docue- 484
rant, *gigantes*, *Patagones* a Magallane, *Tirimenas* ab indigenis vocitatos, barbarorum omnium vastissimos, ad decem atque undecim pedes in altum sese exserere. Iacobus Mairius, a quo novum fretum *Magallanico* meridionalius ex hoc oceano in illud, quod *Pacificum* dicitur, repertum, nomen sumpsit, qui anno huius seculi quinto decimo *Texelia* pariter vela fecit, scribit, cum in *Portu Desiderato*, quem ab altero mediae lineae latere septem et quadraginta gradus cum dimidio circiter dissitum observavit, ad anchoras staret, et partim aquas dulces partim incolas terrae investigatum quotidie mitteret, invenisse in altissimis montibus lapidum acervos, et cum quid illi vellent non intelligerent, more ingenii humani incognita pervestigantis disiectos a suis lapides ac dissipatos, inventasque sub illis larvas nudis ossibus cohaerentes decem aut undecim pedes longas.

Non addit an detraxerint de his ossibus aliqua, sed detracta fuisse plusquam verisimile est. Et forte illud os frontale admirandae magnitudinis, quod in medico huius aedis auditorio asservatur, inde ad nos perlatum est. Huius ambitus continet uncias sex et viginti, cum in maioribus hominum nostrae terrae craniis idem illud os vix sedecim adimpleat. Ab intercilio praeterea ad brechmatis concursum pollices habet novem, cum in vulgaribus tantum quinque reperiantur. Unde si proportionis constitit ratio, eum cuius capiti os istud

*gigantes*, quales a Mose sacrisque scriptoribus proponuntur, exinde semper fuisse, nondumque desinere; qui hostes sint sempiterni, non modo summi illius omnium hominum Domini atque rectoris negando eum exsistere, sed ipsorum etiam hominum, in quadrupedum censum detrudendo eos, nullius virtutis aut futurae beatitudinis compotes. Sublato enim Numine omnis pariter officiorum ratio cessat, natura boni malique confunditur, virtus omnis in sola opinione ponitur, sua cuivis utilitas actionum norma constituitur, sapiens, qui quidquid suis rationibus conducat, agit, ad nullam adversus alios beneficentiam obligatus. Sublato Numine animarum deletur immortalitas et discrimen inter hominem atque belluam perit.

Quandoquidem autem pestilens haec et parricidalis haeresis semel totum humanum genus, unica domo excepta, infatuavit, et cataclysmus prioris orbis *gigantes* non ita perdidit, ut in novo epigonos non reliquerint, da sapientissime mundi conditor et gubernator Deus, ne unquam iterum de veritate triumphet error; illucesce mentibus nostris, ne conturbemur unquam falsis istorum ratiociniis, sed pervicaces veri in doctrina tua persistamus usque ad ultimum; quo post hanc vitam vivamus tecum in sempiterna secula.

NOV 13 1915